

A
41
375

Dei et regni de granada
Homiliae per festiuita-

TES SANCTORVM, PER
fratrem Ioannem Royardum, ordinis
fratrum Minorum.

B
(1)
R. 30085

* Longè fidelius, quàm vnquam antehac, ad vetera exemplaria
recognita, & tersius emendata.

PARS HYEMALIS.

IOB XXXVI.

Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos
in bono, & annos suos in gloria.



PARISIIS.

Apud Carolam Guillard, sub Sole Aureo
via ad curiam Iacobum.

3 5 3

*BIBLIOTHECA
MUSEI
NATIONALIS
FRANCOIS*

i 1183237x

A

41

375

B

~~87~~

~~160~~

9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

r
P
r
P
g
n
b
r
d
f
e
l
r
f

Pio lectori Frater IO-
ANNES ROYARDVS
fœlicitatem.



Est a Sanctorum à pri-
scis tam eleganter quàm
fideliter conscripta, vs-
que adeò nonnulli cor-
ruperunt, vt & elegantiam styli ine-
pto imperitòque sermone fœdaue-
rint, & plerunque rerum gestarum
peruerterint ordinem, & (quod est
gravius) insertis passim fabulis ac
mētītis nugamentis, etiam ipsam la-
befactarint veritatem, adeò vt ea ple-
rosque tam legere pigeat, quàm au-
dire. Arbitrantur se tamen interim
suis quibuscunque commentis (que
etiam nonnunquã aurea vocari vo-
lunt) dei sanctos plurimum illustra-
re, & re vera illustrent, sed quantum
stellas nocturnæ faculæ, quibus po-

AA ij tius

tius obnubuntur, nempe, quæ suo cõ
spiciuntur lumine, nõ alieno. At ve-
rò sancti dei nostro nõ egent men-
dacio, qui superno suffulti numine
ea gestarũ rerum gloria (ac si splẽdo-
re proprio) claruerunt, quã nullavn-
quam vetustas abolebit. Itaque vbi
in sequẽtibus attingi gesta sanctorũ,
incorrupta & sana relinquere cura-
ui. Exemplo est enarratus Martinus.
Verũ, vbi hæc non narrantur, illic
aut Euãgelicæ lectionis, aut Episto-
læ tomus exponitur. Boni cõsule cã-
dide Lector, & his nostris laboribus
fœliciter fruire. Vale. Antuerpiæ,
Decimo Calend. Februarij. Anno
M.D. xxxviiij.

HOMILIARVM PER FESTI-
uitates Sanctorum, quę pars hyemalis est, au-
thore Fra. Ioanne Royardo, index
alphabeticus.

A		
A Aron, quid.	3. b. 9. a	Aduentus Christi ad iudicium an futurus sit. 150. a, b
Abel pastor.	35. a	Aduersa per nomen Iesu supe- ramus. 72. b
Abraham deo placuit.		Auerfarij verbi dei notati. 17 b
12. b		Aduersitates, vehicula sunt in cælum vehentia. 144. b
Abraham sacerdos.	14. a	In Aegypto peregrinati omnes filij dei adoptiui. 61. a
pastor.	35. a	Aegyptus quid. 60. b. 61. a, b 68 b
Abrahæ fides.	13. b. 165. a	Aegroti à Christo sanati. 141. a
humilitas.	14. a	Aequalitas inter patrem & fi- lium. 137. a
Abraham propheta fuit, & lite- ras non habuit.	15. a	Ager etiam est Christus. 130. a
Abrahâ primus circûcisionem recepit.	64. b	Agnus Paschalis cur non nisi post vernû æquinoctium im- molaretur. 157. a
Abraham captiuam ducens ca- ptiuitatem.	142. b	Agnus paschalis, sacramenti Eu- charistiæ typus. 169. b
Abrahâ angelos hospitio reci- piens, & cæt. cuius rei typus.	169. b & dein.	Agni paschalis comedendi ceri- monia. 170. a, b. 171. a
Acediosorum viæ.	87. b	Agni sanguine vtrunque postè & superliminaria signari quid. 171. a
Accelera, Christi nomen.	71. b	Albæ vestes angelorû quid in- dicent. 130. a
Acceptio personarum an sit a- pud deum.	50. b	Alienigena qui sit. 69. b
Achas rex idololatra pefsimo.	119. a. 120. a	Alta & profunda ferè eadem. 11. b
Accinctio renum quid.	172. a	Amare quempiam quid sit. 50. a
Adæ filij omnes peccatores.	135. a	
Admirabilis dictus Christus.	71. b	
Aduena quid sit.	69. b. 109. a 172. b	
Aduentus Christi cur tandiu di- latus.	19. b. 20. a	

I N D E X.

- Amasias de genealogia Christi
submotus. 17.b
- Ambulare diebus ac noctibus spi-
ritualiter quid. 166.b
- Amici periculum quando fiat.
52.b
- Amicorum genus quadruplex.
ibidem.
- Amicus cōstans & fidelis Chri-
stus. 157.b
- Amon mysticè quid. 68.b
- Amor dei non idem erga om-
nia. 50.a
- Amorē solūm à nobis deus po-
stulat. 11.a
- Ananias Pauli præceptor. 97.a
Paulo in visione præcognit.
ibidem. illum expauescit, ibi-
dem.
- de sancto Andrea Homilia. 1.a
& dein.
- Angeli boni à malo discrimen.
37.a
- Angelus diuersos differenter e-
docet. 37.b
- Angelorum chorus, militia cœ-
lestis. 39.b
- Angelis minor factus Christus.
57.b. 58.a b
- Angeli Christo adhuc mortali
subditi. 58.a
- Angelum custodem Christo nō
præfuisse. ibidem
- Angelus humana specie virgini
apparuit. 122.b
- Angelus cur incarnationis chri-
sti nuncius. 122.a, b. qui fuerit.
ibidem b
- Angelos à ministeriis suis nomi-
na fortiri. 122.a
- Angelus virginem securā esse
iubens consolatur. 126.a
- Angeli cur apparuerunt ascen-
dente domino. 150.a
- Antipater, Herodis filius. 62.a
- Animarum periculum quadru-
plex. 36.a
- Animæ capacitas qualiter dila-
tetur. 45.a
- Anima vt desponsatur Christo.
69.a
- Animæ refectio conuenientis-
sima. 155.b
- Annunciationis dominicæ fe-
stum. 118.b
- Annus ascensionis Christi, mē-
sis, dies, & hora. 146.b
- Annus incarnationis Christi.
121.a
- Apocalypsis, prophetia tota.
53.b
- Apostoli quid mundo prædica-
rint. 5.a
- Apostoli solo verbo vocati.
93.b
- Apostolorum numerum Petrus
instaurandum curat. 113.b
- Apostolorum modestia in iudi-
cando. 117.b
- Apostoli Christi ab ipso incre-
pati. 147.a
- Apostoli bis acceperunt spiri-
tum sanctum. 147.b
- Aquæ purificatio seu ablutio.
101.a
- Aquæ tribulationum. 3.b
- Aquila, typus Ioannis Apostoli.
54.a

INDEX.

Arca Noë quid. 12. b
 Arcus cœlestis, signum fœderis
 dei cum Noë. 65. a
 Aristodemus idolorum ponti-
 fex. 55. b
 Arra amoris Christi erga nos,
 eucharistia. 157. b
 Arrij & iudæ similis exitus.
 116. b
 Arrogantia mortalium. 152. a
 de Ascensione Christi homilia.
 139. b
 Ascensionis Christi fructus.
 143. a, b
 Ascensionem suam cur Christus
 distulerit. 145. b
 Ascensionis Christi annus, men-
 sis, dies, hora. 146. a, b
 Ascensio Christi quid nos doce
 at moraliter. 151. b
 Aspis diabolus. 89. a
 Assumptio vicini ad esum agni
 paschalis, quid sit. 170. b
 Assus igni debebat esse agnus
 paschalis. 171. b
 Athalia Iesabelis filia. 17. b
 Attonsi in comam qui sint.
 68. b
 Avaritia circa sacramentum eu-
 charistiæ summè vitanda.
 175. b
 Avaritiæ malum. 153. a
 Avarorum viæ. 87. a
 Auditio verbi dei necessaria ad
 salutem. 4. a
 Auditio verbi dei si desit, fides
 etiam intereat. 6. a
 Augusti descriptio orbis.
 27. a, b

Augusti etymon. 28. a
 Augustus Cæsar prophetiæ fa-
 mulatus. 77. a
 Aurum deo offerendum. 85. a
 Azimi panes. 171. b

B.

Baculus in manu quid.
 172. a
 Balaam maledictur^o popu-
 lo dei, ei benedicit. 99. a
 Balaam, Pauli typus. ibidem
 Baptismus paruulorum. 64. a
 Baptismus & eucharistia neces-
 saria ad salutem. 148. b
 164. a. eorum typus apud He-
 braeos. ibidem, b
 Baptismus pat. vet. test. 165. a
 Baptizati quo cibo pascendi, vt
 saluentur. 165. b
 Bafiliscus. 89. a
 Beatitudo non nisi deum diligē-
 tibus danda. 53. a
 Beatitudinis gradus dispares.
 134. b
 Benedicere deum, gratias illi a-
 gere. 107. a
 Benedictio Dei super omnia o-
 pera eius. 21. b
 Benedictio à sinistra & à dextra
 21. b 22. a
 Benedictiois diuinæ effectus.
 23. a
 Benjamin tribus præstantia.
 92. a
 Bethleem cur electus natiuita-
 tis Christi locus. 30. b
 Bethleem cur Rachel dicatur.
 63. a

AA iiii

INDEX.

- à Bimatu & infra occidi paru-
los, cur iusserit Herodes. 62.b
- Bini cur incedāt qui processio-
nē celebrant. 102.a
- Blasphemiæ arguitur B. Stepha-
nus: sed aduersarios cōfutat. 45.b
- Bonum opus sementem habet
sui generis. 10.a.b
- Bona omnia nostra opera à deo
sunt. 131.a
- Bona operantem honor manet
88.b
- Botrus de terra promissionis al-
latus, quid. 164.a
- Butyrū & mel comedere, quid.
120.b
- C.
- C**Aetus cur sit factus Pau-
lus in conuersione. 96.a.b
- Cælestis hæreditas, incorrupti-
bilis, incontaminata, inaccessi-
bilis, desiderabilis. 111.a
- Cælestis regni possessio deside-
rium nostrum satiabit. 145.a
- Cælum clausum Helię tēpori-
bus quid figurarit. 143.b
- Cælum famulatum prophetice
veritati. 77.a
- Cælum statim à martyrio pri-
mus Stephanus ingressus est
49.b
- Cælum vt conscendere possint
mortales. 166.a
- Cæli ianua per Christi crucem
aperta. 49.b
- Cæli enarrantes gloriam dei,
78.a
- Calceamenta in pedibus quid.
172.a
- Calchidius in Timæū Platonis
79.a
- Calix domini, cur calix, noui te-
stamenti vocetur. 168.b
- Caminus humiliationis. 112.b
- Candelarum ardentium in ma-
nibus processionem celebrā-
tium typus. 102.a
- Canticū Mariæ virginis. 125.a
- Captiua vt vxor fieri posset ei⁹
à quo capta erat. 69.a
- Captiui, à Christo liberati. 141.b
142.b
- Caput agni vorare quid. 171.b
- Caput pro membris sollicitum
24.a
- Caro Christi verus cibus. 160.a
- Carnis prudentia, stultitia. 39.a
- Carnis voluptas ad hebetudinē
mentis disponit. 54.a
- Carnem filij non māducare qui
censeatur apud deum. 161.a
- Carnales propinqui. 41.b
- Carnali ppinquitati quādo ni-
hil tribuendum. 118.b
- Castitas Christiana. 68.a
- Castitas ad intelligentiæ subtili-
tatem disponit. 54.a
- Cathedræ beati petri festum.
108.b
- Caudæ tittonū, reges aduersus
domū Dauid coniurati. 119.b
- Centurionis humilitas indignū
se iudicantis ad quem Christ⁹
veniret. 169.b
- Certamina electorū. 89.b. 90.a
- Ceruice

INDEX.

- Ceruice dura Iudæi. 46.a
 Claritatis latitudo. 10.b
 Claritatis lux. 87.b
 Chorus angelorum, militia cœlestis. 39.b
 Christus ab angelis minoratus 57.b
 Christ^o ad mortuos iuit, vt eos seipso resciceret. 163.a
 Christus aduocatus & præcursor noster 135.b.144.a
 Christus aliter sanctus quàm ceteri. 128.a
 Christus amicus constans & fidelis. 157.b
 Christus ascendens à nube susceptus. 149.b
 Christus ascēdens vt à patre susceptus. 150.b
 Christus augetur diebus natus. 29.a
 Christus author pacis. 27.b & 28.a
 Christus cur circumcissus. 64.b 66.b, & 67.a,b.
 Christus cur in templo domino oblatas. 102.b
 Christus cur se de medio subduerit in cœlū ascendens. 143.a
 Christus cur stans apparuerit Stephano. 47.a
 Christus de semine Dauid natus. 32.a
 Christus deus & homo, rex & sacerdos. 14.b
 Christus duodecim apostolos testes habere voluit. 117.b
 Christus elemosynis sustentabatur. 135.a
 Christus & diabolus vt opponatur. 106.b
 Christus & sedere à dextris & stare dicitur. 151.a
 Christus & vnigenit^o & primogenitus est. 33.a
 Christus ex peccatoribus natus 17.a
 Christus fratribus per omnia præterquam in peccato, similis 60.b.61.a,b
 Christus gentium reuelatio & gloria plebis Israël. 108.a
 Christus idem & homo & deus 126.b
 Christus idē in eucharistia, qui in cruce. 154.b
 Christ^o in cruce pietatis officia distribuit. 55.a
 Christus in mēbris suis se pati testatur. 94.a,b
 Christus infans potentes seculi teruit. 82.b
 Christus matri similimus. 32.b
 Christus Moyse successor. 73.b
 Christus natus à quibus sit adoratus. 84.a
 Christus natus mox voluit innotescere. 78.a
 Christ^o nos vt circūciderit. 74.a
 Christus pacificis semper adest. 28.a
 Christ^o panis & pastor. 159.a,b
 Christus Paulum ab homine discere cur voluerit. 96.a
 Christus portus noster ac refugium. 88.a
 Christus propria virtute ascendit. 149.b
 Christus

INDEX.

- Christus propter multas causas
in hunc mundum missus.
141.b
- Christus puer cur persecutionē
passus. 60.a
- Christus quæ à patre acceperit.
151.a
- Christus quæ in mundo posse-
derit. 115.a
- Christus qualiter quærendus.
42.a
- Christus quando vnctus in re-
gem. 140.b
- Christus quomodo cœli mansi-
onibus electos suos aptos fe-
cerat. 135.a
- Christus secundum hominem
totus ex matre. 32.a
- Christus sic veniet iudicaturus
qualiter ascendit. 150.a
- Christus supra legem est. 100.a
ei tamen subiici vult.
ibidem.b
- Christus tripliciter per David
figuratus. 29.b
- Christus via, veritas & vita.
126.a
- Christus vitis vera. 129.b
- Christus viuorum & mortuorū
cibus. 163.a
- Christus vniuersorum dominus.
140.a
- Christus vnus pro omnibus pa-
tribus vtet. test. baptizatus in
cruce aquam fundens & san-
guinem. 165.a
- Christus vt oblatuſ & redem-
ptus. 103.a
- Christus vtrum magis dilexe-
rit Petrum, an Ioannem.
50.b. 51.a
- Christi ad Ioannem dilectio vt
exhibita. 53.a
- Christi admiranda humilitas.
104.a
- Christi in Aegyptum descen-
sus. 61.b
- Christi corpus cur non videat-
ur in sacramento. 153.b
- Christi corpus phantasticum nō
erat. 31.b
- Christi dignitas multiformis
14.a
- Christi diuinitas & humanitas
demonstratur. 110.a
- Christi doctrina facilis intelli-
gi, retineri, percipi. 75.a
- Christi fortitudo. 92.a
- Christi fuga in Aegyptum. 59.b
& 60.a. 61.b
- Christi generationis descriptio
37.a, b
- Christi generatio in quibus si-
milis aliis, & dissimilis.
18.a
- Christi gratia salui facti etiam
qui sub lege perfecti fuerunt.
74.b
- Christi humilia magos à fide
nō prohibent. 85.b
- Christi ascensio quàm gloriosa
fuerit. 139.b
- Christi matrem legi non fuisse
subiectam. 99.b
- Christi mensa quib⁹ interdica-
tur. 172.b
- Christi munitio aduersus dia-
bolum. 58.a, b
- Christi

INDEX.

- Christi mira erga discipulos dignatio, etiam conuescentes
147.b
- Christi nascētis humilitas. 29.a
- Christi natiuitas mirabilissima
26.a, b. eius tēpus. 27.a. annū
ciatio. 36.b
- Christi odium apud Iudæos.
47.b
- Christi ope cælum conscendimus.
166.a
- Christi pannis inuoluti mira
humilitas. 33.a
- Christi parentes secundum fidem.
13.b
- Christi paupertas. 104.a
- Christi ploratus vnde. 39.a
- Christi regnū quale. 127.a
- Christi sanguis omnia purgat
101.a
- Christi verba vt in nobis manent.
133.a
- Christo adhuc mortali angeli
subditi. 58.a
- Christo credendum magis de
corpore suo, quā diabolo de
ligno vitæ. 160.b
- Christo quid offeramus. 130.b
- Christo Satan aduersatus. 76.a
- Christo testimonium perhibēt
etiam inimici. 82.a
- Christum duobus modis videri
106.a
- Christum in vlnas accipere mysticè.
107.a
- Christum quā dilexerit Ioannes
apost. 52.a
- Christum natum cur persequi
voluerit Herodes. 58.b
- per Christum saluati patres veter.
test. & nos. 163.b. 164.a
- Christum sub decreto stellæ ne
quaquam natum fuisse. 79.b
- Christo nascente sceptrum de
Iuda defecerat. 77.a
- à Christo præcisi steriles. 131.
- de Christo quatuor credenda.
14.b
- Christo nato neruus fœmoris
Israël emarcuit 21.a
- Christo nato vana tribuū sup-
putatio. ibidem
- Christianorum salutem impedi-
entes perstringuntur. 94.b
- Cibaria mystica. 144.b
- Cibus dominici corporis cui ci-
bo oppositus. 160.a
- Cibo mortis, vitæ oppositus.
161.a
- Cibus mortuorum & viuorum
vt factus sit Christus. 163.a
- Cicatrices plagarum suarum
cur retinuerit Christus. 146.a
- Circumcidēda in nobis. 67.b.
& 68.a
- Circumcidendi omnes in resur-
rectione. 103.a
- Circūcidi Christiani non debēt
66.a
- Circumcisi paruuli nomen acci-
piunt. 70.a
- Circumcisio quid sit. 65.b
- Circumcisio Abrahæ 65.a
- Circumcisio cuius rei signum
fuerit. 64.b
- Circumcisio spiritualis continē-
ter faciēda. 69.a, b
- Circumcisionis nostræ causæ

INDEX.

quatuor.	68.a	stum.	2.b
Circumcisionem Christus terminauit.	64.b.65.b	Coniugati honestè & legitimè viuentes, deo grati.	52.a
de Circumcisione Christi homilia.	64.a	Cōsciētia cuiq; sua examināda in sumēda eucharistia.	168.b
Circuuētor quis dicatur.	39.a	Cōsiliarius dict ^o Christ ^o .	71.b
Ciues regem Christum odientes.	141.a	Consolatio natiuitatis Christi.	38.b
Claritas faciei b. Stephani.	46.a	Consubstāialitas patris & filij.	138.a
Claritas sanctorum.	91.a	Cōtra stimulū calcitrare.	95.a
Cœna dominica quæ sit.	167.b	Cōuersio sancti Pauli.	91.a. & dein. 93.b.96.b.98.b.99.a
Colla regum à se subactorum Iosue pedibus calcari iussit.	90.b	Conuersio vnus Pauli cur celebretur in ecclesia.	91.a. quo tempore facta fuerit. ibidē.b
Columba portās ramum oliuæ virgo mater	103.a	Cōuersionis pfectę forma.	95.b
Columbæ & turturis significatio differens.	104.b	Conuescentibus etiā suis adest Christus.	147.b
Columna ignis & nubes quid.	87.a	Cor ad p̄cepta p̄cliuē.	25.a
Comedere festinanter, quid.	172.a	Corde credere quid sit.	1.a, b
à Communicatione altaris vt excusentur paruuli, vel morte occupati.	161.a	Corinthiorum reprehensio ab apostolo Paulo.	167.a, b
Compunctio cordis, fidei signū.	149.a	Corona vitę qualiter obtineatur.	25.b
Cōpunctiōis genera duo.	104.a	Corpus Christi phantasticum non erat.	66.b
de Conceptione B. Mariæ virginis homilia.	13.a	Corpus Christi cur nō videatur in eucharistia.	153.b
Conceptionis Christi testes.	105.b	Corpus & sanguinem Christi cur velata sumimus.	155.b
Concordiæ bonum.	44.a	Corpus domini accipere quid sit.	161.a
Cōfessio fidei necessaria.	1.a.2.a	Correptio discipulorū & consolatio.	147.a, b
Confessores nominis sui deus tuetur.	86.a	Coturnix super castra Israel, ros circa castra.	174.a
Confunditur homo maximè in tribus.	2.b	Crato philosophus à Ioanne apost. ad fidē cōuersus.	55.a
Cōfusionem tollit fides in Christi.			Creatura

INDEX.

- | | |
|---|---|
| Creatura vbique suo creatori
prestat obsequium. 149.b | & contrà. 80.a |
| Credetes primùm dicebantur
Christiani. 43 b | Deus dupliciter tentat. 161.b |
| Credere corde cogi nemo po-
test. 2.a | Deus fortis Christus. 71.b |
| Credere in Deum quid sit.
158.b | Deus huius seculi, diabolus.
153 a |
| Credulitas serpenti prestita vt
emendanda. 160.a | De ^o in misericordia diues. 3 a |
| Credulus fuit homo diabolo,
aquijs est vt credat Deo.
160.a | Deus multa permittit fieri quæ
non vult. 115.b |
| Crescentibus diebus Christus
natus. 122.a | Deus non omnia æqualiter di-
ligit. 50.a |
| Crudum comedere, quid. 171.b | Deus nulli debitor est. ibi-
dem.b |
| Cura nostra omnis in deum re-
licienda. 175.a | Deus qualiter ab homine supe-
ratus. 20.b |
| Cyrinus Syriæ præfectus.
28.b | Deus suos tuetur. 66.a |
| D | Dei iræ in populo Israel sem-
per aliqui obstiterunt. 20.b |
| Dauidis fides. 13 b | Dei erga nos misericordia.
110.a |
| humilitas. 14.a | Dei cum hominib ⁹ tria fæde-
ra. 65.a |
| Dauid cur Abrahæ præ-
positus in genealogia Chri-
sti. 15.a | Dei filius per humilitatē ascen-
dit. 151.b |
| Dauid peccato, Christi aduen-
tus dilatus. 20.a | Dei verba non corrupenda.
154 a |
| Dauid Christi figura. 29.b | Deo omnem nostri curâ com-
mittere debemus. 175.ab |
| 140.a, b. 141.b | Deo per tria placere possum ⁹ .
12.b |
| Dauid & Christi mira confor-
mitas. 30.b | Deum diligere quàm sit suaue.
158.b |
| Dauidis domũ & regnum sub-
uertere molientes. 119.a | Deũ quando laudare dicamur.
40.a |
| Danielis visio in Christo com-
pleta. 140 b | Deificatio hominis vt fiat.
160.b |
| Dauid inter fratres minim ⁹ in
regem vnctus. 151.b | Descriptio Christi ad fidem &
gloriam. 28.a |
| Deus ab homine tria quarit, | Descriptionis vniuersi orbis
mysterium. 27.b. 28.a |
| | Desiderium |

I N D E X.

Desiderium nostrum quando satiandum. 145. a	Disciplina lex. 14. b
Despōsata cur fuerit mater do- mini. 123. b. 124. a	utilitas. 25. a
Desponsatio animæ cum Chri- sto. 69. a	Discipulus à Christo dilectus Ioannes. 50. a
Destitutus gratia, qualis sit ho- mo. 44. b	Discipuli Christi, nec ipsum nec patrem eius satis noue- rant. 136. b. 137. b
Dextrorum & sinistrorum be- nedictio. 21. b	Discipuli Christi cur maiora o- pera quàm Christus diceren- tur facturi. 138. b
Diabolus à Christo appellatus Iudas. 115. b	Discipuli Christi ab ipso incre- pati. 147. a
Diabolus, Dei propositū cona- tus subuertere. 119. a	Disparitatis mansionum cœle- stium damna nulla. 134. b
Diabolus, inimicus, aspis, basi- liscus, leo, draco. 89. a. b	Dispersionis aduenæ. 109. a
Diabolus per quos impugnet pios. 81. b	Diuersorium quid sit. 34. a
Diaboli de supplātatione Chri- sti gaudium. 142. a. b	Diues in misericordia Deus. 3. a
Diaboli doctrina qualis. 75. b	Diuites impij & luxuriosi ta- xantur. 30. b
Diaboli dolus, insidiæ. 41. b & 116. b	Diuitiæ seculi, verè diuitiæ non sunt, nec nostræ. 22. a
Dianæ Ephesicę templum oran- te Ioan. Apostolo subuersum. 55. b	Diuitiæ spinæ. 87. a
Dies, animi virtutes. 12. a	Diuinitas à serpente promissa, verè à Christo præstita. 160. b
Dies idem hominis creationis, & Christi incarnationis. 121. b	Docti quidam ac literati Iudæis similes. 82. a
Dies vitæ huius quare nostri dicantur. 12. a	Doctrina ab homine capienda, nō omnis gratuitò à deo ex- pectanda. 96. a
Diffinitioni diuinæ nihil addē- dum. 154. a. b	Doctrinę Christi stabilitas. 75. a utilitas. ibidem. b
Dilectio bifaria. 51. a	Doctrina diaboli qualis. 75. b
Dilectio mutua, discipulat ^o chri- sti signum. 144. b	Dominus vniuersorum Chri- stus. 140. a
Diligere quid sit. 51. a	Dona à Christo ascendēte ho- minibus data. 143. a
Dimensiones morales. 10. a	Dona dei qualiter in nobis au- gescunt.

I N D E X.

gescunt.	110.a	Effraim & Manasse benedictio.	
Draco diabolus.	89.b		22.a
Drusiana ab Ioanne Apost. re- fufcitata.	55.a	Electi quidam ex omni carne.	
Dubitatio discipulorū de Chri- sti resurrectione nobis utilis fuit.	145.b		24.a.b
Duæ tabulæ Moyfi quæ intelli- gantur.	7.a	Electi salutē vt operetur deus.	86.b
Duo compunctionis genera.		Electis quæ concedat Deus.	89.b
	104.b	Electi secundum præscientiam Dei.	109.a.b
Duobus homo disponitur ad salutem.	23.b	Electorū fides in tribulatione probat.	111.2
Duodenarius Apostolorum nu- merus variè præfiguratus.	114.a.b	Electorū gloria quæ sit.	90.b
		Electus deus custodit.	89.a
Duplex hominis peccatum du- plici remedio expiatur.	165.b	Elementa Christo attestata.	73.b
Dura ceruice Iudæi.	46.a	Eligere, quorum sit.	44.a
E		Elizabeth sterilis grauida, signū virginis Mariæ datum.	118.a
E Bionitarum error.	54.b	Elimas magus cæcatur.	152.b
Ecclesia electorum, mul- tier fortis.	44.b	Emmanuel quid sit.	71.a
Ecclesia mater & virgo.	123.b	Emmanuel nodum natus terrā suam protexit.	119.b
Ecclesia Rachelis nomine de- signata.	63.b	Enoch deo placuit.	12.a
Ecclesia vna est in qua salus sit.	173.a	Enoch in cœlū raptus.	149.b
Ecclesię ministri quales esse de- beant.	44.a	Epiphania domini.	76.b
Ecclesię vnitas.	131.a	& dein.	
Ecclesię nascenti signa erant necessaria.	148.b	Errantes in viam à Christo re- ducti.	141.b
Ecclesiam suppilantes.	115.a	Esca Iudæorum manna, & po- tus de petra, quomodo spiri- tualis fuerit.	165.a
Ecclesiarum prælati pastores.	35.b	Esca spiritualis, & potus spiri- tualis.	159.a
Edom rex.	41.a	Esdra sacerdotibus exemplar.	7.a
quid interpretetur.	68.b	Eux & Mariæ dissimilitudo.	100.b

Euangelistæ

I N D E X.

- Euangelistę quatuor animalib⁹ figurati. 14.b
- Euangelium Apostolorū quod fuerit. 5.a
- Euangelium quę bona nunciet. ibidem.b
- Euangelio pauci obediunt. ibidem.
- Euangelium signare quid. 29.b
- Euangelium Ioannis ceteris sublimius & perfectius. 54. a,b
- Euangelium quando Paulo reuelatum. 96.b
- Euangelium prę ceteris omnibus prædicandum, non doctrinę & mādāta hominum. 148.a
- Eucharistię panes cur exiguos instituerit ecclesia. 175.a
- Eucharistię digna perceptio ab incircuncisis non fit. 69.b
- De Eucharistia sermo. 152.a,b & dein.
- Eucharistia à Christo instituta. 153.a. 156.a,b
- Eucharistiā verum Christi corpus esse, non mysticum. 154.a
- Eucharistia, signū rememorationum. 156.a
- Eucharistię virtutem patres vet. testa. consecutos fuisse. 162.b
- Eucharistia vt sumēda, & quā reuerenter. 177.a
- Eucharistię figura, agnus paschalis. 169.b & dein.
- Exemplo Marię se conforment virgines. 192.a
- Excellentię plenitudo. 45.a
- Excidium Iudaicę gentis vnde. ibidem,b
- Exitus proditorum infames. 116.b
- Extra ciuitatem tam Christus quā Stephanus occisi. 47.a
- Exules à Christo in patriam reducti. 141.b
- F
- F**acies quatuor vnus animalis. 14.b
- Facies B. Stephani refulgens. 46.a
- Facta Christi verbis eius attestantia. 138.b
- Facultas miraculorū operātorum vnde Apostolis data. 139.a
- Fatum nihil esse. 99.b
- Fel odij & inuidiæ. 8.a
- Fœmor Iacob emarcidum. 21. a,b
- Fœmoris neruum in Iacob emarcuisse quid fuerit. ibid.a
- Fermentum peccati. 8.a
- Feruor necessarius in bonis operibus agendis. 102.a
- Fides nisi per auditum non est. 4.a quid sit 162.a
- Fides nostra stellę comparatur. 86.b
- Fides nostra in sacramento Eucharistię tentatur. 162.a
- Fides nostra, dei verbo nō corporis sensui, debet inniti. 174.b
- Fides, opus dei primo, etiam homini

I N D E X.

- homini iniunctum. 158.a
 Fides probata à domino laudatur. 113.a
 Fides qualis esse debeat. 148.b
 Fides quàm sit oculata. 87.a
 Fides quàm utilis sit. 1.b
 quid operetur in homine. ibidem.
 Fides sine operibus nõ sufficit. 107.a
 Fides vnde sit. 6.a
 Fidei confessio necessaria. 1.a & 2.a
 Fidei genitura potissima est. 13.b
 Fidei mysteria figuris adumbrata. 170.a
 Fidei nostræ modo, gratiæ etiã donum attèperatur in eucharistia. 175.a
 Fidei probatæ commendatio. 112.a
 Fidei signa. 148.b. 149.a
 Fidem paruipendentes. 1.b
 Fide sola deo commendamur. 24.a
 Fide vt seruemur. 112.a
 Fidem nostrã probari necesse est. 112.b
 Fidem quibus operibus maxime confiteamur. 2.a
 Fideles ad quid vocati sint. 109.b
 Fideles vt Christo iungantur. 131.b
 Figura ascensionis Christi. 143.b
 Figura veritati respondens. 61.a
 Figure & veritatis mira cõgruentia. 63.a
 in Figura contingebant omnia Iudæis. 159.a
 Figurarum velameta per Christi mortem ablata. 170.a
 Filius & pater vnum & idem sunt. 137.b
 Filius omnis dei adoptiuus ex Aegypto vocatur. 60.b
 Filius verus Mariæ Christus. 32.a
 Filij Leui sacerdotes pro cunctis primogenitis. 16.a
 Filium qui norit, etiam patrem nosse. 137.a b
 Flagellis quidam peiores sũt. 113.a
 Fœdera dei cum hominibus. 65.a cum Christo. 66.b
 Fœnum mysticè. 24.a b
 Fœnum tectorum quid. 132.b
 Fornicationis filij Iudæi. 16.b
 Fortioribus fortiora certamina proponuntur. 89.
 B. Francisci prouida monitio. b 148.a
 Fratres Christi qui. 32.b
 Fructus à nobis requisiti. 130.b
 Fructus passionis Christi. 129.b

G

Gabriel, dei fortitudo. 122.a
 Gaudium Christi & tristitia. 141.a b
 Gaudiũ nobis promissum quantum sit. 12.b
 BB Genea-



I N D E X.

Genealogia Christi cur tam diligenter descripta.	66.a	H æreditas cœlestis incorruptibilis, incōtaminata, inaccessibilis.	111.b
Genealogiarū enarrationes inutilis.	21.a	Hæreditas celestis quibus seruetur.	ibidem.
Generatio duplex, terrena, & cœlestis.	13.a	Hæreditatis consecutionem benedictio præcedit.	22.a
Generatio & regeneratio differunt.	110.b	Hæreditas circumcisis distribuitur.	75.a
Genethliacorum confutatio.	79.b	Hæreditatis æternæ sublimitas.	111.b
Genitura Christi magis secundum fidem & promissionem descripta, quàm secundum carnem.	17.b	Hæreseōn assertores scripturæ vim faciunt.	4.b
Gentibus misericordiã, Israelii veritatem fecit deus.	108.b	Hæreses esse oportere, vt intelligatur.	167.a
Gloria generis humani Christi.	18.b	Hæreticorum conatus.	83.b
Gloria in altissimis deo.	39.b	Hæreticorum desperatio.	132.b
Gloriã iusti quatuor perficiunt.	90.b	Hæreticos perstringit.	131.b
Gradus lignè cui sacerdos insistit quid.	7.a	Hebræorum murmur in deserto aduersus Moysen.	87.b
Granum ex quo confit Euchariſtia.	156.a	Helias cibo panis confortatus ambulauit, & cat.	166.b
Gratia dei sine personarum acceptione est.	3.a	Helias & Heliseus quorum gesserint typum.	143.a
Gratia fortes facit.	44.b	Helias in quod cœlorum raptus.	249.b
Gratia nobis ad pacē necessaria.	109.b	Helinandus auctor.	54.b
Gratia plena cur salutata Maria.	125.b	Heluidij hæresis.	32.b
Gratiæ plenitudo triplex.	44.b	Herodes porcus.	18.b
Gratia destitutus qualis sit homo.	44.b	in Christo falsus.	19.a
Gratuita dei electio.	24.a	Herodē ad Christi persecutionem quę incitarint.	58.b
Guloforum via.	38.a	Herodis crudelitas in uxorem & filios.	59.a
H		Herodis molimina, dei sapiētia præuenta.	59.b
		Herodes fraudulentus à Magis elusus.	61.b
		Herodis	



I N D E X.

- Herodis facinus detestadū ad-
uersus infantulos. 62.a
& 81.a
- Herodes à filiis in ius vocatus.
62.a
- Herodis & Pharaonis par im-
pietas. ibid.b
- Herodes alienigena erat.
77.a
- Herodis turbatio de Christo na-
to quid præfagebat. 80.b
- Herodes, diaboli typus. 81.b
- Herodis execratio. 82.a
- Herodis simulatio. ibidem.
- Hierosolymę turbatio de Chri-
sto nato. 80.b. 81.a
- Hierosolymis cur quęsit^o Chri-
stus à Magis. 77.b
- Hoc est corpus meum, vt sit in-
telligendum. 153 b
- Hodie etiam de nocte dictum.
37 b
- Homo à deo tria quęrit, & con-
tra. 80.a
- Homo ab homine discere de-
bet. 96.a
- Homo quidā nobilis in regio-
nem longinquam proficiscēs,
Christus. 140.b
- Hominis filius cur dictus Chri-
stus Stephano. 47.a b
- Hominis primi ingratitude.
158.a
- Homini nunquā quiescendum.
40 b
- Hominē quatuor modis in hęc
lucem prodire posse. 123 b
- Homines & iumēta saluaturus
deus. 101.b
- Hominum gloria Christus,
18.b
- Hominibus placere. 11.b
- Honor, vmbra sequentē fugiēs.
76.a
- Honorem virtus addit. 88.b
- Humanę mentis passiones ha-
buisse Christum. 141.a
- Humana natura vt in Christo
exaltata. 151.a
- Humanum genus in Aegypto
peregrinatur. 60.b
- Humilitate ascenditur. 151.b
- Humilitas Christiana. 102.a
- Humilitas Deiparę virginis Ma-
rię. 128.b
- Humilitas & obedientia neces-
sarię sunt ad salutem. 100.b
- Hysopo fides intelligitur. 131.a
- I
- I**acob sacerdos pro Esau.
15.b
- Iacob pastor. 35.a
- Iacob benedicēs Effraim, & Ma-
nassen quid figurauit. 22.a
- Idē Christus & deus & homo.
126.b
- Idololatriam in templo exercē-
tes. 106.b
- Iesabel impia. 17.b
- Iesus Christus filius dei homo
factus. 26.b
- Iesus filius Iosedech. 76.a
- Iesus filius Nauc. 73.b
- Iesus filius Nun populum Isra-
el circumcidit, non Moyses.
70.a
- Iesus filius Sirach Christi typ^o.
75.a

I N D E X.

- Iesus pontifex fidelis. 76.b
 Iesus puer vbique cū matre reperitur. 84.a
 Iesus recēs natus à quibus adoratus. 84.b
 Iesus templum ecclesiæ ædificauit. 76.b
 Iesu nomen quādo impositum. 70.a b
 Iesu nominis efficacia. 72.a b
 73.a
 Iesu nominis præfiguratio. 73.b
 Iesu nomine tres illustres. 72.b
 73.b
 Ignis à Christo in terrā missus, quid. 102.a
 Ignis diaboli. ibidem.
 Ignis purgatio. 101.a
 Igni cur assaretur agn^o paschalis. 171.b
 Ignorantes à Christo docti. 141.b
 Ignorantia nonnunquam peccatum leuius facit. 95.a
 Ima summis in Christo sociata. 70.b
 Impedimentum salutis triplex. 41.a
 Impetrari nil posse nisi per nomen Iesu. 72.b
 Impietatis velamen. 152.b
 Impiorum labor perpetuus. 88.b
 In nomine Christi petere, quid sit. 139.a b
 In omnem terram exiuit & cetera exponitur. 6.b
 In spiritu in templum qui veniant. 106.b
 In terra scribi quid. 13.a
 Incarnationis Christi testes. 105.a
 de Incarnatione dominica sermo. 121.a
 Incarnationis Christi annus, mensis, dies. ibidem a b
 Incarnati cur non nisi de muliere voluerit Christus. 123.a
 Incarnatio Christi diabolum lauit. 123.b
 Incarnationis diuinæ mysteriū vt impletum. 129.a
 Incircuncisorum abominatio apud deum. 68.a b
 Incredulitatis malum. 1.b
 eius velamen. 152.a b
 Indignè communicantis cœnæ dominicæ, pœna. 168.b
 & 169.a
 Indignus eucharistiæ ne communicet. 169.a
 Indignus proprio iudicio & indignus alieno. 169.a b
 Inedia Pauli triduana. 96.b
 Infans Christus potentes seculi terruit. 82.b
 Infans simul & vir Christus. 120.b
 Infans vnicus mundus à natiuitate sua, Christus Iesus. 100.a
 Infantem occidere vel in bello atrocissimo, capitale apud Romanos erat. 62.a
 Ingratitudo primi hominis. 158.a
 Inimici hominis, diaboli. 89.a
 Iniqua

INDEX.

- 106.b
13.a
es.
- Iniqua potestas quātum noccat
13.a
- Innocentia sanctorum vt decla-
retur. 90.b
- Innocentes pro Christo passi,
non sunt cœlum ingressi.
49.b
- de Innocētibz martyribz ho-
milia. 57 b.& dein.
- Innocentium sanctorum mar-
tyrum dies lugubri ritu cele-
bratur. 60 a
- Innocentes martyres Christi.
63 b
- Innocētij martyris encomium
86.b.& dein.
- Inopia Mariæ virginis & chri-
sti recens nati. 34.a
- Intellectus tentatio. 56.b
- Intentio in ipso facto confide-
ratur. 95.a
- in Inuēctione sanctæ crucis ho-
milia. 139.b
- Inuidiæ tenebræ. 87.b
- Inuidorum via. ibidem
- Inuocātium deum tria genera
3.b
- Inuocatio dei ad salutem neces-
saria. ibidem
- de Ioanne apostolo & euangeli-
sta concio. 49.b.& dein.
- Ioannes baptista non statim à
cæde sua cœlum ingressus.
49.b
- Ioannes discipulus præ cæteris
à Christo dilectus. 49.b
51.b
- Ioannis triplex vocatio. 51.b
- Ioānis a postoli erga Christum
amor. 52.b pro eo agones.
ibidem.& 55.a
- Ioannis apostoli priuilegia.
53.b
- Ioānes diuinitatem Christi de-
scripsit. 54.a
- Ioannes Mariæ filius & Christi
frater factus. 54.b
- Ioannis apostoli miracula, &
vitæ exitus. 53.a. 55.a,b.&
57.a
- Ioas regis scelus. 17.b
- Ioram Athalię maritus. ibidem
- Ioseph primus à tempore pro-
missionis persecutionē pro-
pter iustitiam passus. 63.b
- Ioseph A Egypti dominus fact⁹
Christi typus. 125 a.&
144 a,b
- Ioseph iniuriam quàm grauius
vltus deus. 19.b
- Ioseph mysticè qui sit 63.b
- Ioseph, vir Mariæ, & pater Chri-
sti, vt dictus. 18.a
- Iosephus. 28.b
- Iosue victoria de hostibus quid
figurarit. 74.b
- Iosue vt populum circuncide-
rit. ibidem.a
- Iosue colla regum à se subacto-
rum pedibus conculcari ius-
sit. 90.b
- Ira discipulis Christi fugienda.
145.a
- Iracundorum via. 88.a
- Isaac mysticè. 12.b
- Isaac filio benedicens. 22.b
- Isaac & Iacob, filij pmissionis
15.b

INDEX.

- | | | | |
|--|--------|---|-------|
| Isaac sacerdos. | 15.b | Iudas, palmis inutilis. | 130.a |
| Isidori liber de vita & obitu san-
ctorum. | 55.b | Iudas quam detestabilis. | 115.b |
| Juda mysticè quid sit. | 68.b | Iudas tricies maledictus ante-
quam natus. | 117.a |
| Judæi dura ceruice, incircunci-
sis cordibus. | 46.a | Judæ exitus in famis. | 116.a |
| Judæi ex fornicatione nati | | Judæ imitatores sacrilegi. | 115.a |
| 16.b | | Judæ probra. | 116.a |
| Judæi quibus sint similes. | 82.a | Judaica gens, vitis aliena, | 129.b |
| Judæorum arrogantia & super-
bia vana. | 16.b | Judaicæ gentis excidium vnde | 45.b |
| Judæorum conatus sceleratissi-
mus. | 83.b | Judaicæ malitiæ quatuor grad ^o | 46.b |
| Judæorum error. | 46.b | Judicare sese, quam sit utile. | 169.a |
| Judæorum improbitas in mira-
culis poscendis. | 158.b | Judices iniqui, sanguinarij | 68.b |
| Judæorum ingens numerus mā-
na pastus. | ibid. | Iusti gloriā quatuor perficiunt | 20.b |
| Judæorū maledictio prædicta,
impleta. | 117.a | Iustitiæ zona. | 25.b |
| Judæorum mira hypocrisis. | 47.b | Iuvenes senibus ardentiores. | 92.b |
| Judæorum odiū aduersus Chri-
stum. | ibidem | Iuvenes virtuosi deo gratiores | 51.b |
| Judæorum vanissima expecta-
tio. 20.a. recordia. | 77.b | L. | |
| Judæis similes quidam literati. | 82.a | L abor impiorum perpetu-
us. | 88.b |
| Judæos stellam Christi non vi-
disse. | 83.b | Labor sanctus & honestus | 89.a |
| Judas apostata impiorum dux. | 115.b. | Lamiæ comparatur mundus. | 145.a |
| fur, ibid.a | | Lactucæ agrestes quid. | 171.b |
| Judas cur medius crepuerit. | 116.b | Laudare deum quādo dicamur | 40.a |
| Judas <u>fur</u> erat. | 115.a | Latitudo moralis. | 10.b |
| Judas nō electione æterna, sed
solo nomine apostolus. | 114. | &. 11.a | |
| | | Lex vitæ, & lex disciplinæ. | 24.b |

Legis

INDEX.

Legis grauitas. 74.b
 Legi subditi etiã, gratia Christi
 salui facti. ibidem.
 Legi subditi cur voluerit Chri-
 stus. 100.b
 Legem cur seruauit Maria vir-
 go. ibidem.
 Leo diabolus. 86.b
 Leui filij sacerdotes pro cun-
 ctis primogenitis. 16.a
 Leuitarum primogenita non re-
 dimebãtur. 102.b
 Leuitas quæ sit. 23.b
 Liber cœlestis, prædestinatio e-
 lectorum. 13.a
 Liber generationis duplex.
 ibidem.
 Liber vitæ. 13.b
 Liberi arbitrij insufficientia.
 131.a
 Liberationis humani generis fi-
 gura. 121.b
 Lignum vitis quale sit. 129.b
 & 132.a
 Longitudo moralis quæ sit.
 10.a
 Loti esse debent, altaris sacra-
 mento communicaturi.
 156.b.
 Loto pedem discipulorũ quid
 signarit. ibidem
 Lucta Iacob cum angelo, quid
 figurarit. 20.a.b
 Luctatori forti benedictio da-
 ta. 20.b
 Lumen intellectus à deo peten-
 dum. 152.a
 Lupus Paulus ad ouem Ananiã
 captiuus ducitur. 97.b

Lux de cœlo Paulum perstrin-
 gens. 93..94.a
 Luxuria vestium & ædium dã-
 nabilis. 30.b
 Luxuriæ malum. 89.a
 Luxuriosum viã. 87.a

M,

Maceria diuita quæ.
 5.a
 Magorum Christũ qua-
 rentium mira fides. 77.b.
 84.b.85.b
 Magi primitiuã gentium. 78.a
 Magi in quo Herodi obedierit.
 83.a.
 Magorum munera moraliter
 85.a
 Magnificat, canticum Mariæ
 virginis. 125.a
 Magnitudo triplex corporalis,
 moralis, virtualis. 9.b
 Magnum esse, qui legi vitæ &
 disciplinæ acquiescit. 25.a
 Magnus in veritate quis sit.
 23.a
 Maiora Christo miracula facta
 ri apostoli. 138.b 143.a
 Maledictio Iudæ tricies repe-
 tita in psalmo. 117.a
 Mali sacramentũ, sed non rem
 sacramenti recipiunt. 155.a
 Malitiæ Iudaicæ quatuor gra-
 dus. 46.b
 Mādatorum dei obseruationes
 vitæ rectæ. 86.b
 non Manducare carnem Chri-
 sti, perfidorum est. 161.a
 Manna de sepulchro B. Ioannis
 apost. scatenens. 57.a
 BB. iij) Manna

INDEX.

- Manna Iudzorum, 158.b.& 174.b.175.b
 Manna, & aqua de petra, cur ci-
 bus spiritualis dicuntur. 159.a
 Manna patribus datum, nequa-
 quam Christi corpus erat,
 164.b. sed eucharistiæ figura.
 173.a, b 174.a
 Mansiones multæ in cælis quæ
 sint. 134 b. quibus seruentur.
 ibidem.
 de S Marco euangelista cõcio.
 129.a
 Maria virgo filia Davidis & A-
 brahæ tam fide quàm carne,
 13.b
 Mariæ virginitas non debuit
 indignis propalari. 18.b
 Maria virgo spiritus sancti con-
 filio desponsata. 19.a
 Mariæ partus sine dolore.
 31.b
 Maria vera Christi mater. 32.a
 & 128.a
 Mariæ virginis & Christi ino-
 pia. 34.a
 Mariæ Christi matri gratulatio
 42.a
 Maria docta scripturas. 43.a
 Maria quæ conferret in corde
 suo. ibidem.
 Maria virgo Ioanni commen-
 data. 54.b
 Mariam & Ioãnem sine sensus
 dolore emigrasse. 57.b
 Maria quanto dolore faucia.
 59.b
 Mariæ de filio suo silentium,
 & locutio. 84.b
 Maria virgo legi purgationis
 subiecta nõ erat. 99.b. 100.a
 Maria cur viro nupta fuerit.
 124.b
 Maria soror Moyfi, 125.a
 Mariæ virginis typus. ibidem
 Maria, virginitatis exemplum.
 126.a
 Mariæ virginis prudentia.
 ibidem.
 Mariæ filius quomodo magnus.
 126.b
 Mariæ disceptatio cum angelo
 127.a, b
 Mariam, dei matrem dici debe-
 re, cõtra Nestorium. 128.a
 Mariæ Christum concipientis
 humilitas. 128.b
 Mariæ desiderium sanctum.
 129.a
 Mariæ fides. 128.b. obedientia
 129.a
 Martyrum primus Stephanus.
 49.a
 Martyris Stephani patientia.
 charitas & oratio. 48.b
 Martyrum triplex genus. 64.a
 & 100.a
 Matrẽ Christus honorat. 123.a
 & 124.a
 Matres steriles sex. 18.b
 ex Matrimonio cur nasci volue-
 rit Christus. 123.b 124.a
 Mathiæ apostoli festum. 113.b
 Medicus prudentissimus Chri-
 stus. 159.b
 Mel complacentiæ. 8.a
 Melchisedechi ordo. 16.a
 Membro-

INDEX.

- Membrorum suorum vicem
Christus dolet. 94.a
- Memoriae tentatio. 36.a
- Memoriam sui Christi nobis in
eucharistia reliquit. 168.a
- Mens humana qualibet passio-
ne obnubilatur. 126.a
- Mensam Christi arbitrato quis-
que suo adire debet. 168.b
- Mercenarius quis sit. 172.b
- Metus non diuturni magister
officij. 62.b
- Migrantium ex hac vita viati-
cum. 166.b
- Militia caelestis cur dicat cho-
rus angelorum. 39.b
- Miracula etiam per malos fa-
cta. 149.b
- Miraculorum operationem Chri-
stus discipulis promittit.
138.b
- Miraculis potiora. 149.a
- Misericordia dei erga nos ma-
gna. 95.a. 110.a
- Misericordiam ut consecutus
sit Paulus. 63.a. 95.a
- Missionis Christi in hunc mun-
dum, causa. 141.b
- Mitti debet praedicatores, non
ex se id munus sibi sumere.
4.a. b. 5.a.
- Mitti foras quid sit. 132.b
- Moabitibus etiam in genealogia
Christi. 17.a
- Morbundi eucharistiae sacra-
mento optimè muniuntur.
166.a
- Mors proditorum infamis.
116.b
- Mors quum intravit, vita redu-
citur. 159.b
- Mors sine sensu doloris, Ioan-
nis apost. & Mariae virg.
57.b
- Mortis cibo, vita cibus oppo-
situs. 161.a
- Mortalium arrogantia. 152.a
- Morticinium tangere quid sit.
101.a
- Mortuorum cibus, Christus.
163.a
- Moyses, quid. 3.b
- Moyses apud deum mediator
pro populo. 9 a. 20.b
- Moyses pastor. 35.a
- Moyses populum non circum-
cidit, sed Iesus filius Nun.
70.a
- Moyses cur neminem circumci-
derit. 74.a
- Moysi filius à matre petra acu-
tissima circumcissus. 74.b
- de Muliere cur nasci voluerit
Christus. 123.a
- Mundi à peccato esse debent
eucharistiam sumpturi. 156.b
& 157.a
- Munditiam sermo dei affert.
130.b. 156.b. 157.a
- Mundus lamiae comparatus.
145.a
- Mundus per Christum ad inno-
centiam reuocatus. 107.a
- Murmur populi sui aduersus
Moysen in deserto. 87.b
- Myrrha deo offerenda. 85.a

N.

Nota

INDEX.

- N**ata de prole duplex in lege præceptum. 103.b
 in Natiuitate domini homilia. 26.a
 Natiuitatis Christi diligens descriptio. 29.a
 Natiuitatis Christi modus. 31.a. tempus & locus. 76.b
 Natiuitatis Christi manifestatio. 24.a, b
 Natiuitatis Christi nox pro die reputata. 37.b
 Natiuitatis signa in passione renouata. 38.b
 Natiuitatis Christi cōsiderationis fructus. 38.b. 39.a
 Natiuitatis Christi stella index 78.b
 Nazarenus cur dictus Christus. 95.a
 Nemo ad patrem vadit nisi per Christum. 136.
 Nestoriani. 131.a
 Nestorij hæresis. 126.b
 de S. Nicolao homilia. 6.b & dein.
 Nicolai episcopi candor. 8.a
 Nihil ex agno remanere, quid. 172.a
 Noë deo placuit. 12.a
 Noë fides. 65.a
 Nomina Christi varia. 71.a, b
 in Nomine Christi petere, quid sit. 139.a, b
 de Nomine Iesu homilia. 70.a
 Nomen Iesu aliis nominibus expressum. 71.a
 Nomen Iesu gloria acquiritur. 73.a
 Nomē paruulis imponebatur in circuncisione. 70.a
 Nominis sui confessores deus tuetur. 86.a
 Non diiudicare corpus domini quid sit. 168.b
 Nosmetipsos deo offerre debemus. 7.b
 Nouati error. 132.a
 Nox natiuitatis Christi pro die reputata. 37.b
 Nox viræ præsentis tempus. 173.b
 Nocte cur ederetur paschalis agnus. 171.b
 Noctis vigiliæ quatuor. 35.b
 Nubes Christum suscipiens & obtegens. 150.a, b
 Nubes, apostoli. 173.b
 Numisma deo per nos offerendum. 29.a
- O.
- O**bediendum deo, vt saluifimus. 24.a
 Obedientia Pauli conuersi promptissima. 95.b
 Obedientiæ electorum subiectio. 109.b
 Obedientiæ & humilitatis exemplum in Christo & Maria 100.b.
 Oblatio Christo nato offerenda. 33.b
 Oblatio nostra qualis esse debeat. 8.a
 Obstetrix nulla parienti Marię virgini

INDEX.

- virgini aderat. 33.a 138.a
 Obumbratio spiritus sancti. 127.b
 Ochofias de genealogia Christi succisus. 17.b
 Oculis carnalis sæpe fallit, nunquam dei verbum. 174.b
 Offerendum quid sit deo. 7.b & 103.b
 Og rex. 41.a,b
 Omnis creatura quæ intelligatur. 148.a
 Omnium precium, Iudas peculium suum fecit. 116.a
 Opus dei omni ocio dulcius. 158.a
 Opus omnium maximū est rapere regnum cælorum. 166.a
 Opus quodlibet habet semen-tem sui generis. 10.a,b
 Opera fidei iungenda. 148.b
 Opera operibus Christi maiora faciendi per apostolos, quæ sint. 139.a
 Opera quibus maximè fidem confiteamur. 2.a
 Oratio Stephani quàm efficax fuerit. 48.b. 49.a. 93.b
 Orationis virtus ad salutem necessaria. 3.b
 Ordo Melchisedechi primiti Noë. 16.a
 Ore etiam testanda fides. 2.a
 Orphani à Christo derelicti non sumus. 145.a
 Osculari manum suam quid. 8.a
 Ostendi sibi patrem pij optant.
- Ouem, turtutem, columbam qui offerant moraliter. 104.a
 P.
 Pactum dei æternum esse, non autem signum patiti. 66.a
 Palatiorum superbiorum fastus. 30.a
 Palmes inutilis Iudas. 130.a
 Palmitos à vitæ præcisi, hæretici. 131.b
 Palmitos in vite manentes qualiter fructificent. 132.a
 Palmitos inutiles qualiter colligendi. 133.a
 Panis altaris à patre signatus. 154.b
 Panis cælestis Christus. 30.a
 Panis cæli, panis angelorum, quis. 173.b
 Panes cænæ dominicæ cur exi-qui sint. 175.a
 Panis & vini materia cur electa ex qua conficeretur eu-charistia. 155.b
 Panis vetus non manna sed Christus est. 159.b
 Pannis inuoluti Christi mira-humilitas. 33.a
 Parabola pulchra. 39.a
 Paratus nobis à patre Christus ut pugnator, ut sacerdos, ut lucerna. 108.a
 Parentes Christi secundum fidem. 13.b
 Parentes Christi qui fuerint. 101.b
 Partus animæ exitialis. 101.a
 Partus

I N D E X.

- Partus sine parturitione. 31.b
- Paruulorum baptismus. 64.a
& 148.b. 161.a
- Paschæ tempus. 157.a
- Passionis Christi fructus. 129.b.
- Passione qualibet obnubilatur humana mens. 126.a
- Passiones etiã humanas Christus habuit. 141.a
- Pastores animarũ vigilare debent. 35.b
- Pastores erant maximi quique viri. 35.a
- Pastoribus cur primum innotuerit Christi natiuitas. 34.b
& 35.a. 40.b. 42.b. 43.b
- Pater & filius, Deus vnus & in diuisus. 138.a
- Pater futuri seculi Christus. 71.b
- Pater castigationem qui non suscipiat, in filiorum numero non habendum. 22 b
- Patrem Christus honorat. 123.a
- Patrem per effectus in filio uisum. 137.a
- Patrem sibi ostendi optant pij. 138.a
- Patres veteris legis, cur Deus semper tutatus sit. 119.a
- Patres vet. test. in quo mundati. 157.a
- Patres vet. test. eucharistiæ virtutem consecuti. 162.b
- Patrum de Christo fides, & nostra, num eadem sit. 170.a
- Patrum fides tentata. 262.a
- Patrum vet. testa. baptismus. 165.a
- Patribus & nobis idem remedium Christus. 163.b
- pro Patribus uerit. baptizat⁹ Christi⁹ passione sua, aquam fundens & sanguinem. 165.a
- Patriarchæ pastores. 35.a
- Patientia sanctorum, auro conparata. 113.a
- Paulus longè ante legem præsignatus. 92 b
- Paulus necis B. Stephani participes. 48 a. 92.b
- Paulus precibus B. Stephani rãtus factus. 49.a. 98.b
- Pauli cõuersio. 91.a, b. & dein. Eius conuersionis utilitas. 93. a
- Pauli incredulitatis velamen ut illi ablatum. 152.b
- Pauper cur natus Christus. 38.a
- Pauper ubi cõtemnitur, cœna dominica non est. 167.b
- Pax quã facillè habeatur. 40.a
- Pax quibus annuncietur. 39.b
- Pacis author Christus. 27.b
- Pacis moderator Augustus. ibidem.
- Pacem nobis, gloriã deo angeli distribuunt. 40.a
- Pacificis semper adest Christus 28.a
- Peccatoris conuersionis norma. 96.b
- Peccatores exẽplum sibi propositum

I N D E X.

- positum habent conuersionis
B. Paulum. 91.b.96.b
- Peccatum confusionem meretur. 88.b
- Peccatum duplex hominis duplici remedio expiandum. 165.b
- Peccato domus Abrahamæ Christi aduentus dilatus est. 19.b
- Peccatis obnoxij sunt omnes mortales. 135.a
- Peccatis regū Iuda dilat^o Christi aduentus. 19.b.20.a
- Peccatrices & fornicariæ in genealogia Christi. 16.b, & 17.a
- Pedes agni vorare quid sit. 171.b
- Pedes euangelizantium qui. 5.a
- Pedes proximorū abluere quis sit idoneus. ibidem.
- Pellicani pietas. 109.b
- Pellis ostentationis. 3.a
- Per aliam viam reuerti quid sit. 86.a
- Peregrinatio humani generis in Aegypto. 60.b
- Periclitantium precatio. 88.a
- Pericula animarum quatuor. 36.a
- Persecutores Christi etiam hodie quidam sunt. 94.b
- Personarum acceptio non est apud deum. 3.a.50.b
- Perturbationis tempore tacendum. 126.a
- Peruersæ viæ septem. 87.a
- Peruersi incorrigibiles. 45.b
- Petenda à deo quæ sint. 133.b
- Petere in nomine Iesu quid sit. 72.a
- Petra circuncisionis, Christus. 70.a
- Petrinis cultris cur facta circūcisio. 74.a
- Petrus numerum Apostolorū instaurari vult. 113.b
- Petrūmne an Ioannem magis dilexerit Christus. 50.b
- 251.a
- Pharaonis & Herodis par impietas. 62.b
- de Philippo & Iacobo Apostolis concio. 133.b
- Pietas obiecta pessimo facinorosi. 83.a
- Pietatis officia Christus in cruce distribuit. 55.a
- Pilorum abrasio quid. 69.a
- Pios & fideles aduenas esse. 109.a
- Placere deo. 12.a.b
- Placere hominibus, & placere deo. 11.b
- sibiipsi. 12.a
- Plenilunio cur institutum Eucharistiæ sacramentū. 157.a
- Plenitudo gratiæ triplex. 44.a
- b. & 45.a
- Pœnitentiæ remedium tollentes. 132.b
- Pœnitentiam agere non erubescendum. 67.a
- Pōtifices vigintiquatuor à Dauid instituti. 81.a
- Populus Israel deum tentans, etiam à deo tentatus. 161.b
- Popu-

I N D E X.

Populus Israel ex Aegypto vocatus.	81.a	bantur.	14.a
Portus salutis.	88.a	Primogenitum dupliciter dicitur.	32.b
Potentis iniquæ malum.	83.a	Primogenit ⁹ & vnigenit ⁹ Christus.	102.b
Præcursor noster in cælum Christus.	144.b	Primogenitorum sacerdotij cessatio.	16.a b
Præda à diabolo per Christum erepta.	141.b	Princeps pacis Christus.	71.b
Prædicandum quid sit.	114.a	Principes sacerdotum qui sint.	81.a
& 148.a		Processionis causa in purificatione.	101.b
ad Prædicationem requisita.	44.a	Proconsulis & pontificis idolorum, per Ioannem Apostolum conuersio.	36.a
Prædicatores à verbo scripture incipere debent.	114.a	Proditori suo reuocando quam studuerit Christus.	118.a
Prædicatores falsos cur mittat deus.	4.b	Proditorum exitus infames.	116.b
Prædicantes iniussi, & non missi.	ibid.a	Profectus Christianorum in quo consistat.	102.b
Prædicatores mali bonis interdum sunt vtilis.	ibid.b	Professio census non sine ratione à deo disposita.	29.b
Prælati ecclesiarum pastores.	35.b	Professio mystica.	28.b
Præsentandi domino prius circumcidebantur.	103.a	Proficiendum semper esse in via virtutum.	102.a b
Præsentia spiritus sancti vt cognoscatur.	106.a	Profunditas moralis, humilitas.	11.a b
Præsepe cur electum à Christo in quod reclinaretur.	33.b	Prole de nata duplex erat in lege præceptum.	103.b
Primi hominis ingratitude.	158.a	Promissio Christi ad suos.	147.b
Primi nouissimi, & contra.	102.a	Promissionis filij.	15.b
Primogenito nostra quæ sint.	ibidem.b	Promissionis verbum.	ibid.
Primogenita omnia Israelis sibi deputauerat deus.	ibid.	Prophetiæ & euangelij confirmantia.	63.a
Primogenita Ruben, Ioseph data.	16.a	Propinqui carnales.	41.a
Primogeniti sacerdotes lege.		Propinquitati carnali quando nihil tribuendum.	118.b
		Prose.	

IN DE X.

Profelyti aduenæ. 109.a
 Protomartyr Stephanus. 47.a
 49.a. Vide Stephanus.
 Proximorū pedes abluere quis
 sit idoneus. 5.a
 Pseudoapostolos cur deus mit-
 tat. 4.b
 Puer Christus matri prælatus.
 58.b
 Puer Iesus ubique cum matre
 reperitur. 84.a
 Puerperarū purgatio apud Iu-
 daeos. 99.b
 Purgatio ignis & aquæ. 101.a
 sanguinis. ibidem.
 Purificatio virginis Mariæ. 99.b
 & dein.
 Purificatio spiritualis quæ sit.
 100.b. 101.a
 in Purificationis festo proces-
 sionis mysterium. 101.b

Q

Qvadragesimæ numeri my-
 sterium. 146.b
 Quadruplex animarum
 periculum. 36.a
 Quærit ab homine deus tria, &
 contra. 80.a
 Quantū credimus, tantum gra-
 tia ex Eucharistia percipim⁹.
 175.a
 Quatuor facies vnus animalis
 quid. 14.b
 Quatuor, gloriam iusti perfici-
 unt. 90.b
 Quatuor vigilia noctis. 35.b
 Quo die homo formatus, eo-
 dem Dei filius incarnatus.
 121.b

Quodcunque volueritis pete-
 tis, & fiet vobis, vt intelliga-
 tur. 133.a

R

Raab meretrix. 17.a
 Rachel plorans quid.
 63.b
 Rapere regnum cælorum, o-
 pus est omnium maximum.
 166.a
 Ratiocinationis tentatio. 36.b
 Rectè incedere cupienti, duo
 sunt necessaria. 88.a
 Redemptores primogenitorū
 apud Iudæos. 102.b
 Regio nostra paradysus. 86.a
 Refrigerium B Stephano diui-
 nitus indultum. 49.b
 Regina Saba excita fama Salo-
 monis. 42.b
 Regnū Christi quale. 127.a
 Regnum dei, finis vitæ nostræ.
 88.a
 Remediū idem patribus & no-
 bis per Christum. 163.b
 Renum accinctio quid. 172.a
 Res magnæ vt gerantur. 90.a
 Resurrectionis fides vt confir-
 mata. 145.b
 in Resurrectione omnes circū-
 cidendi. 103.a
 Reverti per aliam viam quid
 sit. 86.a
 Rex Israel, id est regni decem
 tribuum. 119.a
 Reges filiis Israel aduersantes.
 41.a
 Reges moraliter qui sint.
 23.a

Roma

I N D E X.

- Roma, sedes vicarij Christi. 31.a
 Romam cur non elegerit Christus vbi nasceretur. ibidem.
 Romani imperij amplitudo. 28.a
 Romani Iudæos subuerterunt. 45.b
 Romanum imperium prophetiæ famulatum. 77.a
 Ros mysticè quid. 174.a
 Ruben peccatum, & eius punitio. 16.a
 Ruth Moabitis erat. 17 a
- S
- S**acerdotes cur dicantur sal terræ. 7.a
 Sacerdotes mali. ibid. b
 Sacerdotum est sacrificiū deo offerre. 7.b
 Sacerdotes primogeniti olim legebantur. 14.a
 Sacerdotes mali perstringuntur. 173.a
 Sacerdotes pro populo dei orant. 9.a
 Sacerdotes à populo sustentandi. 8.b
 honorandi. ibidem.
 sacerdotes impij desperationem miseris conscientijs afferentes. 117.a
 Sacerdotale munus tria cōplectitur. 6.b
 Sacerdotale munus nemo sibi sponte sumere debet. 8.b
 Sacerdotij primogenitorū cessatio. 16.a b
 Sacramentum sui corporis ipse
- Christus diffiniuit. 154.a
 Sacramentum, & res sacramenti. 155.a
 Sacramentarios cōfutatur. 153.b
 de Sacramēto eucharistiæ sermo. 152. a b. & dein.
 Sacramēto altaris fides nostra tentatur. 162 a
 Sacramenta baptismi & Eucharistiæ non sola saluant. 164.b
 Sacramenti Eucharistiæ prætutu avaritia aut quæstusne exerceatur. 175.b
 Sacrificadi ritus legitimus. 8.a
 Sacrificia Christianorum qualia esse debeant. ibidem.
 Sacrificium pro nata prole. 104.a
 Sacrificium vnicum Christianorum eucharistia, sacrificijs omnibus legalibus præstantius. 166.a
 Sal discretionis. 8.b
 Sal terræ cur sint sacerdotes. 7.a
 Salomonis deprauatio. 9.b
 Salomonis magnificentia, typus cœlestis beatitudinis. 134.b
 Saluator esse Christus recens natus quibus iudiciis declaratus est. 38.a
 Saluatoris signi vtronea promissio. 120.a b
 Salutis & fidei indubitata signa. 149.a
 Salutis impedimētum triplex. 41.a
- Saluti

INDEX.

- Saluti necessaria quatuor. 1 a
 Saluti homo per duo disponuntur. 2; b
 ad Salutem unicuique adulto necessaria quatuor. 1. a
 Samaria caput regni decemtribuum. 119. a
 Samuel & Maria consimiliter liberari. 19. b
 Samuelistypus. 4. a
 Sanctus dicitur Christus, sed aliter quam ceteri. 118. a
 Sancti vt blasphemetur. 90. b & 91. a
 Sāctorum labor hic completur. 88. b
 Sāctorū nullius vita tam diligenter in sa. scrip. descripta, quam beati Stephani. 49. b
 Sāctorum patientia auro comparatur. 113. a
 Sāctorum transformationes. 23. b
 Sanctos regibus seculi esse maiores. 23. a
 Sanctos semper futuræ vitæ desiderium habuisse. 107. b
 Sāguinarij homines deo inuisi. 68. b
 Sanguis in sacrificio quid. 8. b
 Sanguinis effusio quid valuerit paruulis pro Christo cæsis. 64. a
 Sanguinis notæ tres mysticè. 171. a
 Sanguinis purgatio. 101. a
 Sanguine agni postem vtrunque & superliminaria signati quid. 171. a
 Sapientia vera non nisi per fidem habetur. 1. b
 Sapientia quæ intelligatur. 89. b. 90. a
 Sapientiæ creatæ fortitudo. 90. a. increatæ. ibidem.
 Satan Christo frustra aduersatus. 76. a
 Saul & Herodes impij consimiliter falluntur. 19. a
 Saulus in necem B. Stephani cōsensit. 48. a. vnde mor^o ad persecutionem ecclesiæ. 92. a
 Eius deprehensio. 94. b
 Sceptrū de Iuda defecerat christo nascente. 77. a
 Schismaticos & hæreticos perstringit. 131. b
 Scientia sanctorum quæ sit. 88. b
 Scire & cognoscere differunt. 136. b
 Scribæ populi qui. 81. b
 Scripturæ sanctæ in laqueum peccatoribus. 32. b
 Seculi vigiliæ quatuor. 36. a
 Sedechiæ regis calamitas. 152. b
 Sedē Davidis quomodo Christus acceperit. 127. a
 Seduciores qui sint. 89. b
 Semen Christi vt semper in patribus seruatum. 119. a
 Semen promissum Christus. 65. a, b
 Seminis natura. 10. a
 de Semine virginis natus Christus. 32. a
 Senarij numeri mysteriū. 121. a

INDEX.

Senex infantem amplectēs qui sit mysticè.	107.a	Eius exultatio fœlix.	106.b
Sensuum nostrorum iudicium Christi verbis posthabendū.	162.b	&.107.b	
Sensus carnalis sæpe fallit, dei verbum nunquam	174.b	Similia pulchra.	10.b
Seon rex.	41.a.b	44.b.62.b.65.b.66.b.106.a	
Septem viæ peruersæ	87.a	111.a.134.a.146.b.156.a	
Sermo Christi mētem mundat.	156.b.&.dein.	168.a,b	
Sermone dei munditia confer- tur.	130.b.131.a	Simulationis fallacia.	83.a
Seruus emptitiuus qui sit.	173.a	Singularitatis sanctæ exempla	105.a
Sese hominem iudicare, quāam sit vtile.	169.a	Sixti martyris dictum ad Laurē- tium.	90.a
Sibiipsi placere.	12.a	Sodomorum vinea.	129.b
Sichar Samariæ ciuitas.	16.b	Sol Christus, aurora Maria.	31.b
Sichemitarum circumcisio inu- tilis.	69.b	Solem stare iubens Iosue, quid figurarit.	74.b
Signa quandiu fuerint in eccle- sia.	148.b	Solitudo mala.	102.a
Signum Achas à deo datum.	120.a	Solitudinis sanctæ exempla.	105.a
Signū aduentus saluatoris Iu- dæis datum.	120.b	in Somnis multa de Christo angelos præcepta.	57.b
Signum fœderis dei cum Abra- ham, circumcisio.	65.a.b	&.58.a	
Signū Mariæ Virginis ab ange- lo datum.	128.a	Sors consultoria, sors diuinato- ria.	118.b
Signum inhabitantis spiritus sancti.	106.a	Spes quorundam inanis.	110.b
Signa deus non requirit, sed o- pera.	149.a	Spem nostram vt deus prouo- xerit	110.b.&.144.a
Signa natiuitatis Christi in pas- sione renouata.	38.a	Spiritus duplex Helisæo datū qui intelligatur.	143.a
& immutata.	ibidem.	Spiritus sancti operatio multi- plex.	148.a
Simeon qui fuerit.	105.a	Spiritus sancti inhabitantis b- gnum.	106.a
Cur iustus dicatur.	ibidem.b	Spiritum sanctum bis accepe- runt apostoli.	147.b
		Sponsæ, vxores dicuntur, spon- si, viri.	18.a
		Squamæ quæ intelligantur in sac. lit.	98.a

Stans

I N D E X.

- 106.b Stans cur apparuit Stephano
Christus. 47.a
10.b Stella dominicæ natiuitatis in-
.b.106.a dex. 78.a
5.a Stella Christi spicialiter dicta.
78.a,b. ea cur ad tempus dis-
83.a paruit. 79.a 83.b,&.84.a
xempla Stella propter homines facte,
non contra. 79.b
ad Lauri de Stephano,ptomartyre homi-
90.a lia. 43.b
129.b beati Stephani mira sapientia.
Maria. 45.a.patientia.48.b.charitas.
ibidem.
sue,quid beatus Stephanus Pauli con-
74.b uersionem impetrauit.
102.a 93.a
mpla. Steriles matres sex in sac.lit.
18 b
Christo Sufficientiæ plenitudo. 45.a
57.b Sui complacentia mala. 8.a
Superbia humana retunditur.
67.a
iuinato Superbiæ sua pœna. 152.a
118.b Superborum fastus. 76.a
110.b Superborum viæ. 87.a
proue
&.144.a
o datu
143.a
o multo
148.a
antis fi
106.a
accepe
147.b
r,spou
181.a
antur in
98.a
Stau
- pti, concep ti, nati, & glorifi-
cati. 105.a b
Testes Christi, duodecim Apo-
stoli. 117.b
Testes aduersus beatū Step ha-
num primi lapides mittunt.
48.a
Testamentum pacis. 25 a b
Thamar fornicata. 16.b
Thobias iunior, Christi typus.
142.a
de Thoma Apostolo homilia.
21.b
Thus deo offerendum. 85.a
Thus orationis & deuotionis.
8.a
Timor quàm necessarius ad sa-
lutem. 105.b
Titionum caudæ quæ sint.
119.b
Transire in Bethleem quid sit
mysticè. 41.a
Transitus triplex. ibidem.
Tres viros deo placuisse. 12.a
Tria quærit ab homine deus,&
contra. 80.a
Tribulatio quosdã tollit, quos-
dam purgat. 130.b
Tribulationis vtilitas. 22.b
101.a.112.a b
Triduana Pauli cæcitas & in-
edia. 96.b
Triplex impedimentum salu-
tis. 41.a
Triplex transitus. ibidem.
Turturis & columbæ signifi-
catio differens. 104.b
Tuba Christum præcedens.
150.b

INDEX.

Tyranni semper sunt pauidi. 81.a	bus debito collectum, quibus indicantur. 174.b	V
V		V
VAs electionis Paulus 92. a 97. b	Vestimenta Christianorum mi stica. 144.	V
Vaticiniū in Iudæos im- pletum. 117. a	Vestimenta Iesu sordida que ser runt. 76.	V
Vehicula quibus vehamur in cælum. 144. b	Via bellicosa. 88.	V
Velamen incredulitatis impie- tatis & cupiditatis. 152. a b	Via eadem qua mors intrant vita reducitur. 159.	V
Velamenta figurarum mystica- rum per Christi mortem abla- ta. 170. a	Via immaculata, spinosa, luto- sa, tenebrosa, & diofa. 87.	V
Venenum Ioannes Apostolus innoxie bibit. 55. b	sumptuosa. 88.	V
Veniendi ad Christum variæ causæ. 72. b	Via finis ambulanti bus cogno- scendus. 87.	V
Veracem se probat Christus. 138. b	Via recte quæ sint. 86. b. que ma- la. 87. a	V
Verba Christi vt in nobis ma- neant. 131. a	Videbuntur in patria, quæ nun- audiuntur. 42.	V
Verborum Christiveritas. 138. b 174. b	Videre mortem, quid sit. 106.	V
Verbi dei auditio necessaria. 4. a	Vicini assumptio ad esum agni paschalis, quid sit. 170. b	V
Verbo dei aduersati quidam ex Christi maioribus secundum carnem. 17. b	Vigiliæ pastorum. 35.	V
Verborum dei autoritas non minor quam miraculorum. 6. a	Vigiliæ quatuor noctis. 35.	V
Verbum promissionis ad Da- uid auctum est. 15. a	Vinea aliena, gens Iudaica. 129. b	V
Verba quæ pater locutus est in filij sui incarnatione 38. b	Vir quid significet. 118.	V
Veritas corporis domini in sa- cramento, probatur. 155. a	Viri querela de muliere vt so- pita. 123.	V
Vermibus scatens manna qui-	Vires nostras Christus nouit. 89. b	V
	Virginis filius Christus. 16.	V
	Virginis filius Emmanuel in- fans pariter & vir. 120. b	V
	Virginem Mariam nuptā viro esse expediebat. 124. b	V
	Virginē matrem Christus ele- git. 123. a	V
	Virginem sine semine pariturā lex præuidit. 100. a	V
	Virgi-	V

INDEX.

- | | | | |
|--|---------|--|-------------|
| Virginum documenta. | 1.5.b | Vmbra Petri agrotos sanans. | |
| Virginitatis cōmendatio. | 52.a | 139.a | |
| Virginitas Mariæ nō debuit indignis proparari. | 18.b | Vnctio & gloria Christi. | 26.b |
| Virginitatis propositum inconcussum. | 127.a | Virginū præcisio mystica | 69.a |
| Virtuti honor debetur. | 88.b | Vnus erat Christus, etiam ipse deus & homo. | 126.b |
| Virtutes Mariæ, quibus fulta, deum concepit. | 128.b | Vorare caput & pedes agni, quid sit. | 171.b.172.a |
| Vita eadem via reducitur, qua mors intrauit. | 159.b | Vox Paulū vocans mira. | 94.a & 96.a |
| Vitis lignum quale sit. | 129. | Vulnerum suorum signa cur retinuerit Christus. | 146.a |
| Viti se comparat Christus. | 129.a.b | Z | |
| Vitium meretur confusionem. | 88.b | Zelus Sauli pro lege sua. | 92.a |
| Viuorum cibus vt sit Christus. | 163.b | Zona iustitia. | 25.b |

FINIS INDICIS.

CC iij

IN HAC PARTE HYEMALI
Homiliæ hic designatæ continentur.

- In festo sancti Andree Apostoli, in Epistolam, Homilia I.
In festo sancti Nicolai, Homilia I.
In festo cõceptionis beatæ Mariæ virginis, in Euangeliũ,
Homilia I.
In festo sancti Thomæ Apostoli, in Epistolam, Homilia I.
In festo natiuitatis Christi, in Euangel. Homiliæ IIII.
In festo sancti Stephani protomartyris, in Epistolam,
Homilia I.
In festo sancti Ioannis Apostoli & euãgelistæ, Homilia I.
In festo sanctorũ martyrum Innocentium, in Euangeliũ,
Homilia I.
In festo Circumcisionis Christi, in Euangeliũ, Homiliæ II.
In festo Epiphaniæ domini, in Euangelium, Homiliæ I.
In festo sancti Vincentij martyris, in epistolã, Homilia I.
In festo Conuerſionis sancti Pauli Apostoli, in Epistolam,
Homilia I.
In festo Purificationis immaculatę virginis Marię, in Euã
gelium, Homilia I.
In festo Cathedre b. Petri Apostoli, in Epistolã, Homilia I
In festo sancti Mathiæ Apostoli, in Epistolam, Homilia I.
In festo Annuntiationis gloriosæ virginis Mariæ, in Epi
stolã, Homilia I. & in Euangeliũ, Homiliæ II.
In festo sancti Marci Euãgelistæ, in Euãgelii, Homilia I.
In festo sanctorum Apostolorũ Philippi & Iacobi, in Euã
gelium, Homilia I.
In festo Inuentionis sanctæ Crucis, in Epistolã, Homilia I.
In festo Ascensionis Christi, iuxta Epistolã & Euangeliũ,
Homiliæ II.
In festo sacrosanctæ Eucharistiæ, Homiliæ IIII.

F. IOANNIS ROYARDI

iunioris ad hunc patruī sui li-
brum, Apostrophe.

I liber, & properus Latias inuise camœnas,
Excipiat grato te chorus ille sinu.

I liber Eoas totus festiuus in oras,
Et procul omnigenum tutus adito solum.

Te videat vecors, videat Bœotica te sus.

Et sibi dispersas calcet inepta rosas.

Te Sciolus videat fastu qui turget iniquo,

Et frontem caperet tota superba cohors.

Te videat Cryticus, mox ac in te genuinum

Frangat, iners rabido Zoilus ore latrans.

Queis aliam non redde vicem quàm protinus
horum

Futile iudicium vilius asse putes.

Denique te videat, laudet, veneretur, amétque

Candidus ingenij dexteritate sui.

F. IOAN-

F. IOANNIS ROYARDI
iunioris Ordi. diui Francisci, in
hoc sui patruī volumen,
ad Lectorem.

ENthea magnanimo cupias si pectora ni-
su.
Si iuuet & diuūm fortia gesta sequi,
Fortia gesta sequi, præclaræque nosse trophææ
Si iuuet inuicti quæ peperere duces.
Huc ades, huc propera, pius hoc tibi sume volu-
men,
Quod concinnauit Neruius iste vetus.
En sacra apostolicos redolent hæc scripta trium-
phos.
Martyrij palmis en redimita virent.
Ardua virtutum patet his tibi semita thecis,
Christigenūm triuit quam pia turba ducum.
Inclyta virginæ memorant præconia pugnae,
Qua caro, qua mundus, qua ruit ipse satan.
His tibi præclaris subdunt calcaria factis,
Vt tua virtutem mens generosa colat.

tum
con
can
¶ C
ctio
sum
à m
ditu
etiã
se e
à m
Lau
ditu
iusti
iusti
¶ Po

Homilia per fe

STIVITATES SANCTORVM

torius anni, per Fr. Ioannem Royardum
ordinis Fratrum minorum edita,
ac nunc denuo per eundem
recognita, tersa, &
emendata.

PARS HYEMALIS.

IN DIE SANCTI

Andree Apostoli.



Rates, corde creditur ad iustitiam.

Roma. 10

In hac lectione tradit Apostolus Paulus quatuor, quæ ad salutem. Primum est, sincera fides in corde. Secundum est, eiusdem fidei confessio in ore. Tertiū est, inuocatio dei. Quartum est, auditus cælestis verbi. Secundum, ibi: Ore autem confessio fit. Tertium, ibi: Omnes enim quicumque inuocant. Quartum, ibi: Quomodo ergo inuocabunt.

Circa primum aduerte, quod quum ante initium huius lectionis sic præmississet, si confitearis in ore tuo dominū Iesum, & in corde tuo credideris quod deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris, cōtinuò subiunxit: Corde enim creditur ad iustitiā. Credere enim oportet, & si causa exigat, etiā ore confiteri quod Christus est dominus, & quod ipse est Iesus, hoc est saluator: & quod deus illum suscitauit à mortuis. Vbi est laus fidei, pariter & merces exprimitur. Laus, si hæc quæ sunt dicta credideris. Merces, quum subditur: saluus eris. Ipsum etenim credere, cōfert iustitiam, iustitia verò salutis causa est. Noe siquidē, Daniel & Iob, iustitia sua saluabunt animas suas.

*Exec. 14
Corde cre
dere.*

Porro corde credit qui sine vlla hæsitacione, sine simu-

A lacione

Actu. 8. latione, sine temeraria disquisitione, simpliciter credit verbo dei. Interrogabat Eunuchum Philippus quum ille baptisimi lauacrum exposcens diceret: ecce aqua, quis prohibet baptizari? si credis, inquit, ex toto corde, licet. Sunt enim plerique quorum sunt corda tanquam vasa ore ad terram versa, qui fidem terræ potius quam cælo dantes, pecuniæ magis quam deo credunt, unde per Sapientem dicitur: Cor fatui quasi vas contractum, omnem sapientiam non tenebit. Vera nempe sapientia non nisi per fidem habetur. Isti & si fidem se habere dicant, quia tamen non credunt toto corde, non credunt ad iustitiam.

Fidē parvipendentes. ¶ Nec mirum, quum apud hos res penè nulla sit minoris pensi quam fides, quod palam fieret si in quo fides Christiana consistat interrogaretur. Nescirent enim quid homo Christianus debeat confiteri. Impigri interim nugas discere, superstitutiones, carmina, deceptiones, omnia denique citius quam ea quæ sunt fidei & salutis, quum tamen impossibile sit sine fide placere deo. Quod autem per fidem possumus deo placere, per hoc patet quod scriptum est: Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Et passim in Euangelio Christum iis quibus vel remissionis peccatorum vel curationis gratiam indulgit dixisse legitur: Fides tua te saluum, vel te saluum fecit, vade in pace. Et rursum: Secundum fidem vestram inquit, fiat vobis. Et iterum: Is qui opere Christi interpellauit per filio, audiuit: Si credis, omnia possible sunt credenti. Et iterum propter incredulitatem ciuium suorum in Nazareth, dicit Euangelista: non potuisse cum illic virtutem ullam facere nisi quod paucos egrotos impositis manibus sanauit. Sicut autem recta in deum fides saluat & erigit, sic est conuerso incredulitas mergit hominem atque deicit. Quod in Apostolo Petro palam apparuit. Is enim quandiu incoccussa fide firmus, fuit, eiusdem fidei virtute super undas maris non infusus incedebat vestigiis. Quum autem vidisset ventum validum venientem, & hæsitans timuisset, fide destitutus continuo cepit mergi. Vt per hoc intelligamus neminem sine fide peruenire posse ad salutem.

Quam sit utilis fides. ¶ Circa, secundum dicit:
Ore autem confessio fit ad salutem.

Roma. 4. ¶ Ab hoc loco tria consequenter docet Apost. Primum, ipsam fidei

Matt. 9. ¶

Mar. 9. ¶

Mar. 6. ¶

Fides quid operetur in homine. ¶

Matt. 14. ¶

¶

¶

¶

fid
tat
in
¶ C
O
de
no
fesi
hile
Ch
Nō
fiti
nē d
id q
non
xeru
neb
luer
coro
bere
in ar
quod
verit
¶ Pro
de cr
dere
dere
pē sp
radic
in co
non e
¶ De
dum
ximo
conti
¶ San
præse
stum
ne ob

fidei confessionē. Secundò, per fidem esse cōfessionis cui rationem, ibi: Dicit enim scriptura. Tertiò, gratiæ diuinæ in omnes communionem, ibi: Non enim est distinctio.

¶ Circa primum dicit: Ore autem cōfessio fit ad salutem. *Fides cōfessionem*
Oris ministerio cor ipsum egere testatur. Quid enim p- *requirit.*
desset tantum animo credere, nisi etiā quod cordis archa-
no credimus, palam verbis p-tereretur? Ex ipsa nēpē con-
fessione & fides splendescit, & cæteros ædificat. Eget ni-
hilominus & os officio cordis, ne mentita veritate & si
Christum ore cōfiteamur, corde tamē ab eo simus alieni.

Nō ergo incassum postquā dixisset, corde creditur ad ius-
titiā, addidit: ore autem confessio fit ad salutem. Nā pe-
nē omnes qui Christum corā: persecutoribus negauerūt,
id quod de illo credebāt, corde tenebant, qui tamen ore *Luc. 22.*
non confitendo perierunt. Illi enim qui pœnitentia reui-
xerunt (vti Petrus qui in illa negatione intus veritatē te-
nebat, & foris mēdaciū proferebat) quorū lachrymis di-
luerūt, quod negauerunt ore, si sufficiebat ad salutē quod *Roma. 5.*
corde tenebāt? Quisquis igitur per fidem cupit pacem ha-
bere ad deum, nō aliud habeat in p- fessione oris, & aliud
in archano cordis. Nihil enim prodest hoc esse in corde
quod verū est, si hoc quod falsum est voce profertur, quia
veritas & credenda est, & voce proferenda.

¶ Proinde non simpliciter ait: creditur ad iustitiā, sed cor- *Nemo nō*
de creditur, quia cætera potest homo facere nolens, cre- *si volens*
dere verò non potest nisi volens. Intrare ecclesiam, acce- *credit.*
dere ad altare potest nolens, sed nō credere. Corde nem-
pē spontaneo creditur ad iustitiam. Ex hac autem cordis
radice cōfessio surgit. Confiteri enim, est dicere quid sit
in corde. Aliud autem quàm sit in corde dicere, loqui est,
non confiteri.

¶ Debemus autem fidem confiteri verbo & opere: verbo
dum opportunum est ad dei gloriā, aut ædificationē pro-
ximorum. Opere similiter, quādoquidem & opere fidem
contingit negari: vt verbi gratia, idolis sacrificando.

¶ Sanē opera quibus vel maximē fidem confitemur, ipsa *Quibus*
præsertim sunt quæ minimē faciunt non credētes in Chri *operibus*
stum, qualia sunt, paupertatem amare. In persecutio- *fidem ma*
ne ob Christi nomen gaudere, studio Christum imitandi *ximē con*
fitemur.

crucem amplecti, viginitatē suā deo dedicare, matrimonio cœlibatū præferre, dies sacros seruare. Diuos colere, indicta ieiunia nō violare, peccata sua sacerdoti spe remissionis confiteri, Ecclesiæ sacris interesse, Christum in sacramento Eucharistiæ plena fide adorare, & deuotè dū tempus est recipere, Dei verbū audire, cruce frontem signare vbi verecūdiæ sedes est, vt scilicet palām sit te de cruce domini tui non erubescere.

¶ Circa secundum quod est per fidem cōfusions euitatio, allegans Apost. Esaiæ testimonium, subdit:

Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in eum, nō confundetur.

*Esa. 28.
In dei iudicio qui confundantur.*

¶ Quum examen cœperit fieri in die iudicij, & omnia falsa commēta vel dogmata in cōfusionem deduci, tunc in Christum credētes gaudebunt, videntes omnibus manifestari, quia quod crediderunt verū est. Aspiciēt enim inter cæteros se gloriosos & prudentes, qui æstimati fuerāt cōtempribiles & stulti. Illic enim est vera probatio, vbi & remuneratio & cōdemnatio. Omnis itaque qui credit in eum, non confundetur, id est non erubescet in futuro, spe sua frustratus, tamerſi interdum in hac vita secundū æstimationem hominum videatur fortasse confundi.

¶ Cōfunditur autem vel tum maximè quispiam & erubescit, quum vel à semetipso, vel ab aliis deprehēsus est in crimine. Qui autē credit dominum suum esse Iesum Christum, & hoc cōfessus fuerit, & sese huic piis moribus docuerit esse subiectū, nō erubescet, quum in se causam erubescendi nō habeat. Christus enim est veritas, iustitia, misericordia, pietas, castitas. Cōfiteretur ergo se in Christum credere, & se illum suum dominum verè recognoscere, quisquis huiuscemodi virtutibus fultus, pbat se dominum Iesum Christum induisse.

Confundi contingit hominem in his tribus.

¶ Aduertendum proinde est quòd confundi contingit hominem in tribus, scilicet in paupertate, in abiectiōe seuitate, & in morte. Sed qui fieri posset, vt fidelis & verus Christi seruus in his confundatur, qui paupertate ditatus sui abiectiōe & humilitate gloriatur, denique morte ipsa viuificatur? Siquidem apud deum, fœlici cōmercio cōparatur, paupertate regnum, dolore gaudium, ignominia gloria, morte vita. Et ne quis putet esse acceptionem per-

sona-

sonarum apud deum, quasi non id omnibus donetur, ait: Omnis qui credit in illum, non confundetur. Vnde circa tertium, quod est huius gratiæ Dei in omnes communio, consequenter dicit:

Nō enim est distinctio Iudæi & Græcī: nā idem dominus omnium. Act. 10.

¶ Non enim est personarū acceptio apud Deum, sed in o- *Gratia*
mni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, accept^o *dei sine*
est illi, siue Iudæus sit siue Græcus, diues aut pauper, ple- *personarū*
beius aut generosus, vir aut fœmina, Barbar aut Scythæ. *acceptio-*
Nā idem Dominus omnium, creator & gubernator idem. *ne.*

Quisquis enim horum in illum credit, non confundetur. *Iere. 17.*
Quin potius (vt Ieremias ad Dominū loquens ait) omnes

qui te derelinquunt, cūfundentur. Et rursus alius Prophe- *Psal.*
ta ait: Confundantur omnes iniqua agentes. Et iterū: Con-

fundantur omnes qui adorant scuptilia. Ille nimirum con-
funditur, cui illud in quo spem collocauerat, in necessita-
te non valet prodesse. Sed quid dicat Sapiens aduertat: Re *Eccle. 2.*

spicite filii nationes hominum, & scitote quia nullus spe-
rauit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in
mandatis eius & derelictus est? Sequitur:

Diues in omnes qui inuocant illum.

¶ Dat omnibus affluenter, & nō impropert, diues qui- *Iaco. 1.*
pe est in omnes: hoc est, sufficiens ditare omnes qui inuo- *Deus imi-*
cant illum. De quacunque tribulatione, inquit, clamaue- *sericordiā*
rint ad me, exaudiam illos. Ipse est quem intendit Euange- *diues.*
lica parabola dicens, Homo quidā erat diues qui habebat *Luc. 16.*
villicū, & hic diffamatus est ante illū quasi dissipasset bo- *Mat. 18.*
na illi^o. Quā sit autem diues in misericordiā, per hoc pa- *Luc. 15.*
tet, quòd seruo decē milliū talentorū debitori, nō habenti
vnde redderet facillimè dimisit vniuersum debitū suppli-
canti. Exemplo proinde est in euangelio filius prodigus,
qui postquā paterna bona turpiter obligurierat, cōpellen-
te inādia reuersus ad patrem, quū cōsiteretur culpā, & ve-
niam precaretur, misericordia motus pater, mox illi dari
iussit stolam primam, anulū in manibus, & in pedibus cal-
ciamenta, denique festiuum cōuiuium parari. Quidni? Pa-
ter enim est misericordiarum, & de^o totius cōsolationis, à *2. Cor. 1.*
quo omne datum optimum, & omne donum perfectū de- *Iaco 1.*
scendit. Est ergo diues in omnes, sed qui inuocāt illum: *Psal.*

Pfal. Diues inquam, in donis veniæ, in donis gratiæ, & in donis gloriæ. Gloria nempe & diuitiæ in domo eius.

¶ Circa tertium principale dicit:

Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit.

*Inuocare
deū neces-
sariū ad
salutem.*

Iohel. 2.

Ioan. 17.

Pfal.

¶ Hic ponit tertium quod fidelibus necessarium est ad salutem, quod est inuocatio Dei. Et vt confirmet quod primò dixerat, scilicet diuitem esse Deū in omnes qui inuocant illum, Iohelis propheta testimonium citat, dicens: Omnis quicumque inuocauerit nomē domini, saluus erit. Ergo ad salutem virtus orationis necessaria est. Vnde & Christum ipsum pro suæ humanitatis glorificatione constat inuocasse patrē, iuxta illud quod scriptum est: Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuā, & possessionem tuā terminos terræ. Sed quia nemo potest inuocare eum in quem nō credit, primū credere necesse est. Credere nempe operatur remissionē peccatorum, inuocare autem impetrat promissā dei. His autem qui nec credunt nec inuocant quid Propheta precetur, aduerte: Ait enim, Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt. Contra verò, Propè est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate.

Pfal.

Idem.

*Hominū
inuocanti-
um deum
tria gene-
ra.*

Idem.

Moyfēs.

Thren. 3.

Matt. 14.

Pfal.

Idem.

¶ Qui per eos non incongruè significantur, quos idē Propheta alio loco cōmemorat, dicens: Moyfēs & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocāt nomē eius. Hi custodiebāt testimonia eius, & præceptum quod dedit illis. Ecce quales esse debent qui inuocant dominum. Moyfēs interpretatur desumptus ex aquis, & significat verè pœnitētes, quorum oculi deducūt exitus aquarum, quia non custodierunt legem Dei. Eos proinde hoc nomine significari arbitramur, ex quorum persona Ieremias ait: Inundauerunt aquæ (videlicet tribulationum) super caput meum, dixi, perij. Qui iam mergi incipientes clamant ad dominum, & dicunt: Domine, salua nos, perimus. Et iterum: Saluum me fac deus, quoniam intrauerūt aquæ vsq; ad animā meā. Et vnde rursus iā liberati: Torrentē, inquit, pertrāsuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquā intolerabilē. Porro Aaron qui electus & vnctus sacerdos erat domini, iustum quemlibet

Aaron.

non incōgruè designat qui iā in profectu virtutū constitutus, hostias spirituales deo iugiter offert, domino seruiens in casto timore. Volūtarem autē timētū se faciet, & deprecationē eorū exaudiet. Et iterū. Clamauerūt iusti, & dñs exaudiuit eos. Multum enim valet deprecatio iusti assidua.

¶ Samuel verò sanctissim⁹, cū quo fuit sermo domini preciosus, ab aetate adhuc puerili, perfectos representat, qui quū sint amici, orantes etiā pro peccatoribus, exaudiūtur.

¶ Circa quartum principale dicit:

Quomodo ergo inuocabunt in quē non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient sine predicante? quomodo verò predicabunt nisi mittantur?

¶ Hic ponit quartū, quod necessarium esse constat ad salutem, quod est auditio verbi cœlestis. Et interrogatiuè loquēs ostendit inuocationem dei non esse nisi per fidem in deū. Nec quēquam fidem in deū habere, nisi per verbi cœlestis auditū siue illud in archano mentis fuerit diuinitus inspiratum, siue ab iis qui in opus prædicationis missi sunt auditum fuerit, quibus ipse dicit: Qui vos audit, me audit. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Proinde quum asserit Dei verbum non esse cognitum hominibus sine prædicante, consequens est per vocem prædicantis deum ipsum audiri. Nec rursus esse prædicantem, nisi mittatur à deo.

¶ Sūt tamen nōnulli prædicationis opus sibi non concessum vsurpātes: de quibus per Ieremiā dominus loquitur dicēs: Nō mittebā Prophetas & ipsi currebāt: non loquebar ad eos & ipsi, prophetabāt Et rursus per eundem alibi dicitur: Falsō Prophetæ vaticinantur in nomine meo: nō misi eos, & nō præcepi eis, neque loquor sum ad eos, visionē mendacē, & diuinationē fraudulentā, & seductionē cordis sui pphetant vobis. Hos ergo vel pecuniæ questus, vel laudis cupido, vel gratiæ popularis occupatio, vel ambitio misit, vel hypocrisis ipulit, non autē spūs Christi.

¶ Nonnulli verò ad hoc se ingerunt vt prædicatione sua disseminent errores, & nefarios suos conspirationis homines multiplicent, quos se discipulos atque sibi subiectos habere gloriantur. Tales erant de quibus per Ezechiellem dominus queritur dicens: Violabant me ad popu-

Psal
Idem
Iacobi. 5.
Samuel.
1. Re. 1.

Verbi au-
ditio ne-
cessaria.

Luc. 10.
Mat. 10.

1. missi
prædicāt
Iere. 23.
1. Iere. 23.
1. Iere. 14.

Eze. 13.

*Assertores
hæresum, scrip-
tura*

*vim faci-
unt.*

*pseudo
predicato-
res deus
quaremit-
tit.*

Iob. 39.

Osee. 13.

2. Thes. 2.

*predicato-
res mali,
bonis in-
ferdū sūt
vtilis.*

Mat. 23.

Iob. 5.

lum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt. Et dicitis, ait dominus, qui ego non sum loquutus. Omnes enim errorum atque hæresum assertores deum ipsum (detestabili impietate) à se conficta mendacia (scripturæ sacræ vim facientes) confirmare contendunt.

¶ Nonnunquam tamen deus mendaces & pseudo prædicatores ad malorum hominum iustam perditionem in ira sua mittit, sicut & propter peccata populi regnare facit hominem hypocritam, dans eis regē in furore suo, vt ea quæ cordis arcana mala diu antè conceperant, iusto dei iudicio pseudo freti prædicatorib⁹ opère palàm explere permittantur, sicut Apосто. ad Thessalonicen. scribens ait:

Quia charitatem veritatis non receperūt vt salui fierent, ideo mittet illis deus operationem erroris vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Ex superioribus patet, omne bonum nostrum à dei gratia proficisci. Ipsam nempe nostrum credere ex auditu est, auditus ex prædicatione, &

ex missione prædicatio. Et licet plerūque ad malorum hominum perniciem prædicatores mali à deo mittantur, vt dictum est, nihilominus tamen interdum ad vtilitatem & ædificationem electorum suorum, prædicatores malos deus ipse (qui etiam malis bene vti nouit) verbi sui præcones mittit: Omnia, inquit, quæ dicunt vobis seruate & facite, secundum verò opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt. Isti enim & si vita & moribus corrupti sunt, non tamen propter hoc corrupta est doctrina, qui non ex seipsis, sed ex cathedra magni legislatoris de promunt. Non enim opera sua prædicant, de quibus magis erubescunt, sed commendant opera legis. Huiuscemodi sunt omnes qui intentione peruersa, ex avaritia, vel hypocrisis, vel similibus, quæ recta sunt prædicant, aliis quidem ad adiutorium salutis, sibi verò ad testimonium damnationis.

Vnde scriptum est: Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus. Serit enim quæ alius metit. Quod autem non prædicent nisi missi, scripturæ testimonio confirmat, dicens:

¶ Sicut scriptum est, Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

¶ Hoc testimonium ab Esaia propheta desumptum est. *Esa. 52.*
 Quid enim aliud per mundum prædicabant apostoli, nisi *Num. 1.*

bona illa ineffabilia, quæ exuperat omnem sensum, quæ præparauit deus ut ambulemus in illis, & illam pacem quæ est iam per Christum hominibus cum deo conciliata? Ait ergo *Apostoli*
 quid enim

Quàm speciosi pedes, hoc est, quàm desideratus & acceptus est aduentus apostolorum & prædicatorum Christi in hunc mundum. Claret autem à deo fuisse missos, qui doctrina & virtute signorum, mundi ritus potuere transferre. Annuntiabunt sanè bona & pacem. Bona, inquam id est, remissionem peccatorum, & vitæ æternæ consequutionem per fidem Christi. Pacem verò non modò hominibus cum deo, sed etiam pacem & reconciliationem inter populum & populum, inter Iudæos scilicet & Gentes, diruta maceria, quæ interiecta diremerat pacem. Hæc autem maceria erat à patre Gentium idololatria, ex parte Iudæorum lex. Nam per apostolicam prædicationem, idololatriam Dominus submouit e Gentibus, & legis Mosaicæ adumbrationes à Iudæis. De quibus plura Bartholomæi.

¶ Potest quoque & ad spirituales animæ pedes speciositas ista referri, à quibus puluerem humana conuersatione contractum dominus iussit extergi, quos etiam iam proximus passioni grandi mysterio in discipulis suis lauit, & extersit lintheo quo erat ipse præcinctus, dicens Petro: *Mat. 16.*
 Si non lauero re, non habebis partem mecum. Porro quid tunc hæc pedum lotio prætenderet, nondum intelligebat apostoli, postea tamè cognituri. Ipse enim lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Humanitate nempe sua quasi lintheo quo in serui forma veniens se præcinxerat, peccatorum nostrorum sordes extersit. Cuius lotionis quisquis expertus fuerit, à dei regno permanebit extorris. Quia vero suæ erga nos benignitatis & dilectionis exemplum nos voluit in inuicem imitari, dignanter & hoc adiecit: Si ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Sed quis ad hoc idoneus, ut proximorum valeat spirituales pedes

spirituales conuersatione proximi

Mat. 16.

Ioan. 13.

Apo. 1.

proximorum pedes abluere quis idoneus,

pedes

pedes abluere, nisi qui petit à domino, & accipit ab eo aquam sapientiae salutaris, aquam vitam, quae vanae cupiditatis sitim restinguat? In eo enim est illa aqua fontis aquae salientis in vitam aeternam. De iis autem qui aqua sapientiae salutaris iam dicta abluere recusant, subiungit dicens:

sed non omnes obediunt eu aeglio, Esaias enim dicit: Domine qui credidit auditui nostro?

Ioan. 7.

Esa. 53.

Raros esse qui obediunt eu aeglio.

Ioan. 3.

Cur euangelio quidam non obtemperant.

Ioan. 7.

Quae bona euangelii nuntiet.

¶ Quum praedicatores ostendisset prophético testimonio comprobatos quod diuinitus essent in mundum transmissi, eoque oportebat ut audirentur ab omnibus, haud dubie tamen, inquit, non omnes obediunt euangelio. Nullam tamen propter hoc iacturam patitur veritas, quod etiam iam dudum Esaias praedixit: Quis, inquiens, credidit auditui nostro? Hoc est Christi euangelio quod dei spiritu nobis longè antequam veniret reuelante cognouimus, perinde ac si dicat: Per pauci abtemperarunt. Venit enim lux in mundum & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, ob hoc dei iudicio obnoxii, quo qui non credit, iam iudicatus est. Quod autem non obtemperant euangelio, vitium est caecitatis & duritiei, & superbientis audacia voluntatis, quia mala erant eorum opera quae lux euangelica redarguendo manifestabat. Omnis enim qui male agit, odit lucem. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta.

Hinc & in alio loco Dominus dixit: Si quis voluerit facere voluntatem eius qui misit me, hic cognoscet de doctrina mea, utrum ex deo sit, an ego à meipso loquar. Unde & si vel inter ethnicos quispiam secundum rationis imperium viuens audiret Christi doctrinam, is utique mox iudicaret hanc aquam esse & veram.

¶ Ceterum quoniam euangelium annuntiatio bona interpretatur, aduertere libet quanta illic nobis bona nuntiantur. Annuntiat quippe in eo, caeco lumen, aegrotanti salus, morituro vita, exuli patria, erranti via, captiuo redemptio, alieno in hereditatem adoptio, reo venia & reconciliatio. De quibus plura dominica .ii. post Pentec. Nihil autem his quae dicta sunt sanè intelligenti vtilius desiderabilius ve esse potest: ita quod possumus incredulos & insensibiliores lapidibus esse iure dixerim, apud quos

haec

hec adeò parui sunt pensæ, quòd horù gratia de vitio nihil deponere, boni facere nihil, nihil quod molestum est sustinere, nullis proinde vitæ huius voluptatibus inconcessis abstinere, nulla denique ardua tentare tantorum bonorù causa voluerint: quinimò immobiles & sine sensu permanent, quasi lapis, hos, inquam, nec euangelio credere, nec interiore auditu dei verbum pcepisse ex eorum vita, sensu, & operibus, manifestum est. Sequitur:

Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

¶ Fides, inquit, ex auditu, non ex visu. Quid ergo quæris tu nescio qui ludæus, vel ludæo similis, signa, quum non ex visu signorum, sed ex auditu sit fides, nec aliud quicquam ad acquisitionem fidei præter auditum sit expectandum: præsertim quum hæc auditio non in simplicibus cuiuscunque dictis consistat, sed in assertione diuina? Itaque si dei miracula flagitas, vt per illa credas etiam tibi & verbis ab eo enuntiatis fides præstanda est, quum non sit minor autoritas verborum dei quàm miraculorum.

¶ Caterùm, si fides ex auditu verbi est, huiusce auditio- nis contemptor, fidem habere quomodo possit? Si ex verbo fidem accepisti, nutriatur necesse est ac iuuetur assidue dei verbo fides tua ne deficiat. Nam si deficere contingat auditionem verbi, fidem ipsam paulatim labefactari, ac tandem prorsus deficere consequens est. Et ne fortè velamen excusationis quisquam apponat, videlicet dei verbū ad se non peruenisse, respondet consequenter Apostolus, dicens:

sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

¶ Quod obiici posse cognoscēs apostolus, obiecit dicens: Sed dico: Nunquid non audierunt? scilicet euangelium regni. Et quidem, id est certè, in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, si quidem orbis terrarum Christi prædicatores audiuit. Quomodo ergo quod vbique gentiū diuulgatū est, te simulas ignorare? In scriptura veritatis expressū est: In oēm terrā exiuit sonus eorum, & quo pacto iam rationalis tua videri poterit excusatio? Sermonem enim siue linguarum varietate, gē-
tium

*Fides vni
de fit.*

*Verbi cæ-
lestis præ-
dicatio se
desit.*

tium nationes sine dubio intelliguntur. Et bene dicitur quia apostolorum Christi in omnem quidē terram sonus exierit, in fines verò orbis terræ nō sonus, sed verba perueniunt. Quod ita intelligi potest, quia terram imperitos quosque & indociles omnes dicat, ad quos non verba (in quibus fidei ratio commonetur, & explanatio sapientia) sed sonus fidei, cōmuni & simplici prædicatione peruenit. Finē verò orbis terræ, eruditiores quosque appella- uerit. Finis enim perfectionē rerū indicat. Ad hos ergo tales, nō sonum vocis, sed verba & rationem peruenisse pronuntiat, quòd videlicet audientes sermonem fidei, etiam perscrutari possunt, vt qui antè sonum duntaxat audisse videntur, in scientia dei per fidei lumen proficientes, etiam arcanorum fidei rationem percipere possint.

IN FESTO SANCTI Nicolai episcopi.

Eccle. 44 **E**cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ¶ In his verbis beatus iste Christi confessor à tribus magnificè cōmendatur. Primum est, veneranda sacerdotalis dignitas. Secundum est, virtuosa magnitudo seu quātitas. Tertium est coram deo acceptabilitas. Primum notatur quum dicitur: Ecce sacerdos. Secundum notatur in hoc verbo, magnus. Tertium in eo quod sequitur: Qui in diebus suis placuit deo.

¶ Primum itaque, videlicet dignitas sacerdotalis notatur, quum dicitur: Ecce sacerdos. Tria sunt autem quæ ad sacerdotale munus pertinere noscuntur. Videlicet populū docere, sacrificium offerre, & populum peccatorem deo reconciliare.

¶ De primo per Ezechielem dominus loquitur, dicens: *Exec. 44* Sacerdotes populum meum docebunt, quid sit inter sanctum & pollutum, inter mundum & immundum, ostendent eis. Et vnde rursus per Malachiam dictum est: *Mala. 1.* Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius. Hinc iterum, inter lepram & non lepram iudicandi facultas solis sacerdotibus per legē data est. *Leuit. 13.* Debet autem sacerdos docere quid faciendū, quid fugiendum, & prudenter

prudenter quid pollutum sit, quid sanctū discernere, quid proinde credendum sit, & quid sperandum. Debet autem docere populum sacerdos non ex proprii sensus adinuentiōe, sed ex præscripto legis dei. Vnde ad Moysen à domino dictum est: Dabo tibi duas tabulas, & leges ac mādātā quæ scripsi vt doceas filios Israel. Vbi per duas tabulas, vel legem veterē & nouam, vel duo charitatis præcepta possumus intelligere. Vnde & de Esdra sacerdote scriptū est, quòd attulit legem corā multitudide virorum & mulierum, & aures omnis populi erāt erectæ ad librum. Stetit autem Esdras super gradū ligneum quē fecerat ad loquendum, vnde etiā super omnem populum eminebat. Et legit in libro legis dei distinctē & apertē ad intelligēdum, & intellexerūt quum legeretur. Debet enim sacerdos docens nō modò situ corporis, sed multò magis sublimitate mentis terrena trāscendendo supra vulgus eminare, ne iure queratur Propheta, dicens: Sicut populus, sic & sacerdos.

Exo. 34.

Esdras sacerdotib⁹
exēplar.
Nehc. 8.

Esa. 24.

¶ Porro grad⁹ ligneus cui sacerdos insistit, quo supra populum eleuatur, lignum dominicæ crucis est. Recordatio nempe crucis, sacerdotis mētem eousque ferre debet in sublime, vt dicere possit cum apostolo Paulo: Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo. Debet proinde sacerdos dei legē populo distinctē & apertē proferre, ac si paruulis panem frangat, vt populus ipse & inter præceptum & nō præceptū distinguat, & quod eis prædicatur, intelligat planè. Hoc autē fieri nequaquam potest, nisi ipsam dei legem mens sacerdotis primū cōcipiat, ac tum postea cōceptā intellectāmque, auditorum mentibus intelligendam transfundat. Propter quod dictum est sacerdotibus à domino: Vos estis sal terræ: videlicet terram ipsam, id est, homines terrenos doctrina sapientiæ salutaris (quasi cuiusdā mystici salis asperzione) à peccatorum putredine, & corruptione cōcupiscentiarum præseruantes.

Galat. 6

Matt. 5.

Sacerdotes cur sal
terra sūt.

¶ Si verò sal euanuerit, in quo salietur? hoc est, Si & ipse sacerdos desipuerit, & aberrauerit, per quem corrigetur? aut quomodo ab erroribus in viam rectam denuò poterit reuocari? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, ad mundamundam.

sacerdos
si desipue-
rit.

mundana, videlicet lucra conquirenda, & conculcetur ab hominibus, hoc est, despiciatur, imò etiã sacerdos populo vilior effectus, ab ipsa plebe vitæ merito superetur & transcendatur. Sicut enim sacerdos integer vitæ & doctrinæ condimentum est & custodia populi, sic e contra scriptum est: Si sacerdos qui vinctus est peccauerit, faciet delinquere populum. Hinc etiam de reprobis sacerdotibus per Ieremiam dominus queritur, dicens: Sacerdotes non dixerunt vbi est dominus, & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuicati sunt in me. Et rursum per Ezechielem: Sacerdotes, inquit, contempserunt legem meam: & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt, & à sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum.

Sacerdotium est sacrificium offerre.

1. Petr. 2.

*Hebr. 13
Quid deo offerendum*

Rom. 12.

Psal.

¶ Circa secundum quod ad sacerdotale munus pertinere dignoscitur, quod est acceptum deo sacrificium offerre, aduertendum est quosdam esse sacerdotes morales, & quosdam peculiare seu ministeriales. Primis per beatum Petrum dicitur: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vbi nimirum tota ecclesiam, sacerdotium sanctum compellans, offerentes, inquit, spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum. Et Paulus ait: Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur deus. Et iterum: Exhibeatis, inquit, corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Quibus etiam per Prophetam dicitur: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino. Quæ non solum ad sacerdotes peculiare seu ministeriales dicta sunt, sed ad Christi fideles vniuersos. Debemus ergo pro peccatis nostris offerre domino non modò nostra, vti quondam faciebat Israel secundum carnem, sed nosmetipsos. Siquidem de corde nostro offerre debemus peccati detestationem & propositum vitæ melioris. De ore admissorum humilem confessionem, precationem, gratiarum actionem, & vocem laudis. De corpore vero mortificationem membrorum nostrorum quæ sunt su-

per

per terrā, & spōtanæ crucis quotidianam baiulationem, de ea nihilominus quæ extra nos est temporali facultate, promptam & hylarem in pauperes erogationem.

¶ Sed opere præcium est cōsiderare quonā modo de his quæ dicta sunt offerre sacrificiū possim⁹ vt placeat in cōspectu dei. Quorundā nempe sacrificia detestatus est per Esaiam dicens: Quo mihi in multitudinē victimarum vestrarū, dicit dominus? Plenus sum. Et post pauca: Ne offeratis, inquit, vtrā sacrificiū frustra. Intelligamus itaq; sacrificium nostrū secundum legis præscriptū esse debere.

Primò, sine pelle ostētationis scilicet & iactatiæ, propter quod illi nō placuerunt, qui omnia opera sua faciebāt vt viderētur ab hominibus: qui quoniā receperunt mercedē suā, mercedem nō habebunt apud patrē qui in cœlis est.

Hoc vitium sollicitē vitare studuit beatus Nicolaus, quādoquidē suæ illius ter repetitæ largitionis, nullum præter deum teslem habere voluit. Secundò, sine melle propriæ cōplacētia, propter quā nimirum decimæ & ieiunia Pharisæi domino nō placuerunt. Osculatus quippe fuit manū suā, id est, sibi placuit, quod secundū sententiā beati Iob, est impietas maxima, & abnegatio contra deū altissimū.

Tertiò, sine felle iracundiæ, odij, seu cuiusuis amarulētici. Hinc enim audiimus in euāgelio dominum dicētem: Si offers mun⁹ tuū ad altare, & recordat⁹ fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū & vade prius recōciliari fratri tuo, & tunc veniēs offeres munus tuū. Quartò, sine fermēto cuiusuis peccati & irrequietæ cōsciētici. Sicut docet Apostolus: Auferte, inquit, malum ex vobis. Nescitis quia modicum fermenti totam massam corrumpit. Qui enim offendit in vno, multa bona perdet. Quia non respicit deus ad munera tua, nisi & te ipsum talem præstes, ad quem primum ipse respiciat.

¶ Debet proinde secundum eiusdem legis typum oblatio nostra nonnullis fulciri circumstantiis, vt sit accepta. Debet quippe fieri primò cum thure oratiōis. Dirigatur, inquit, oratio mea domine sicut incēsum in conspectu tuo. Sed quæadmodum thus nisi incēdatur igni, nō redolet, ita & oratio nostra nisi feruore pietatis incēdatur, nec ascēdit, nec redolet in conspectu dei. Itaq; boni operis nostri sacrificium

Esai. 1.

Legitim⁹

sacrifican

di ritus.

sine pelle

Mat. 13.

Matt. 6.

Sine melle.

Leui. 2.

Luc. 18.

Iob. 31.

Sine felle.

Matt. 5.

Sine fermento.

1. Cor. 5.

Eccles. 9.

Leuit. 2.

1. Iul.

Cum thure.

re.

crificium deuota semper cōmendare debet oratio. Secūdo debet fieri cum sale discretionis, vt ne quid nimis, sed sit rationale obsequium nostrum. Quomodo enim sine sale cibus omnis insipidus est, sic etiam nec domino placeat quæ offerimus, nisi discretionis sint sale condita. At hæc, Sicut caro recens sine sale seruari diu nō potest, ita nec sine discretionis virtute potest quispiam in exercitiis virtutū perseuerare. Tertio, debet fieri cum sanguine, est, recordatione passionis & effusi sanguinis Christi domini redemptoris. Nō enim nisi per virtutem oblationis suæ p̄desse nobis potest, aut esse deo gratū, quicquid obtulerimus patri. Ipse est enim altare nostrū, super quo solūm legitima deo sacrificia possunt offerri. Nam sine fide impossibile est placere deo. Quarto, debet fieri nostra oblatio cū omnimoda integritate. Siquidē de nō integritate seu imminutis, aut amputatis cauda, offerri sacrificiū prohibetur, quo nimirū perseuerantiæ virtus commendatur. Non enim qui quantumlibet bene inchoauerit, sed qui perseuerarit vsque in finē, saluus erit. Et hæc de sacerdotibus moralibus & sacrificio eorum.

¶ Porro sacerdotes peculiare seu ministeriales sunt, quod ad ministrandum in ecclesia sunt legitimè cōsecrati, quorum munus sine graui sacrilegio sibi vindicare nō potest quisquis hoc modo sacerdos nō est, sicut in Ozia rege patuit, qui plaga lepræ à deo percussus, & à regno abiectus est, quia incōcessum munus sacerdotis elatus superbia in domo domini vēdicare sibi nō timuit. Sacerdotibus ista per Prophetā dominus loquitur, dicens: Qui vos tangit, quasi qui pupillā oculi mei tangit. Quibus & per semetipsum ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Vnde & in Deuteronomio scriptū est: Qui superbia bierit, nolēs obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat, & decreto iudicis morietur homo ille, vt nullus deinceps intumescat superbia. Quod autē sacerdotes à populo veniunt sustentādi, præscriptio legis exprimitur vbi dictum est: Non habebunt sacerdotes & Leuitæ partem & hæreditatē cum reliquo Israel, quia sacrificia domini & oblationes eius comedēt, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Dominus enim ipse est hæreditas

cum sale
Leuit. 2.

cum sanguine.

Heb. 11.
cum integritate.

Leuit. 13.

& 12.

Mat. 20.

2. Par. 26

Sacerdotibus deferendum.

Zacha. 2

Luc. 10.

Deut. 17.

Sacerdotes à populo sustententur.

Deut. 19.

redi
puli
¶ Te
est p
liare
filio
man
eis d
dom
eius
rant
min
catū
tur e
stibu
dicē
tate
¶ Ita
pecc
ses c
aut
pop
vlti
enim
inter
ne d
gnat
¶ Sa
per h
uale
iam
sen:
lebo
ron
cens
Iam
quid
dine
& sta

reditas eorum. Hinc etiam per Osee dicitur: Peccata populi mei comedent.

Osee. 4.

¶ Tertiū quod ad sacerdotale munus diximus pertinere, est populum peccatorē precibus & sacrificia deo recōciliare. Vnde in Leuitico scriptum legimus: Si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiā fecerit cōtra mandatū domini, rogāte pro eis sacerdote, propitiū erit eis dominus. Si peccauerit princeps, & fecerit quod lege domini phibetur, rogabit pro eo sacerdos, & p peccato eius, & dimittetur ei. Quōd si peccauerit anima per ignorantia de populo terræ, vt faciat quicquā de his quæ domini lege prohibentur, atq; delinquat & cognouerit peccatū suum. Sequitur: Rogabit pro ea sacerdos, & dimittetur ei. Hinc rursus de eisdē per Iohelem dicitur: Inter vestibulū & altare plorabunt sacerdotes ministri domini, & dicēt: Parte domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominantur eis nationes.

Sacerdotum est pro populo deum orare. Leuit. 4.

¶ Itaque veri sacerdotis munus est, diuinā clementiā pro peccatoribus interpellare. Hoc munere functus est Moyses orās pro populo, & dicēs: Aut dimitte eis hāc noxam, aut dele me de libro tuo quē scripsisti. Parceret etiā nūc populo suo dominus, si huiuscemodi mediatores diuinæ vltionis gladium precibus suis obiectis retinerent. Hinc enim per Ezechielē dominus ait: Quæsiui de eis virū qui interponeret sepē, & staret oppositus cōtra me pro terra ne dissiparem eam, & nō inueni. Et effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos.

Iohel. 2.

Exod. 32.

Ezec. 22.

¶ Sanè quantū valeat pro populo deprecatio sacerdotis, per hoc patet quod in Numeris legimus. Quum enim inualeceret inconsulta vulgi audacia, & in seditionē versi iam irruerēt in Moysen & Aaron, dixit dominus ad Moysen: Recedite de medio huius multitudinis, etiā nunc delebo eos. Quumq; iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergēs citō ad populū, vt roges pro eis. Iam enī egressa est ira à domino, & plaga desquit. Quod quum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediā multitudinem, quam iam vastabat incēdium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos & viuētes pro populo deprecatus

Num. 16.

Aaron sacerdos inter deum & populum mediator.

B est,

est, & plaga cessauit. Sumant itaq; sacerdotes pro dei populo precaturi ex altari crucis Christi sacrū geminā charitatis, dei uidelicet & proximi ignē: quūque hoc igne cordis sui thuribulum impleuerint sanctæ orationis thymiana igne charitatis incensum offerant ante deum in odorem suauitatis. Quod si fecerint, non frustra pro populo supernam clementiam inuocabunt.

¶ Sequitur de secundo:

¶ Secundum, uidelicet magnitudo virtualis, huius beatissimi confessoris Christi notatur in hoc verbo, Magnus. Quocirca considerandum est triplicem esse magnitudinem, à qua homines diuersimodè magni denominantur. Vna est magnitudo corporalis, qua illud dicitur magnū quod est mole corporis distentum, à qua quidē magnitudine nullus sanctorum cōmendatur, quali propter illam sanctior, imò potius magnitudo hæc in omnibus plerumque impedit sanctitatē. Mens enim tāta mole carnis grauius hebetatur, sicut scriptum est: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Et quantò nutritur impensius, tāta grauiora bella molitur aduersus spiritum.

Magnitudo corporalis.

Eccle. 9.

Magnitudo moralis.

¶ Alia est magnitudo moralis, quia illos dicimus magnos vel qui magnis suffulti sunt diuitiis, vel magnis sublimiti honoribus, vel magna vigent potētia, aut magni nominis umbra, aut magna nobilitate, vel quauis alia humana seu mundana dignitate quasi magni vulgi opinione celebrantur. Hinc de beato Iob ubi ipsius diuitiæ numerantur scriptum est: Erat vir ille magnus inter omnes orientales. Hac etiam magnitudine grandis ille erat, cui dicitur à domino: Feci tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Hæc magnitudo non modò ad sanctitatem non proficit, sed potius aduersatur sanctitati. Sicut patuit in Salomone, cui diuitiarum & voluptatum magnitudo exitium pepeterunt: per hæc enim deprauatum est cor eius.

Iob. 1.

2. Reg. 7.

3. Reg. 11.

Magnitudo virtualis.

¶ Est proinde magnitudo spiritualis, quæ ad similitudinē dictarū magnitudinū accipitur, qua magnos dicimus qui magnas & multas animi virtutes, quasi opes habēt spirituales. Hac magnitudine sancti denominantur magni. Et sicut corpus aliquot magnū dicitur à latitudine, longitudo

dine
fion
hab
¶ Sp
tion
scēt
virtu
vitæ
seue
Vbi
dine
fiat.
men
long
& pe
lecti
maic
¶ Qu
cet o
actū,
piam
quid
lai pa
ad tu
ce pe
proie
seruit
ditati
effici
quipp
¶ Vno
mine
gnum
men i
lit ter
suum,
que se
¶ Por
cuius

dine & profunditate, sic spiritus suo modo hac trina dimē-
sione moraliter intellecta, magnus cōsetur, qui videlicet
habet longitudinem, latitudinem & profunditatem.

¶ Spiritualis longitudo cōsistit primò in matura inchoa-
tione, vt videlicet iugum domini subeat homo ab adole-
scētia sua. Secundò, in indefessa prosequutione inchoatæ
virtutis vsq; ad finē. Nam quātumuis maturè quis sanctæ
vitæ cōuersionem assumat, si nō vsque ad mortem per-
seueret in ea, magnus dici spiritualiter nequaquā potest.
Vbi enim cessat ab incœpto bono, ibi necesse est lōgitu-
dinem perire. Perseueret ergo vsque in finem, vt saluus
fiat. Tertiò, cōsistit hæc longitudo in inchoati boni aug-
mentatione, vt videlicet de die in diem dicta vitæ nostræ
longitudo incrementis spiritualibus augeatur, quatenus
& per intellectum in dei cognitione, & per affectū in di-
lectione, & per affectū in omni opere bono fructificātes,
maiores assiduè nobis ipsis euadamus.

*Longitu-
do mora-
lis quæ sit
Thren. 3.*

¶ Quod fieri posse hac ratione cōspicuum est, quia videli-
cet operis boni eavis siue natura est, vt debito modo per
actū, sui generis semētē habeat ī semetipso. Monet enim
piam & beneuolam mentē serui dei, vt iterum simile ali-
quid aut maius peragat, sicut in elemosyna beati Nico-
lai patuit, qui quū primò & secūdò nō modicū auri pōdus
ad tuitionē pudicitia virginū libēter erogasset, tertia vi-
ce per noctem rediens duplicatā auri massam clam intrò
proiecit, clam abiit. Quòd si negligēter & tepidè diuinæ
seruitutis opus peregeris, habet opus illud etiā suæ tepi-
ditatis semen in semetipso, ita vt quotidie virtute minor
efficiaris, quousq; tandē inutilis inueniaris & sterilis. Ea
quippe natura seminis est, vt rursus sui simile producat.

*Op^o quod
libet ha-
bet semē-
tem sui
generis.*

Gene. 1.

¶ Vnde scriptum legimus, à principio dixisse deum: Ger-
minet terra herbam virentem & facientem semen, & li-
gnum pomiferū faciēs fructū iuxta genus suum, cuius se-
men in semetipso sit super terrā. Et factū est ita. Et protu-
lit terra herbā virentem & facientem semen iuxta genus
suum, lignūque faciens fructum, & habens vnumquod-
que sementem secundum speciem suam.

¶ Porrò mysticè terra, homo terrenus & mortalis est,
cuius fructus operatio ipsius est: A fructibus, inquit,

*Mysticè.
Mat. 7.*

B ij eorum

eorum cognoscetis eos. Semen sui generis, simile prioris opus est, siue bonum, siue malū, siue negligenter, siue vigilanter & strenuē peractū. Attamen eò maiori impetu prauus quisque ruit in perditionem quò diutius tempore & numerosiore scelerum pondere grauat. Quomodo si quadriga per montis decliua deferatur, quò magis descendit, eò suæ descensionis impetus vehementior & precipitior est. Nec dissimiliter in processu operum bonorum cōtingit. Siquidem posterius opus priore plerunque facilius est. Primū quippe id quod impossibile videtur, processu temporis si assuescas, nō adeò graue erit: deinde uidentis difficultatē, paulò post etiam delectabit. Per contrarium uerò itur in duritiā cordis. Debet autem hæc longitudo quantū ad effectum & intentionem cordis humani usque adeò extendi, ut si liceret semper uiuere, semper uelit & desideret homo obsequium suum augere.

Simile.

*Latitudo
moralis.*

Rom. 13.

¶ Secundum quod spiritualiter facit hominē magnum, est latitudo charitatis, quæ nō incōgruē animæ latitudo propter nōnullas causas dicitur. Primò, propter cōprehensionem mandatorū. Continet enim charitas & cōprehendit in se omnia quæ nobis sunt à deo mandata. Nam, ut ait Apost. plenitudo legis, est dilectio. Et iterum: Qui diligit inquit, proximū, legē impleuit. Nam non adulterabis. Non occides. Non furaberis. Non falsum testimonium dices. Non concupisces. Et si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Itaq; ut beatus Augustinus ait: Si nō uacat omnes pagina perferuari, & omnia uolucra sermonū euoluere, omnia scripturarū secreta penetrare, tene charitatē in qua omnia cōtinentur. Quia ut nemo excusationē habeat, uoluit dominus abbreviare uerbū super terrā, uoluit & illud denudare, ut dum esset breue, faciliē scirēt omnes: & dum esset nudum, nemo se posset de ignorantia excusare.

¶ Secundò, spiritualis nostra latitudo charitas est, propter sufficientem exolutionē debitorū. Omnia enim quæ tibi Deo debemus quàm hominib⁹, per solā plenissimè persolui⁹ charitatē. Vnde quum pro peccatis teneamur a satisfactionē, promissis debeamus persolutionē, gratiarum actionē beneficiis, subiectionem prælatis, proximo
auxiliu

auxiliū & subuentionem: hæc omnia persoluimus per so-
lam dei & proximi charitatē. Solus enim amor est, quē à
nobis exigit deus, quum aut beneficiis nos cumulat, aut
flagellis corripit, vel instruit cōsiliis, vel mandatis astrin-
git. Solue ergo tributū amoris, & satisfeceris. Hinc enim
scriptū est: Et nunc quid dominus deus tuus petit à te, nisi
vt diligas eum? Et post pauca: En domini dei tui cœlū est,
& cœlū cœli, terra & omnia quæ in ea sunt, & tamen pa-
tribus tuis conglutinatū est dominus & amauit eos, ele-
gītque semen eorū post eos (id est vos) de cūctis gentib⁹.
Sequitur post pauca: Ipsi adhibebis, iurabisque in nomine
illius. Ipse est laus tua & deus tuus. Sed fortasse dicet ali-
quis: Si fat est solus amor, quid ergo proderit nobis in vi-
ctū parcitas, in habitu vilitas, in regula viuēdi austeritas?
Accipe paucis, Hæc omnia & huiusmodi charitatis obse-
quia quædā sunt, placētia quidem si cum charitate fiant,
quæ sine charitate profunt nihil.

Dent. 10.

¶ Tertiò, spiritualis nostra latitudo charitas est, propter
sufficiētiam & opulentiam bonorum. Ipsa enim charitas
bona cætera in se cōtinere dignoscitur, adeò vt quicquid
boni sit extra illam, rationē boni amittat. Sicut enim deus
est summum bonum, simplex, & perfectissimum, omnia
bona cōtinens, sic & charitas summa virtus est in se con-
tinens omnem virtutem. Hæc enim est virtus in qua nec
minimū opus despicitur, sine qua nec maximū accepta-
tur, nec ipsa prædicatio etiā si quis angelorum lingua lo-
quatur, nec fides etiā si montes transferat, nec marty-
rium etiā si corpus tradatur vt ardeat.

¶ Tertium quod ad spirituales magnitudinem requiri-
tur est profunditas humilitatis, quæ nos coram Deo facit
eò maiores, quò nobis ipsi per eam sumus minores & vi-
liores. Rectè autē humilitatis virtus spiritualis profundi-
tas idcirco dicitur, quia cæteros omnes suspiciat supra se
in sublimi, sese verò subter omnes in imo despiciat. Nec
tamē is qui verè humilis est corde, humilitatis virtute se
reputat exornatum, sed potius vitis suis & peccatis vilē
iudicat & indignum: sic vtique humilis, quòd superbia se
deum & homines offendere suspicatur. Vt autem vera at-
que perfecta sit humilitas, necesse est vt hanc corde, ser-

profundi-
tas mora-
lis est hu-
militas.

mone & opere profiteamur. Quia nisi cor nostrū, linguam & vitam seu gestus p operationes nostras humilitas sancta possideat, hæc omnia proculdubio superbia sibi vendicabit. Caueat itaque cor nostrū clationem, lingua iactantiam sui & contumeliam proximorum, vita verò & conuersatio insolentiam deuitet, & omnem arrogantiam detestetur. Ait enim per Prophetam dominus: Non habitabit in medio dom⁹ meæ qui facit superbiam. Angelos superbientes deiecit è cælo, & mortales superbos mente cordis sui disperdēs, detestatur. Nec mirum. Quis enim ferat pauperem superbum?

Psal.

Que humilitas sit profunda

¶ Sed aduertendum est non nisi alicuius altitudinis comparatione reperiri posse profunditatem. Hinc enim fluminis ripa alta dicitur, quod alueus sit profundus: & e conuerso, non nisi riparum suarum altitudine fluuium dici posse profundum. Sic nimirum illius profunda humilitas dicitur, cuius in alto vita conspicitur. Is enim cuius conuersatio scedata probris, & vita peccatrix in imo prostrata est, & si humilitatem habere viderur, ea tamē profunda dici non potest, si nihil in eo quod altum sit conspiciatur, quia (sicut dictum est) profundum quippiam nisi alicuius altæ rei collatione dici aut reperi nequaquam potest. Quisquis ergo per humilitatis virtutem deo se commēdabilem exhibere desiderat, sapientis cōsiliū amplectatur quo ait: Quātō magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam.

Eccle. 3.

¶ Sequitur de tertio:

placere hominibus.

¶ Tertium, videlicet, acceptabilitas seu gratia coram deo, qua nimirum confessor hic beatissimus fuit deo acceptus notatur, quum dicitur: Qui in diebus suis placuit deo. Cōtingit autem placere hominibus, sibi ipsi, & deo. Hominum autem quidam mali, & quidam boni sunt. Porro vt quidam ait,

Displicuisse bonis non est infamia parua,
Nec placuisse malis suspitione caret.

Quoniam ergo prauis hominibus non nisi malis artibus & scelere placere quis potest, vtique dedecus est illis placuisse. Nullos enim approbant aut diligunt, nisi studiis suis & vitiis conformes. Vnde Apostolus: Si adhuc

Galat. 1.

(inquit)

(inquit) hominibus placerem, Christi seruus nō essem. Bonis autem placere propter finem bonum (quale est fomentum mutue charitatis) commendabile est. Vnusquisque, inquit paulus, proximo suo placeat in bono. *Rom. 5.*

¶ Porro sibi ipsi placere vanum, & coram deo detestabile est. Id enim est osculari manum propriam, quod secundū beati Iob sententiam est impietas maxima, & abnegatio cōtra deum altissimum. Talis erat qui ait: Non sum sicut ceteri hominum, iniusti, raptores, adulteri. Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo. Sed qui se existimat aliquid esse quū nihil sit, ipse se seducit. Quod autem apostolus sibi placet in infirmitatibus suis vanitati nequaquam est ascribendum, sed veritati. Infirmitatum quippe suarum & persecutionū molestiis in suis ipsius experimentum se duci gaudebat, ut non esset in eo quo subintraret vanitas, vbi totum propriæ cognitionis veritas occupabat. *Sibi ipse placere. Iob. 31. Luca. 13. Galat. 6. 2. Cor. 12.*

¶ Placere autem deo appetere debet homo super omne præmium, etiam si propter hoc ceteris omnibus displiceret. Hoc enim appetere, ambitio sancta est. Nam dei gratia summis studiis est ambienda. Possumus autem deo placere in diebus nostris, id est, ad vsum nobis cōcessis. Qui nimirum nostri idcirco dicuntur, quod iis vtimur prout libet, siue in bonis operibus, siue in malis. Dies isti ad eternitatem collati breues, imò quasi momētanei sunt. Compleuit autem sanctus iste Christi confessor hos dies suos in bono, & annos suos in gloria. Possumus autem & per dies nostros animi virtutes accipere quæ sicut ex illustratione radiorum solis super hemisphærium nostrum dies nobis est, in quo egreditur homo ad opus suū, sic dies isti mystici, id est, animi virtutes, ex illustratione radiorum solis iustitiæ Christi, in nobis oriuntur. In his diebus adducuntur nobis radios cœlestis gratiæ, nequaquam nobis ocio torpendum est, sed in opere domini pro illo denario strenuè atque indefessè laborandum. *Placere deo. Dies vite huius, quare nostri dicuntur. Iob. 36. Dies moraliter, animi virtutes.*

¶ Tres, scriptura teste, cognouimus deo peculiariter placuisse, videlicet, Enoch, Noë, & Abraham. De Enoch scriptum legimus quod cū deo ambulauit, & translatus est in paradysum. De Noë, quod fecit omnia quæ præcepit ei deus &

Gene. 5. iussus à domino fecit arcam, vt hominum atque cæterorū
Gene. 6. semen animantium ab aquis diluuii saluaretur in ea. Por-
 rò Abraham deo placuit, & gratiam inuenit coram eo. Nā
Gene. 18. ad præceptum domini terram suam & cognationē, & do-
Gene. 21. mum patris sui relinquens, venit in terram peregrinā. Cō-
Gene. 13. tra spem proinde in spem credidit, nec hæsitauit diffiden-
 tia, aut infirmatus est fide, quum illi deus ea quæ videri po-
 terāt impossibilia polliceretur, quodd videlicet ex vxore
 sterili & iam tunc nonagenaria, viro centum annorum fi-
 lius nasceretur.

*Morali-
 ter* ¶ Horum itaque exemplo possumus & ipsi deo per tria
 placere. Primò, dei mandatorū obseruatione, quū Enoch
 qui, vt dictum est, cum deo ambulauit de virtute in virtu-
 tem proficiendo, vt sicut ille in paradysum raptus est, ita
Mat. 19 & tu si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Secundò, pro-
 priæ conscientiæ ædificatione, exemplo Noe arcam sal-
 uationis ædificantis. Hæc enim arca conscientiam bonam
 & mundam non absurdè significat, quæ nimirum sauare
 nos potest, ne in æternæ perditionis abyssum demerga-
 mur. Qui etiā omnia quæ præcepit ei deus fecisse memo-
 ratu, cuius vtique voluntas de nobis, nostra sanctificatio

1. The. 4. est, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem
1. Tim. 4. veritatis venire. Deniq; placere deo possumus fide recta
 & firma in deum spe, exemplo Abraham egredientis ter-
 ram suam, & promissis dei fiducialiter in hærentis, si vi-
 delicet & ipsi terrenarum rerum amore dereliquentes
 populum nostrum & domum patris obliuiscamur, verbo
 dei plenissimam accommodantes fidem etiam in eis quæ
 non videntur, sicut ille deo credidit filium sibi Isaac pro-
 mittenti.

¶ Porro Isaac risus vel gaudium interpretatur, illud nimi-
*Isaac my-
 sticè.* rum promissum nobis gaudium representans, de quo do-
 minus ait: Vos quidem nunc tristitiam habetis, iterum

Ioan. 16. autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium
 vestrum nemo tollet à vobis. Quale verò vel quantum sit

1. Cor. 2. illud gaudium, quis explicet, quum scriptum sit: Nec oculus
 vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit,
 quod preparauit deus his qui diligunt illum? Itaque diuini
 indubitata fide credendo assertionibus, & cum omni
 patientiâ

patientia & longanimitate sperando dei promissa poterimus & ipsi in diebus nostris placere deo.

IN DIE CONCEPTIONIS

beatæ Mariæ virginis.

L^{iber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abrahamæ.}
 ¶ Ex lectione duo nobis occurrunt diligenter intuenda. Primum est, libri venerandę generationis magnificus titulus. Secundum est, intētę narrationis processus. Primum, à principio lectionis. Secundum, ibi: Abraham genuit Isaac.

Mat. 1.

¶ Circa primum dicit euāgelista: Liber generationis Iesu Christi. Vbi duo sunt considerāda. Primum, est dissimiliū generationum diuersitas. Secundum est, Christi domini nostri ex præsentis libri titulo, magna ac multiformis dignitas.

¶ Circa primum aduerte duos disparium generationum esse liberos. Est enim liber generationis terrestris, est & liber generationis cęlestis. Scriptum quippe est: Hęc sunt generationes cęli & terre. De terrenę generationis libro scriptum est: hic est liber generationis Adam in die qua creauit deus hominem, ad similitudinem dei fecit illum, masculum & fęminam creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt. Sicut primus homo de terra terrenus, ita liber ille generationis Adam (qui filium genuit ad imaginem & similitudinem suam, id est, mortalis mortalem, peccator peccatorem) liber terrenus appellatur. In hoc terreno libro reprobi omnes scripti sunt, sicut ait Propheta: Domine omnes qui te derelinquūt cōfundētur, recedētes à te in terra scribētur.

Liber generationis terrę.

Gen. 2.

Gen. 5.

1. Cor. 15.

Gen. 5.

Iere. 17.

¶ Est enim liber generationis cęlestis in quo scriptus est nouissimus hic Adam de cęlo cęlestis. In capite libri scriptum est de me, inquit, vt facerem voluntatem tuam, de^o meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. In hoc libro post Christum & gloriosam virginem Mariam matrē eius descripti sunt omnes electi, vt & ipsi faciant voluntatē dei, quibus ipse dominus ait: Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cęlis.

Liber generationis cęlestis.

1. Cor. 15.

Psal.

Luce. 10.

¶ Quum precaretur dominū Moyses p̄ populo, & diceret, aut

Exo. 3.

ret, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quę scripsisti, audiuit à domino: Qui peccauerit mihi, delebo eū de libro meo. Et omnes quidem tam electi quàm reprobi in terra siue terreno libro scripti fuerūt ex peccato primi illius hominis in quo omnes peccauerūt, sed per iustitiā huius nouissimi, omnes electi trāsscripti sunt in li-

Rom. 5.

Gene. 15.

Roma. 5.

Parentes

Christi se

cundam

fidem.

bro vitę, libro scilicet generationis Iesu Christi, per quā iustificati sunt, & hoc nimirū credendo in Iesum Christū, quemadmodum de primo patre generationis huius scriptum est: Credidit Abrahā deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Sed in quo credidit deo vt iustificaretur nisi in promissione seminis, quod semē est hic idem Iesus Christus?

¶ Ceterū, prudens euangelista Christi generationis librum describēs, nimirū & matris ipsius ex aqua sola totā humanitatē assumpsit, genealogiam descripsit. Qui licet illam potuisset lineam sequi qua perueniret ad eū qui illā secundum carnem genuit, potiozem tamē illam existimauit genituram quę est fidei siue promissionis, quę est auditio siue obeditio verbi dei. Siquidē dominus ipse hoc nos

Zuca. 11.

Mat. 12.

cognoscere vult, qui vbi extollens quædā mulier vocē de turba dixit, Beatus venter qui te portauit, & vbera quę su xisti, ait, quinimō beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Et alibi: Quicūq; enim fecerit volūtatē patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est.

¶ Fœlices itaque, quorum & si caro Iesu Christi generationem non contigerit, anima tamen audiendo & custodendo verbum dei, mater facta est eiusdem Iesu Christi. Fœlicissimi verò qui vtroq; modo patres siue parētes sūt tanti filii, quorum notissimi sunt hii duo magni patriarchę, quorum nomina insigniter enuntiantur in capite libri huius filii Dauid, filii Abraham.

Mariafi

lia Dauid

& A-

brahe, tã

fido quàm

carnē.

Luc. 1.

¶ Et de genitura quidem carnis veritas, nostra assertio-
ne non indiget, quod secundum illam beata virgo Maria
ipsorum filia sit. De illa verò qua secundum fidem siue
obseruationem verbi est dei mater eiusdem Iesu Chri-
sti, non superfluum est ostendere quomodo illorum fi-
lia fuerit, illorum sectando & fidem & humilitatem. Pa-
trem quippe suum Abraham imitando fidem habuit, quę
angelo cunctis seculis inaudita euangelizati, imò deo cui
Abraham

Abraham crediderat loquenti sibi per angelum, nil dubitans credidit. Habuit etiam humilitatem quae audiens & credens sese fieri matrem Domini, ancillam professam est, Ecce, inquit, ancilla domini, secundum similitudinem patrum suorum iam dictorum Abraham atque David, quorum quanta fuerit humilitas, ex ipsorum & verbis & gestis innotescit. Nam pater eius Abraham dum deo cum ipso & ipse cum deo sermocinaretur, & amicus haberetur, inter caetera dixit: Quia semel coepi, loquar ad dominum meum quem sim pulvis & cinis. Porro David quem esset unctus rex electione domini, & Saul persequeretur eum, quem persequeris, ait rex Israel, quem persequeris? Canem mortuum & pulicem unum. Iam enim intus docuerat eos deus invisibilis, qui ex eis nasciturus erat homo visibilis, mitis & humilis sicut dicitur erat ipse, Discite a me quia mitis sum & humilis corde similemque sibi matrem preparauerat, quae veraciter diceret, quia respexit humilitatem ancillae suae.

¶ Secundo, ex titulo libri generationis Iesu Christi considerare est miram ac multiformem Christi dignitatem. Quam enim ait, Liber generationis Iesu Christi, si vigilanter advertimus quatuor insignia notissima, seu titulos illustres, de hoc filio hominis pronuntiat: quia videlicet Deus est, & homo, rex & sacerdos. Nam hoc nomine Iesus, quod idem est quod saluator (quia scilicet populum suum saluum facit a peccatis eorum, quod utique solius dei est) Deus verus esse cognoscitur. Porro sequenti nomine quod est Christus (& interpretatur unctus) praedicatur unctus rex, & unctus sacerdos, utique rex & sacerdos, qui suis patribus iure successit. Patri, regi, Patri, sacerdoti, Regi David, Abrahae sacerdoti. Rex namque David, sacerdos Abraham fuit.

¶ Quippe qui obediens & fidelis, filium suum Deo obtulit in holocaustum. Primogenitus proinde fuit Thare patris sui & secundum morem quo primogeniti usque ad id temporis sacerdotes fuisse traduntur, ipse sacerdos fuit, & post illum Isaac, sed haec primogenita Esau filius primogeniti Isaac propter gulae intemperantiam perdidit. Horum denique patrum qui nimirum homines fuerunt, iste filius & ipse homo est, qui veram de illorum carne, carnem assumpsit.

¶ Secundum quatuor haec Christi insignia, seu naturae & officii

Gene. 18.

Abrahae

& Da-

nid mira

humilitas

1. Re. 24.

Mat. 11.

Luc. 1.

Multiformis

& magna

Christi dignitas.

Mat. 1.

Abrahae

sacerdos.

Gene. 22.

Gene. 11.

Gene. 25.

Hæc nobis sunt de Christo credenda. officii sui nomina, quatuor nobis sacramenta pietatis necessariò credenda proposuit. Incarnationis scilicet siue natiuitatis, passionis, resurrectionis, & ascensionis, quorum nullum Christiano ignorare licet.

Ezec. 1. ¶ Ex istis enim cognoscitur Christus Iesus qualis sit, scilicet verè bonus & verè fortis. Tanquam bonus enim propter nos homo fieri, & passionem subire voluit, & tanquã verè fortis, deuicta morte resurrexit, & in cœlum ascendit. Vbi iuxta Ezechielem quatuor vnus animalis facies intuemur. Facies hominis, inquit, (videlicet apparebat in animali quod vidi iuxta fluum Chobar) & facies leonis, facies vituli, & facies aquilæ desuper. Animal vnum, vñ est Iesus Christus.

Euangeliste secundæ facies animalium. ¶ Quatuor facies, quatuor iam dicta sunt vnus eiusdemque Iesu Christi sacramenta, quæ & ipse Dauid cecinit & cõscripsit, & ore prophetico quatuor ipsa vocabula, videlicet, deũ, hominem, regẽ, & sacerdotẽ patẽter expressit.

Christus homo. ¶ Hominem enim expressit, vbi ait: Homo natus est in ea & ipse fundauit eam altissimus.

Christus deus. ¶ Deum proinde nuncupauit dicẽs: Ascendit deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ. Nemo quippe ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Et apostolus ait: Qui ascendit ipse est & qui descendit primum.

Ioan. 3. ¶ Regem verò quum ex ipsius persona in spiritu loquens ait: Ego autem cõstitutus sum rex ab eo super Sion in ore sanctũ eius, prædicãs præceptum eius. Et rursum: Domine in virtute tua lætabitur rex. Et iterũ: Quis est iste rex gloriæ? dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Christus sacerdos. ¶ Denique sacerdotem asserit vbi dicit: Iurauit dominus & non penitebit eum: tu es sacerdos in æternũ secundum ordinem melchisedech. Itaque homo iste est, quia natus est ex matre. Sacerdos est, quia semetipsum obtulit, & sacrificatus est tãquam vitulus. Rex nihilominus tãquam leo, siue catulus leonis ad prædam ascendit, & apertis in morte sua dormiẽs oculis, spoliatis inferis à mortuis surrexit. Denique deus hic vt aquila volans super omnes cœlos ascendit. Hęc omnia diuus euãgelista insinuat dicens, Liber

Gene. 49. ¶ Porro consequenter non ab re Christi generationis præcipuos

Mar. vi.

præcipuos patres ordine præpostero cõmemorat, dicēs: Filij Dauid, filij Abraham, Dauid ipsum, qui longe posterior tẽpore fuit, Abrahamæ præferendo. Siquidẽ Dauid mysteria Christi vt pote hominis de semine Abrahamæ, Dei p̄inde siue volantis aquilæ, sacerdotis siue vituli, regis siue leonis, hæc inquã Christi sacramenta siue mysteria, incarnationis scilicet vel natiuitatis, passiois, resurrectionis, & ascensionis eiusdẽ Iesu Christi filij sui prophetico corde cõcepit, & ore peperit, & cunctis post se seculis canenda cõscripsit. Hoc Abraham non fecit, licet propheta fuerit, quippe qui nec literas habuit, quas longe post illũ Moses, scribente digito dei accepit.

*Dauid
cur abra-
hæ præ-
ponitur.*

¶ Præterea & illud sciendum, quia quum istud duo sint patres ad quos eiusdem Iesu Christi passio facta est, verbũ eiusdẽ promissionis ad Dauid nõ parum auctũ est. Nã ad Abraham dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Ad Dauid: De fructu v̄tris tui ponam super sedẽ tuã. Plus enim est esse regem seminis Abrahamæ, quàm esse semen Abrahamæ: Vnde rectẽ dixerim quia verbum promissionis non parum auctum est ad Dauid.

*Exod. 22.
& 32.
Verbum
promissio-
nis ad Da-
uid auctũ
Gen. 22.
Psal.*

¶ Sed & hoc inferam, quia plus est esse patriarcham, regem, prophetam atque psalmistã, quod fuit Dauid, quàm esse patriarcham & prophetã, quod fuit Abraham. Itaque per omnia rationabiliter diuus Euangelista prouidit, vt dicere mallet filij Dauid, filij Abraham, quàm filij Abrahamæ, filij Dauid.

¶ Circa secundum principale dicit:

Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob.

¶ Hic post libri titulum ponitur intentæ narrationis processus. Vbi primò aduertẽdum est quàm fuit sancta priorũ patrum generatio. Deinde aduertẽda est ad Christi generationẽ mulierum peccatricũ admissio. Tertio, quorundam impiorũ ab eadẽ Christi genealogia notabilis erasio. Quarto, admiranda Christi & desyderata generatio. Quinto, natiuitatis Christi iusta dilatio Sexto, Christo nato generationis Israeliticæ vana expectatio.

¶ Circa primum dicit:

*Isaac &
Iacob filij
promissio-
nis.*

¶ Abraham genuit Isaac, Isaac autẽ genuit Iacob. Quum hæc audis, nõ illud solũ attẽdas, quod Abraham secundum

dum carnem genuit Isaac, & Isaac secundum carnem genuit Iacob, & sic de cæteris, sed hoc potius, quod ad Abraham secundum promissionem genuit Isaac, & Isaac secundum promissionem genuit Iacob. Hoc enim animaduerso, prolixius liber & pagina grandis per singulas ferè genituras apparet, dum promissionis verbum in memoria repositum recollere facit quid & qualiter ad illos patres sanctos deus loquutus est.

Roma. 9. ¶ Quam ergo siue de Abraham siue de Isaac dicit, genuit, perpulchrum est subintelligere, què in promissione acceperat, & in sacerdotè sacravit. Id nanque vel maximè decet librū generationis Iesu Christi. At enim Apostolus: Non qui filij carnis, ij filij dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine, quomodo Isaac quem genuit Abraham, & Iacob quem genuit Isaac, nō filij carnis, sed filij sunt promissionis, quia videlicet nō solū suscepērūt hereditatem, verum etiā non tam vsu nature, quàm dono gratiæ prouenit hoc ipsum quod geniti sunt.

Gene. 26. ¶ Denique & Abraham sterilem coniugem Saram, & Isaac sterilem habuit Rebeccā. Deprecat⁹ est, ait scriptura, Isaac dominum pro vxore sua eò quòd esset sterilis. Qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.

Iacob sacerdos pro Esau. ¶ Et Isaac quidem filium suum Iacob sacerdotem verbo sacravit, indutum vestibus Esau valde bonis, quas Rebecca apud se habebat domi: in quibus ille quum esset primogenitus secundum morem (de quo superius dictū est) debuerat sacerdotio fungi.

Isaac sacerdos. ¶ Porro ipse Isaac vt verbo cōsecraretur, vel benediceretur à patre, opus non erat. Quia quum fuisset oblatum in holocaustum domino, in typum venturi inagni & veri sacerdotis Iesu Christi, extunc plus quàm sacerdos erat, quia nō tantum sacerdos, verum etiā & hostia. Sanè de eo quod iam dictum est, quia & Abraham Isaac, & Isaac Iacob in promissione accepit, Apostolus ita scribit: Promissionis enim verbum, hoc est, Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Non solū autem illa, sed & Rebecca ex vno cōcubitu habens Isaac patris nostri. Quum enim pondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, vt secundum electionem propositum dei maneret,

Roma. 9. non

nō ex operibus, sed ex vocante dictum est ei. Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autē odio habui, *Malac. 1.*

Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.

¶ In generatione Iudæ & fratrum eius cessauit mos ille antiquus, quo (vt iam dictum est) eatenus primogeniti sacerdotio fungebatur. Ruben enim qui erat primogenitus ipse peccauit, & propterea benedictionem sacerdotalem nō promeruit, quinimō diminutionem acquisiuit. Effusus es, inquit, pater, sicut aqua, nō crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Nec verō ita cessauit prior ille mos sacerdotij, vs̄ saltem iunior quisquam ex illis fratribus sacerdotio fungeretur, sicut idem iunior Iacob amoto Esau, imō & ipsum sacerdotiū cessauit omnino quā diu in Aegypto fuerunt, vbi vendiderant Ioseph fratrem suum, vs̄que dum (vociferantibus illis ad dominū, & dicentibus: eamus & sacrificemus domino) surgeret sacerdos Aaron, frater Moysi de tribu Leui, & exinde tribum illam tulit dominus pro cunctis primogenitis filiorum Israel.

Cessatio sacerdotij primogenitorum. Gene. 25. Gen. 44.

Gene. 37.

Exo. 5.

¶ Fueruntq; filij Leui interim Sacerdotes & ministri sanctuarij pro cunctis primogenitis, donec veniret primogenitus iste Iesus Christus, Sacerdos gloriæ & honoris, suūmq; (amotis vicariis) susciperet sacerdotium, quod inueniens sanctus euangelista, quum diceret de Maria, quam vtique virginem concepisse narrauerat, & peperit filium suum, cōtinuō non otiosē addidit. Primogenitum, vt subintelligat prudens auditor, & idcirco Sacerdotē dignum, in quem dictum est, Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Filij Leui sacerdotes pro cunctis primogenitis. Luc. 2.

Psal.

¶ Quis autem fuit ordo Melchisedech, nisi offerre sacrificium panis & vini iure primogeniti. Primogenitus nempe fuit ipsius Noë (vt doctissimi perhibent) idem ipse qui alio nomine dictus est Sem.

Ordo Melchisedech primogeniti. Noe.

1. para. 3.

¶ Porro primogenita quæ data sunt Ioseph, sicut scriptū est, (Rubē quippē fuit primogenit⁹ Israel, sed quum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filij Israel, & nō est reputatus in primogenitum.)

Hæc

- Hæc,inquã, primogenita non ipsum fuere sacerdotium, quo nullus eorū, vt dictum est, in Agypto functus fuisse legitur, sed illa pars vna de qua dicit ad eundem Ioseph
- Gen. 48.* filium suum: En ego morior, & erit deus vobiscum, reducētque vos ad terram patrum vestrorum. Do tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. Partis illius Euangelista Ioannes meminit quum dicit: Venit Iesus in ciuitatem Samarizæ quæ dicitur Sichar iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Ergo vsque ad tempora illa, vtrunque primogenitis veniebat, & honor sacerdotij, & extra fratres suos possessionis vna pars. Sed quia nihil tale de illo scriptum est, quale est ædificare altare domino, & inuocare nomen domini, quod fecisse patres Abrahamā, Isaac, & Iacob, scriptura patēter astruit, decimāq; & honores offerre, quod vtrum primus Iacob dominouit, palām cōstat, quia sacerdotium primogenitorum (sicut iam dictum est) in Iacob cessauit: & interim, vt dictum est, filij Leui primogenitorum fuere vicarij, donec veniret iste primogenitus & vnigenitus virginis, primogenitus & vnigenitus dei.

peccatrice ad christi Circa secundum quod in huius sacre generationis Iesu Christi libro considerandum esse præmissimus, quod est *si genera* quarundam mulierum peccatricum ad eandem Christi *tionem* generationem propter earum fidem admissio, consequenter *admissæ.* subiungitur:

Iudas autem genuit phares & zaram de Thamar.

- Thamar* Nota est historia quod Thamar nurus fuit Iudæ, & quæ *fornicata* ea genuit Phares & Zaram, nesciēs quod esset nurus sua quæ dum ab eo concepisset hos geminos, nuntiatum ei Iudæ: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterque eius intumescere. Qui ait: Producite eam vt comburatur. Nec mora, rem cognoscens: Iustior me est, inquit, qui nō tradidi eam Sela filio meo. Quis autem nesciat, quod ex illa fornicatione nati sunt Iudæi, imō & tota ferè nobilitas Iudaicæ gentis, vniuersa progenies regalis? Quæ igitur Iudæi omnibus hominibus molesti, quum molesti essent & deo ac domino nostro, iactabant dicentes: Semen Abrahamæ sumus, nos ex fornicatione non sumus nati. Et ille quidem, scio, inquit, quia filij Abrahamæ estis, non tamen

tamen dixit, scio quia ex fornicatione nō estis. Nā re vera fornicata est Thamar, quę concepit eos, & istud cōmemorando potuisset cōfutare superbos, nisi quōd prior ipse facere debuit, quod doceat per Apostolum suum, dicentem: Nemini dantes vllam offensionem.

¶ Porro nebula fornicationis illius nō solūm Christi domini nōstri claritatē non obsurat, verūm insuper illustrat bonitatis suę dignationem, quia sicut pro peccatoribus homo fieri, ita etiam de peccatoribus nasci dignatus est. Hęc itaque eius gratiam Euangelista non paruipendens, nōsque eam agnoscere volens, solas eiusmodi mulieres assumit in hac genealogia saluatoris quales scriptura reprehendit, Thamar, & Raab, Ruth, & Bersabee, Nam dicit consequenter:

Salomon genuit Boob de Raab,

Booz autem genuit Obed ex Ruth.

¶ Constat Raab fuisse meretricem, & è ruinis Iericho saluatam esse per fidem. Ruth verò cōstat fuisse Moabidē, in qua mirabile illud cōrigit, quōd compugnantibus inter se duabus diuinę legis sententiis ipsa in salutē euasit. Nam lex dicit: Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem nō intrabunt in ecclesiam domini in æternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egressi estis de Aegypto. Itē lex dicit: Si fuerit mortuus vir absque liberis, vxorē defuncti frater eius vel propinquus accipiet, & suscitabit semē fratris sui. Itaq; lex ipsa quę dānabat ipsam quia Moabitis erat, suffragabatur illi vt acciperet eam Booz, quoniam vxor propinqui fuerat, & sic non solūm intrauit ecclesiam domini, verum etiam principalē obtinet memoriā in ecclesia domini, ita quōd semē quod ex ea suscitātū est, statim secunda generatione generaret Dauid, principem & regem in ecclesia domini. Siquidem Obed ex ea genitus, genuit Iesse, Iesse autem genuit Dauid regem.

¶ Circa tertium quod est quorundā etiam domesticorum propter eorum perfidiā à Christi genealogia erasio, cōsiderare est, quod sicut peccatrices & alienigenas propter fidem lex dei assumpsit, & Euangelista hic nominare dignū duxit, ita quosdā, vt iam dictum est, domesticos seminis

¶ propter

2. Cor. 6.
Christi ex
peccatrici
bus gene-
ratio illu-
strius cō-
mēdatur.

Iosue. 2.
Raab me-
retrix.
Ruth. 1.
Ruth
Moabitis.
Deut. 23.

Deut. 25.

Ruth. 4.

propter impietatem remouit atque reiecit. Ait enim:

Ioram autem genuit Oziam.

Ochozias ¶ Tres reges de medio succidit, videlicet Ochoziã, Ioras,
1085, & & Amaziam, hanc nimirum ob causam, quia Ioram se
Amazias scuit generi impiissimæ Iesabelis, accipiendo Athaliaã
delentur. liam eius vxorẽ, quæ Ochoziam genuit, cuius ipse Ioras
2. Par. 22 filius eius, & huius filius Amasias homicidia sunt imitati
2. Par. 24 prophetas domini occidendo, sicut illa & Iesabel mater
2. Par. 25. ipsius in Samaria fecerat. Et quidẽ Manasses quoque mu-
3. Reg. 19 tum sanguinem iustum fudit, veruntamen reseruatus est
2. Par. 25. quia pœnitentiam egit, & hoc re vera non parum attine-
 ad intentionẽ Euangelistæ, quia nisi potiozem illam astu-
 matet genituram, quæ est fidei vel promissionis, quæ est
 auditio siue obseruatio verbi dei, quàm illã quæ est car-
 nis, poterat vtique genealogiã sic texere, sicut iam dictum
 est, vt patrem illum attingeret, qui beatam Mariã secun-
 dum carnem genuit.

Verbo dei ¶ Qualem autem locum habere deberent inter parentes
aduersari domini, hi sub quibus nec saltem loqui licuit propheta
 verba domini? Denique prophetã domini quia fuit ausus
 loqui in nomine domini, prophetã, inquam, & sacerdotem
 Zachariam filium Ioiadæ sacerdotis, Ioras interfecit. Et
 non est recordatus misericordiæ quem fecerat Ioiada pa-
 ter illius secum, seruans eum dum paruulus esset, ne a
 Athalia interficeretur, & insuper hũc in soliũ regni colli-
 cauerat, sed interfecit filiũ eius. Post hũc filius eius Ama-
 sias prophetæ dicenti sibi à domino: Quis adorasti deos
 qui nõ liberauerunt populũ suum de manu tua? respõdit:
 Num consiliarius regis es? Quiesce ne interficiam te. Et
 quidem cæteri quoque præter Dauid & Ezechiam & Ie-
 siam omnes peccauerũt, veruntamen sub illis propheta
 re licuit prophetis, quod pertinebat ad huiusmodi gene-
 logiam, quorum vnus dicit: A timore tuo domine cõcep-
 mus & peperimus, spiritũ salutis tuæ fecimus super ter-
 ram. Atque ideo isti soli de memoria præsentis, de liber-
 generationis Iesu Christi repulsi sunt, qui verbũ audire
 vel præcones verbi dei viuere passi non sunt.

Scelus ¶ Circa quartum quod est admiranda Christi, & desyderata
Ioras. generatio in fine lectionis dicitur:
2. Par. 24 ¶ Qualem autem locum habere deberent inter parentes
 domini, hi sub quibus nec saltem loqui licuit propheta
 verba domini? Denique prophetã domini quia fuit ausus
 loqui in nomine domini, prophetã, inquam, & sacerdotem
 Zachariam filium Ioiadæ sacerdotis, Ioras interfecit. Et
 non est recordatus misericordiæ quem fecerat Ioiada pa-
 ter illius secum, seruans eum dum paruulus esset, ne a
 Athalia interficeretur, & insuper hũc in soliũ regni colli-
 cauerat, sed interfecit filiũ eius. Post hũc filius eius Ama-
 sias prophetæ dicenti sibi à domino: Quis adorasti deos
 qui nõ liberauerunt populũ suum de manu tua? respõdit:
 Num consiliarius regis es? Quiesce ne interficiam te. Et
 quidem cæteri quoque præter Dauid & Ezechiam & Ie-
 siam omnes peccauerũt, veruntamen sub illis propheta
 re licuit prophetis, quod pertinebat ad huiusmodi gene-
 logiam, quorum vnus dicit: A timore tuo domine cõcep-
 mus & peperimus, spiritũ salutis tuæ fecimus super ter-
 ram. Atque ideo isti soli de memoria præsentis, de liber-
 generationis Iesu Christi repulsi sunt, qui verbũ audire
 vel præcones verbi dei viuere passi non sunt.

Esa. 26. ¶ Circa quartum quod est admiranda Christi, & desyderata
 generatio in fine lectionis dicitur:

Iacob autē genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

¶ Super quo loco beatus Hieronymus ait: Quum Ioseph nō sit pater domini saluatoris, quid pertinet ad eū generationis ordo deductus vsque ad Ioseph? Respondemus, inquit, Primū, nō esse consuetudinis scripturarū vt mulierum in generationib⁹ ordo texatur. Deinde, ex vna tribu fuisse Ioseph & Mariā, vnde & ex lege tam accipere cogebatur vt propinquā. Et quod simul cēsentur in Bethleem, vt videlicet, de vna stirpe generati.

¶ Proinde quum virum audis, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinem scripturarum qua sponsi viri, & sponsæ vocentur vxores. Vnde in Deutero. scriptum est: Si puellā virginem desponderit vir, & inuenit eam aliquis in ciuitate, & cōcubuerit cū ea, educes vtrunque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur. Puella, quia non clamauit quum esset in ciuitate. Vir, quia humiliavit vxorem proximi sui. Ergo vir Mariæ Ioseph, & ipsa vxor illius. Ergo etiam Ioseph pater domini apud Lucā appellatur. Ait enim: Erat pater eius & mater mirātes super his quæ dicebātur de illō. Non solum autē euangelista Ioseph virum Mariæ dixit, verumetiam prior angelus (quod tantundem est) Mariam coniugem Ioseph enuntiauit: Ioseph, inquit, fili Dauid noli timere accipere Mariā coniugem tuam. O coniugium verum & sanctum, coniugium cœleste, non terrenum.

¶ Sed quomodo vel in quo cōiuges fuerunt? Nimirum in eō quōd vn⁹ spiritus & vna fides erat in eis. Sola illic defuit corruptio carnis. De qua, inquit, natus est Iesus qui vocatur Christus. Nō ait quōd ex Ioseph in ea cōceptus, & ex ea natus sit Iesus qui vocatur Christus.

¶ Sed hoc potius ait: Antequā cōuenirent (scilicet ad nuptias cōiugales) inuēta est in vtero habens de spiritu sancto. Quā mira & dissimilis generatio hæc generationibus cæteris, generationibus quāuis rectorū, vt fuit ipsius Abraham, vt fuit Dauid, vt fuit Iacob. Et quidem fuerit aliqua similitudo generationis, quia patres isti steriles cōiuges habuerunt. Vnde & qui hinc generati sunt in plebisque factis suis typum gesserunt Christi, qui vere natus

Deut. 22.

Luc. 2.

Vir Mariæ Ioseph ab angelo vocat⁹.

Matt. 1.

Matt. 1.

Christi generatio in quibus dissimilis aliis aut similibus.

- est de vtero sterili. Quid enim tā sterile quā virginitas?
- Matres steriles sex.* ¶ Sex matres fuisse steriles scriptura cōmemorat. Saram & Rebeccam, Rachel & eam quæ peperit Sanson, Annā matrē Samuelis, & Elizabeth quæ peperit Christi præcursorem. Qui ex iis matribus nati sunt, magni fuerunt & in plerisq; (vt iam dictū est) factis suis admirabiles, quasdā similitudines domini prætulerūt de sterili virginitate nascituri, videlicet, Isaac & Iacob, Ioseph & Sanson, & Samuel, Ioanne verò maior inter natos mulierum nō surrexit, qui ipsum dominum nō tam factis suis vt ceteri significauit, quā digito demonstrauit.
- E sterili virginitate Christi natus.* ¶ Septima sterilitas, id est, virginitas, de cognata sua sterili Elizabeth proximum accepit testimonium, quia nō erit (inquit angelus) impossibile apud deū omne verbū. Fuerit itaque aliqua (vt iam dictum est) similitudo in illis, verum tamen rationabiliter hic Euangelista dicat:
- Luc. 1. Christi generationis modus.* ¶ Christi autem generatio sic erat: Quod est dicere: Cuiusque cæterorum generatio sic fuit, vt nullus eorū generaretur aliter nisi cōuenientibus viro & muliere, sicut naturæ vsus est, Christi autem generatio sic erat, vt antequā vir & mulier cōuenirent, inueniretur mulier in vtero habens. Hoc est illud mirabile & inauditum quod Ieremias præuidens: Faciet, inquit, dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum.
- Ierem. 31.*
- Gloria generis humani christus.* ¶ Magnus profecto hic honor generis humani, quod homo nostræ naturæ, nostræ cōditionis passibilis atque mortalis, incarnatus vel cōceptus est de spiritu sancto, id est, nō de semine viri, sed de virtute & operatiōe spiritus sancti. Rectè ergo tāti decoris sibi cōsciū hic filius hominis dicat in Canticis: Ego flos campi, & lilium cōualliū, id est, honor humani generis & decus parentum humilium.
- Cant. 2.*
- Matt. 7. Indignis nō debuit virginitas Maria propalari* ¶ Porro tantam pulchritudinem, tantæ claritatis margaritam, iam tūc oculis inuidis propalari nō expediebat, ibi enim erat qui dicturus erat: Nolite mittere margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas, & cōuersi elident vos. Etenim vt de cæteris interim taceā, qualis tunc erat porcus Herodes, quales erāt porci omnes eius funesti satellites? Nōne ergo fuisset hoc margaritam valde splendidam ante porcos mittere, virginē prægnantē suę parientem

parientē de semetipſa prædicare unde haberet in vtero, ſcilicet de ſpiritu ſancto? Fieret enim inquiſitio à quo imprægnata fuiſſet ſi virum non habens peperiſſet.

¶ Igitur deputandum eſt laudī eius de quo ipſe conceperat, ſcilicet ſpiritus conſilij, quod mater Chriſti deſpoſata erat, vt per hanc occaſionem ab omni quæſtione liberaretur. Umbra quippe ſeu nomen ſponſi cœleſtibus nuptiis ſecretū fecit, ianuas cubiculi clauſas cuſtodiuit, ita vt nullatenus appareret foris tranſeuntibus lux claritatis quæ intus erat, niſi quantum per ſubtiles radios, ex rimis ſiue fenestris obliquis ſignificari ratio poſtulabat. Idcirco hæc ſpiritus ſanctus ſponſum habere voluit, vt quomodo falſus fuit Saul, quum vngeretur rex Dauid, ita falleretur Herodes, imò etiam & ipſe habitans in Herode diabolus in hoc ſacramento regis & domini, filij dei, filij Dauid, naſcentis ex vtero virginis, qualiter falſus fuit Saul quum vngeretur rex Dauid, quum diceret Samuel: Quo modo vadā? audiet enim Saul & interficiet me. Vitulum (ait dominus) de armento tolles de manu tua, & dices ad immolandum domino veni. Nimirum iuxta hæc ſimilitudinem ſpiritus domini, ſpiritus conſilij, ita ordinauit. Ac ſi diceret in ſecretis ſuis: Virum vnum de populo accipiat virgo hæc, & ſit ei deſponſata, vt dum conceperit & pepererit, dicat: quia virum duxi, quia nuptias celebraui, atque ita ſicut Samuelem tunc liberauit immolatio vituli, quaſi ob nullam cauſam aliam veniſſet in Bethleem, ita virginē hanc ab omni quæſtione liberet exiſtimatio carnalis cōmercij, quaſi nihil in ea aliud natum ſit, quàm quod ſolet de coniugio naſci.

¶ Circa quintum,

¶ Quod eſt generationis Chriſti notanda dilatio, dicit Euangelista:

Omnes ergo generationes ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuordecim. Et à Dauid vsque ad tranſmigrationē Babylonis generationes quatuordecim. Et à tranſmigratione Babylonis vsque ad Chriſtum generationes quatuordecim.

¶ Græde aliquid ſibi vult tam diligens generationum cōputatio, tam diligēter facta quaſi per complexionem cōputationis diuiſio. Sine dubio quicquid loquitur pondus

C iij habet,

*Spiritus
ſancti cō-
ſilio ma-
ria deſpō-
ſata.*

*Saul &
Herodes
impj cōſe-
militer
fallūtur.
1. Reg. 16*

*Samuel
& Maria
conſimili-
ter libera-
ti.*



IN FESTO

habet, & hoc ipsum quod nunc ait vim sensus continet, quam non libet præterire.

*cur aduc-
tum chri-
sti tã diu
distulerit
deus.* ¶ Mirantur etiam nonnulli quor benignitas dei incarnationem filij sui mundo exhibere tam diu distulerit. Nimirum qui cupit rationem reddere omni postceti de iustitia fidelis dei qui repromisit, ecce per istas treis tesseradecades subtiliter animaduertere potest illud magis esse mirandum in laudem & gloriã iusti & fidelis dei, quod immutabilis perstitit, & stabilis in proposito & in promisso suo permanfit, quum ab illis quibus promiserat multipliciter & nimis grauerit offensus fuerit.

¶ Has autem infensiones numerus iste quatuordecim generationũ triplicatus subtiliter insinuat. Si ergo quæras: quor deus pater tam diu Christum suum mittere distulit? Quor non in breui de aliquo illorũ beata hæc virgo nata est, quæ Christum cõciperet & pareret? Hoc enim desiderabat Moyses, qui quum mitteretur ad Pharaonem, Obsecro, inquit, domine mitte quem missurus es. Et cõtinuò sequitur: Iratus dominus in Moysen, ait: Aaron frater tuus leuites scio quod eloquens sit, &c. Ac si diceret: Dicete me, obsecro domine mitte quem missurus es, Dominus iratus erat, & idcirco de eo quod obsecrabã, nec saltem respõsum vllum dedit, sed alia dixit.

*propter
peccatum
domus A-
brahæ, di-
stulit.* ¶ Et quam aliam ob causam dominus iratus erat quàm propter peccatum domus Abrahæ, Isaac, & Iacob quibus promiserat? Quia videlicet filij Iacob fratrem suum Ioseph per inuidiam in seruum venderat, & ille quatuordecim annis seruiuerat. Quum enim esset annorum sedecim, venditus est: & quando eductus de carcere stetit in conspectu Pharaonis, triginta annorum erat. Itaque sicut quodam alio loco iustus index, id est, dominus dicit: Iuxta numerum dierum quadraginta, quibus considerastis terram, annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, ita & illic iustum arbitremur esse iudicium, vt diceret iuxta numerũ quatuordecim annorum quibus seruiuit venundatus Ioseph, generatio pro anno imputabitur, & quatuordecim generationib⁹ semel quod promisit patribus vestris differetur, quod est Christus. Igitur ab Abraham, inquit, vsque ad David genera-
tiones

tio
Et
¶ P
mi
me
pr
lio
no
pte
tran
dec
¶ D
tran
lud
mu
pec
ma
lon
auc
Hu
nun
¶ O
sal
den
stu
in
ph
san
est
qu
Ide
Ver
us.
for
pti
¶ C
bu
ma
git

ziones quatuordecim, subauditur: & Christus non venit,
Et eouſque eum diſtulit iratus dominus.

¶ Porro Dauid in quem generationes quatuordecim ter- *Propter*
minatę ſunt, quum & ipſe eadē promiſſionem cum iura- *peccatis*
mento domini accepiffet, peccauit & ipſe non minus quā *Dauid*
prioribus illi. Etenim Vriam Hethaum percuffit gladio fi- *Chriſtus dē*
liorum Ammon, & vxorem eius tulit. Super quo ſcelere *latus.*
non minus iratus fuit dominus, quā fuerat dudum pro- *1. Re. 11.*
pter peccatum domus Jacob. Et idcirco à Dauid vſque ad
transmigrationem Babylonis (ait) generationes quatuor
decim, & Chriſtus non venit.

¶ Denique in transmigratione Babylonis (quę pœna fuit *Propter*
transmigrationis illis) non minoris erat delicti quoddam *peccate*
Iuda & maximè Manasses ſanguinem innoxium fuderāt *gū Iuda*
multum, donec impleretur Ierusalem vſque ad os, abſque *dilatius*
peccatis ſuis quibus peccare fecerant Iudam vt faceret *Chriſtus*
malum coram domino. Igitur & à transmigratione Baby- *4. Reg. 2.*
lonis vſque ad Chriſtum generationes quatuordecim ſub
auditur, & non niſi poſt tot generationes Chriſtus venit.
Huius etiam dilationis ſolēt & alię cauſę aſſignari, quas
nunc præterimus.

¶ Circa ſextū, quod eſt Iſraeliticę generationis nato iam *Iudeorū*
ſaluatore vana ac proſus fruſtrata expectatio, illud cōſi- *vanifi-*
derandum occurrit, quod vbi Iudæi venturū adhuc Chri- *ma expe-*
ſtum vaniſſimè expectant, nos deum fidelem & veracem *ctatio*
in Chriſti natiuitate comprobantes, gratulamur cum pro-
pheta dicētes: Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis, &
ſanctus in omnibus operibus ſuis. Et iterum: Quia rectum *Pſal.*
eſt verbum domini, & omnia opera eius in fide. Quot *Pſal.*
quot enim promiſſiones dei ſunt (ait Apoſtol⁹) in illo eſt. *2. Cor. 1.*
Ideo & per ipſum dicimus: Amen deo ad gloriam veſtrā. *Gene. 32.*
Verè ad gloriam veſtram quodammodo ſuperatus eſt de- *Lucta 1.0*
us. Licet enim ipſe fortior eſſet, vicit tamen vinci volentē *cob cum*
fortis colluctator noſter per fidem, pater Iacob. Vnde ſcri- *angeloty*
ptum eſt. *pus.*

¶ Quomōdō; mature ſurrexiſſet Iacob, & tranſductis omni-
bus remaniſſet ſolus, ecce vir luctabatur cum eo vſque
mane. Qui quū videret quod eū ſuperare non poſſet, teti-
git neruum fœmoris eius, & ſtatim emarcuit, dixitq; ad eū:

Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et ille: Si contra deum inquit, fortis fuisti, quomodo magis contra homines praevaleris? Et benedixit ei in eodem loco. Dixitque Iacob: Vidi dominum facie ad faciem, & salva facta est anima mea.

¶ Iuxta magnum illud & mirum praesagium seu typum, iam factum est. Nascente etenim Iesu Christo & victor inuentus est homo, siue genus Iacob, exigens promissum à deo, & quasi iure superatus est deus debitor sui, promissum. Non parua fuit aut ignota hominis cum deo colluctatio, quod vel eo cognosci potest quod ait ad Moysen: Certe quodd populus iste duræ cervicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus contra eos & deleam eos. Ibi nanque in lucta spirituali per sanctam orationem fortis fuit & inualuit Moyses, eodem modo quo inualuit pater eius Iacob, modo quo iam dictum est.

Osee. 12. ¶ De quo & in Osee in hunc modum scriptum est: In fortitudine sua directus est cum angelo, & inualuit ad angelum & confortatus est. Fleuit & rogauit eum. Hinc manifestum est qualis illa lucta fuerit. Secundum hunc typum futurum erat & factum est, vt iratus deus, (quia saepe fuit offensus & irritatus adinventionibus illorum) minaretur quod recederet, imò & genus Iacob disperderet atque deleteret. Sed nunquam defuerunt in populo illo homines quibus pauci in quibus non esset fortitudo, id est, fides Iacob, luctas & inualescens ad fortitudinem dei, & quodammodo dicens: Non dimittam te nisi benedixeris mihi. Talium quisque fleuit & rogauit eum, & hoc fuit inualescere & fortem esse contra deum. Talis & ipse Moyses fuit, de quo iam dictum est fortiter enim luctabatur stans in conspectu eius, quum dicente domino. Dimitte me, ipse orabat dominum deum suum, dicens. Quare domine irascitur furor tuus contra populum tuum? Recordare Abraham & Isaac, & Israël seruorum tuorum quibus iurasti per te ipsum. Sic multoties idem Moyses fleuit & rogauit eum. Sic Dauid fleuit & rogauit eum, sic & alii plures fleuerunt, & rogauerunt eum.

Exod. 32. ¶ Quid multa? Contra deum fortis fuit Iacob, nec dimisit eum.

Fortiter

eum.

eum, donec benediceret. Et benedixit ei in eodem loco. Et itidem contra iram dei fortis fuit progenies eiusdem Iacob, nec dimisit eum, nisi daret Christum suum, qui est omnium gentium benedictio. Porro tunc ubi benedixit, tetigit neruum fœmoris Iacob, & statim emarcuit.

¶ Quid est hoc, nisi quia sic futurum erat, ut postquam promissio cōpleretur, postquam hic Iesus Christus nat⁹ esset iam ex tunc omnis apud deum genealogiarum vetus diligencia pro nihilo, imò pro stultitia vel fabulis haberetur? Omnis nanque illa tam diligenter, facta in lege tribuum ac familiarum, siue generationum, domorum, atq; cognationum distinctio. verbi gratia, quod dictū est de filiis Iuda, per generationes & familias ac domos & cognationes suas, tot erant millia, maximeque illud quod iustum est, ut vnusquisque de tribu ac familia sua duceret vxorem, in vnum & solum Christum tendebat, propter veritatē dei, ad confirmādas promissiones patrū, ut dum veniret, dum nasceretur, certum sciri & dici posset ad gloriam & laudē iusti & fidelis dei, quia promisit & iurauit, sic & fecit, benedictionem qua benedicerentur omnes gentes mittendo, de semine Abraham, de tribu Iuda, de stirpe, seu de domo ac familia Dauid.

¶ Postquam ergo venit & natus est, quæ cura de illo fœmore, de illa tribuum, generationum, familiarum, domorum, atque cognationum obseruatione seu supputatione? Imò pro extrema stultitia totum illud reputandum est: Sultas, inquit, apostolus, quæstiones & genealogias, & cōtentiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & vanæ. Igitur omnium genealogiarum finis iste sit, de quo idē apostolus ait: Paulus seruus Iesu Christi vocatus apostolus, & segregatus in Euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Quod si ex semine Dauid, ergo ex tribu Iuda, ut confirmetur veritas dei dicentis per os patriarchæ Iacob: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Quod si ex tribu Iuda, ergo ex semine Abraham, ad quem primum dictum est: & in semine tuo benedicentur omnes gētes.

¶ Iam de

*Luctanti
quæ bene
dictio da-
ta.*

*Christo
nato ner-
uus fœmo-
ris Israel
emarcuit.
Num. 1.
Nu. vii.*

*Christo
nato va-
na tribuū
supputa-
tio.*

*Tit. 3.
Rom. 1.*

Gene. 49

Gene. 22.

Fœmur iacob iam amaruit ¶ Iam de cætero fœmur Iacob marcidū sit, sicut verè est. Nam reuera emarcuit, ita vt iam neque rex, neque dux, neque propheta, neq; sacerdos possit inde sperari, & omnis vigor & viror vsque ad eò defecit in illo, vt sit infidelis. imo & infideli deterior, qui spem habet in carne eiusdem populi, antichristum recepturus sub nomine Christi.

IN DIE SANCTI THOMÆ Apostoli.

Benedictio domini super caput iusti.

Eccle. 44 ¶ In hac lectio ne quæ in presenti beati Thomæ apostoli festiuitate recitatur, tria notantur cuiq; nostrum necessaria ad salutem. Primum est, diuina benedictio. Secundū est, conueniens ad salutē in homine dispositio. Tertium est, virtuosa per gratiam dei hominis promotio. Primum, à principio lectionis. Secundum, ibi: In fide & lenitate. Tertium, ibi: Et elegit eum rex.

¶ Circa primum dicitur:

Benedictio à sinistra. ¶ Benedictio domini super caput iusti. Hæc domini benedictio quosdam ditat bonis temporalibus, quosdam vero spiritualibus. Siquidem benedictio domini diuites facit. Ditauit enim bonis temporalibus Laban apud quem Iacob seruiuit. Dicebat enim illi Iacob: Antequam uenire ad te parum habuisti, & ecce diues effectus es, benedixitque tibi deus ad introitum meum. Et hæc est benedictio sinistra non à dextera dei. In sinistra enim illius diuitiarum gloria, sed quid profuit nobis superbia, inquit, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia sicut umbra. Piscantes ad hanc sinistram, casto labore sua frustrantur. Vnde & ardenti in inferno diuiti dicitur.

Luc. 16. Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua.

A dextris posita sinistra benedicuntur. ¶ Benedictio ista plerunque cedit his quos mundus vbi cæteris præfert, & locat ad dexteram. Sed quia futurum est quod (decernente deo) primi nouissimi, & nouissimi primi erunt, cancellatis quodammodo manibus, minor deus dextera, maiori sinistra benedicit. Aperit quippe numerum suam & implet omne animal benedictione.

Mat. 20. ¶ Diligit enim omnia, & nihil odit eorum quæ ipse facit, ideòque & iumentis dat escam ipsorum, & pullis et

uoru
pluit
cit,
enim
vide
nori
canc
bene
¶ Qu
Sant
preti
spirit
dinis
mori
tia: s
nostr
quæ
non
nequ
tuit.
uaba
nem
tur d
noris
num
dextr
sistit.
dit, p
bene
quen
tribu
¶ Si h
vriqu
fuisse
etoru
parte
dioc
diuifi
uoru

uorum inuocantibus eum. Pascit & potat ingratos, & *Mat. 5.*
 pluit super iustos & iniustos. Istis ergo à sinistris benedi- *Iacob be-*
 cit, quomodo Patriarcham Iacob fecisse legimus: Is *nedicēs B*
 enim interpellatus à Ioseph filio suo vt suis filiis Manasse *phraim*
 videlicet maiori à dextris constituto, & Ephraim mi- *& Ma-*
 nori, à sinistris, priusquam ipse moreretur benediceret, *nasse.*
 cancellatis brachijs maiori filio sinistra, minori dextera
 benedixit.

¶ Quosdam verò dei benedictio bonis ditat spiritualibus.
 Sunt enim, vt ait Sapiēs, Homines diuites in virtute, quos *Ecclo. 4.4*
 pretiosis deus diuitiis locupletat, vt requiescat super eos
 spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitu-
 dinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleat eos spiritus ti-
 moris domini. Siquidem hæc dona prætiosæ & veræ diui-
 tiæ sunt. Opes autem huius seculi diuitiæ non sunt, quæ
 nostræ mentis inopiam non depellunt. Nec nostræ sunt *Esai. ii.*
 quæ nobiscum remanere non possunt. Ergo veræ diuitiæ *Ben edi-*
 non sunt opes sed virtutes. Huiuscemodi benedictionem *ctio dei à*
 nequaquam testamenti veteris legislator Moyses dare po- *dextra.*
 tuit. Sed summo dūtaxat legislatori Christo id muneris fer-
 uabatur, quod Propheta præuidēs ait: Etenim benedictio. *Psal.*
 nem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbi-
 tur deus deorum in Sion. Hæc est benedictio Ephraim, mi-
 noris videlicet, & ad sinistram collocati, cui tamē per ma-
 nuum cancellationem (vt dictum est) benedictio potior à
 dextra cessit. Humilib⁹ enim dat gratiam, qui superbis re-
 sistit. Et mysteria sua quæ à sapiētib⁹ & prudentib⁹ abscon- *I. Pet. 5.*
 dit, paruulis reuelat cœlestis pater. Duo sanè confert hæc *Mat. 11*
 benedictio, hæreditatem, scilicet & gratiam, vnde conse-
 quenter de primo subdit:

*ideo dedit illi dominus hæreditatem, & dimisit ei partem in
 tribus duodecim.*

¶ Si hæc ad beatum Thomam apostolum Christi referas,
 vtique palàm est dei benedictionem abundè collatam ei
 fuisse, per aquam & cœlestem hæreditatem, & in sacro ele-
 ctorum apostolorum duodenario consequutus est & ipse
 partem & apostolicam dignitatem. Cui etiam non me-
 diocrem mundi partem in sortem prædicationis deus ipse
 diuisit. Verùm si id quod dictum est de quouis iusto acci-
 pias

pias, aduertere est quemadmodū per diuinam benedictionem, hereditatem & gratiam ipse consequatur.

*Hæreditat
tatis cōse
quationē
quid præ
cedit.*

*Gene. 27.
Isaac filio
benedicēs*

Esa. 38.

Iob. 5.

Prou. 3.

Heb. 12.

*Tribula
tio utilis
est.*

Prouer. 1

Ezec. 16.

¶ Vnde circa hoc notandum est, quod sicut hereditatem consequutionem præcedit benedictio, ita etiam benedictionem præcedit palpatus, ut per eam innotescat num filius sit & dignus benedictione & hereditate, necne. Vnde Isaac patriarcha filium suum benedictione consecraturus accede, inquit, huc primum ut tangam te fili mi, & probeturum tu sis filius meus Esau, an non. Tactus iste per aduersitatum & tribulationis immisionem paternæ correctionis censura est. Corripies me, inquit Ezechias, & uiuificabis me, in talibus enim vita spiritus mei. Vnde scriptum est: Increpationem domini ne reprobēs, quia ipse vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt. Hinc etiam per Salomonem dicitur: Disciplina domini filii mi ne auerſas, nec deficias quum ab eo corripieris. Quem enim diligit dominus corripit, & quasi pater in filio complacet ei. Hanc sententiam sequutus apostolus ad Hebræos scribens, ait: Fili mi, noli negligere disciplinam domini, ne fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseverate, tãquã filiis vobis offert se deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filii estis. Quisquis ergo exceptus est à participatione flagellorum, exceptus est etiam à numero filiorum. Quisquis etiam huius patris attentionem seu palpatum hanc sustinere rebellionem superba recusat, nec agnosceretur pro filio, nec cœlestem vllatenus assequetur hereditatem, Salomone attestante qui ait: Eo quod exosam fuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint, inuocabunt dominum & non exaudiet eos, manẽ consuegent & nõ inuenient eum. Quibus etiam per Ezechielem à domino dicitur: Recessit zelus meus à te, iã non irascor tibi. Quod autẽ per hanc benedictionem non modò æterni patris hereditatem, sed etiã apud omnes ubique gratiam consequamur, ostendit consequenter dicens:

Et inuenit gratiam in conspectu omnis carnis.

¶ Quod duobus modis potest exponi. Vno sic: Dei me

vere
Salo
mice
tiam
ni, q
dant
mod
illor
est h
etian

Me
sra p
glori

¶ Pre
inuis
tiosi.

rum
verb

car
que i
nant

ctri
ctos
mas

dos,
per t

¶ De
Glor
ges f
ciei d
cēser

bus
rege

ergo
los s
cuiq
& an

¶ Po
prin

nerere gratus acceptusque extitit vniuersis, iuxta quod per Salomonē dicitur: Quū placuerint viæ hominis deo, inimicos quoque eius conuertet ad pacē. Alio sic: Inuenit gratiam in cōspectu omnis carnis, id est, Palam est omni carni, quæ inuenit gratiam apud deum, iuxta quod ex persona damnatorum de iustis loquentium scriptū est: Ecce quomodo cōputati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorū est. Porro nō solūm diuinæ benedictionis effectus est hereditatis adeptio & cōsequutio gratiæ, sed insuper etiam magnificatio & glorificatio, vnde subditur:

Magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum, & ostendit illi gloriam suam.

¶ Profecto magnus est cui succumbūt inimici, præsertim inuisibiles, & nihilominus visibiles, scilicet homines vitiosi. Tam enim demones ipsi, quàm homines mali, iustorum timent & verentur sanctitatem. Porro monstra quæ verbis suis iusti placant seu perdomāt, vel ipsas brutales carnis cōcupiscētias accipere possumus, vel alia quæcunque indomiti vitia animi, quæ sancti rationis imperio frenant, vel certè prauos homines & impios, quos sancti doctrina & animi māsuetudine plerunq; perdomitos ad rectos mores perducent, quomodo B. Christi Aposto. Thomas Barbaras natiōes, vtputa Bracmanas, Parthos, & Indos, sancto dogmate mitigauit, qui ferinos mores intrate per fidem ad eos Christo posuerunt.

¶ Denique diuinæ benedictionis effectus est glorificatio. Glorificauit eum, inquit, in cōspectu regum. Nimirum reges sunt qui acceperunt regnum decoris & diadema spe-
ciei de manu domini, sed & regum nomine nō immeritò cēsentur, qui carnis appetitui & inferioribus animæ viribus, rationis imperio principātur, quibus dicitur: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrā. In horum ergo cōspectu regum iustos suos deus glorificat, quum illos similes facit in gloria sanctorum, Laus enim erit vnicuique eorū à deo. Laus vtique à laudatore magno, vnde & ambienda vehementer.

¶ Possumus etiam regum nomine huius seculi mortales principes intelligere, coram quibus sanctos suos plerūq; deus

Prou. 16.

Sapient. 5.

Magnus in veritate quis sit

Reges moraliter qui sint.
Sapient. 5.

Psal.

1. cor. 4. sanctos regibus seculi esse maiores.

deus vsque adeo glorificat, vt vestigia pedū ipsorum ostendi se exultent, & sacras eorum reliquias, vel magnifici extructis templis, vel margaritis, aut auro, certatim contendunt honorare. Qui etiam sanctorum gloriam longis suis præferre sceptris, & sedibus non dubitant.

¶ Et verè gloriosi & à deo glorificati sunt, quorum longè latèque cum illustri laude clara notitia est. Venerandum quippe seculo nomē & meritis, & morte preciosa sibi comparuerunt. Proinde quis non gloriosos cōfiteatur eos qui vident deum, & quibus ostendit gloriam suam? Ex quo **2. Cor. 3.** persona Apost. ait: Nos autem reuelata facie gloriam dei mini specularantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu. Nam quum videbimus eum sicuti est, inquit Ioannes, scimus quia similes ei erimus. Nec mirū, quum iam nūc beati deo sint inhabitate pleni, & ita in dei similitudinem transformati, vt à se defecisse, & in eum quo ineffabiliter formantur trāsisse putentur. Quo modo ferrum totaliter ignitum in naturam ignis, & aquæ gutta infusa mero, in illius speciem & naturam transisse omnino videntur, & à se ac sua specie defecisse.

¶ Circa secundum dicitur:

In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum.

*Per duo se
homo disponit ad
salutem.
Prou. 17.*

¶ Hic notatur conueniens ad salutem in homine dispositio. Non enim sufficit homini ad salutem diuina præuentio, quòd videlicet deus hominem iustificandum præuenit in benedictionibus dulcedinis, nisi etiā & ipse cooperetur. Vnde per Salomonem dicitur: Hominis est animum preparare, & domini gubernare linguam. Et post pauca Cor hominis disponit viam suā, sed domini est dirigere gressus eius. Debet autem homo à deo sanctificandus animum preparare, per hoc præsertim quòd deo perfectè subiiciatur, tam quo ad intellectum, quàm quo ad affectum, quod utique per hæc duo fit, quæ sunt fides & lenitas. Fides enim deo subiicit intellectum, Lenitas autem voluntatem seu affectum. Accipitur autem hoc loco lenitas mansuetudine seu animi tractabilitate. Hinc enim per sapientem dictum est: Beneplacitum est deo fides & mansuetudo. Siquidè per hæc duo animum suum homo par-

Eccle. 1.

parat, ac sese totum subiectū reddit deo, vt in ipso secundum arbitrium suę bonitatis operetur. Cōtrā verò, & sine *Heb. 11.* fide impossibile est placere deo, & his qui mansuescere recusantes obdurauere corda, Deus in ira sua iurauit quod nō intrabunt in requiem suam. Exemplo est tam angelorum ruina, quā protoplastorū. Qui quoniā per obedientiam māsuescere & se deo subiicere noluerunt, in perditionem delapsi sunt. Hinc etiam in Euangelio veritas loquitur, dicens: Nō omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorum. Quod etiā ratione adstruitur: Quum enim ęterna beatitudo maius bonum sit omni quod vel sensu corporeo cognosci, vel humana possit ratione cōprehendi, dicēte Apostolo: Nec oculus vidit, nec *1. Cor. 2.* auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod preparauit deus iis qui diligunt illum: idcirco nisi se homo subiiciat quo ad intellectum credēdo assertioni diuinę de his rebus quę non valet intellectu comprehendere (fides enim est de his quę rationem humanā excedunt) ad bonū illud pertingere non meretur.

¶ Vnde quum interrogaretur à discipulis suis dominus, *Matt. 10* quis posset saluus fieri, respōdit: Apud homines impossibile est, omnia autē possibilia sunt deo. Et alio loco cui-dam ait: Si credis, omnia possibilia sunt credenti. *Mar. 9.*

¶ Circa tertium dicit:

Et elegit eum ex omni carne.

¶ Hic ponitur virtuosa per dei gratiam hominis saluandi & sancti vsque ad consummationē prouectio, vbi per ordinē sex dei gratuita dona describuntur. Quorum primū est, gratuita electio. Secundum est, diuinę legis eruditio. Tertium est, humanę mētis ad ea quę bona sunt inclinatio. Quartum est, pacis trāquillitas. Quintum est, iustitię stabilitas. Sextum est, perennis glorię segura fœlicitas.

¶ Circa primum, quod est gratuita dei electio, dicit: Elegit eū ex omni carne. Illa videlicet carne de qua ipse ait: *Ex omni carne à deo eligi.* Nō permanebit spiritus meus in homine in aternū, quia *Gene. 6.* caro est. Ideo elegit eum ex omni carne, ne periret ipse cum omni carne. Omnis quippe caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Fœnum autē hodie est, & cras *Esā. 40.* in clibanum (hoc est in gehennę incendium) mittitur. *Matt. 6.*

Hoc

- Pfal.* Hoc est fœnum tectorum in alto vanitatis nascēs, in arido figens radices, quod priusquam per mortem cuellatur, per defectum gratiæ cœlestis exaruit.
- Gene. 19.* ¶ Elegit etiam cum ex omni carne, id est, ex contagiosa carnalium hominū societate, ne & ipse simul vnā cum ipsis periret, sicut ad Loth in Sodomis habitantem ab angelis dictum est: Egrederere, ne & tu pereas in scelere ciuitatis huius. Ab omni denique rerum mundanarum & carnalium voluptatum amore peruerso, Deus iustum & sanctum suū exemit & elegit, quomodo egregij fructus plāta in deserto nata eligitur, atque loco cōcluso plantatur.
- Ioan. 15.* ita elegi, inquit, vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Nisi enim ab incōcessa carnis voluptate segregētur, sancti spiritus habitaculum effici nequaquam possunt. Scriptum quippe est: In maleuoli animam non introibit spiritus sapientiæ, nec habitabit in corpore subdito peccatis.
- ¶ Circa secundū, quod est diuinæ legis eruditio, & tertium, quod est humanæ mentis ad bonum inclinatio, dicitur:
- Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & disciplinæ.*
- Lex vitæ* ¶ Diuinæ legis eruditio notatur, quā dicitur: Et dedit illi quæ sit. legem vitæ & disciplinæ. Lex vitæ doctrina Christi est, sicut ipse ait: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Et rursus: Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei, & qui audierint, viuent. Et vnde Petrus ad Christum loquens ait: Domine verba vitæ æternæ habes, & quò ibimus, si videlicet à te discesserim? Et vnde de rursus per Sapientem dicitur: Lex domini fons vitæ & declinet à ruina mortis. Porro quoniam plerique quasi per gra animalia stimulo & virga egere noscuntur, idcirco ad legem vitæ etiam lex disciplinæ superadditur. Quibuslibet enim sola vexatio dat intellectum. Erudiet illum, inquit, in iudicio, deus suus docebit illum. Et vnde per Ieremiam dominus loquitur, dicens: Erudire Hierusalē, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertā. Et iterum: Per omne flagellū, inquit, erudieris. Et rursus de his qui nec per disciplinam resipiscunt, ait: Verterunt ad me terga & non facies, quum docerem eos & erudirem dilectulò & nolent audire vt acciperent disciplinam.
- Ierem. 6.*
- ibidem.*
- Iere. 32.*

¶ Sed quid eis comminetur sermo diuinus, aduerte. Ait enim: Quòd si nolueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoq; còtra vos aduersus incedam, & percutiã vos septies propter peccata vestra, inducãmq; super vos gladium vltorẽ fœderis mei. Itaque (prout sanctus suadet Apostolus) in disciplina perseverate, tanquã filiis vobis offert se deus. Omnis enim disciplina, & si in præsenti quidẽ videatur non esse gaudij, sed mœroris, postea tamẽ fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitię. Igitur non iræ dei, sed misericordiæ est, aberrantes à recto disciplinæ flagello in viam reuocare. Vnde cõfidentes iustos dixisse legimus: Non sine re peccatoribus ex sententia agere, sed statim iustã vltionem adhibere, magni beneficij indicium est.

¶ Porro mentis humanæ ad ea quæ bona & recta sunt inclinatio notatur, quum dicitur: Dedit illi cor ad præcepta. Donum hoc à deo petiit, qui ait: Inclina cor meũ in testimonia tua. Et vnde vir sanctus precatur, dicẽs: Da domine quod iubes, & iube quod vis. Et dominus ipse per Prophetam: Auferã, inquit, cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & faciã vt in præceptis meis ambuletis & operemini. Siquidem cor regis in manu domini, quocunq; voluerit inclinabit illud.

¶ Proinde quia magnus est cui deus dat cor ad præcepta, & quæ per legem vitæ & disciplinæ gubernat, rectè subiungitur: Et excelsum fecit illũ. Hinc enim ait vir secundũ cor dei, quem disciplina domini correxit in finem, Perfecit pedes meos tanquã ceruorũ, & super excelsa statuens me. Et vnde rursus per Esaiam dicitur: Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem. Qui proiicit auaritiã ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinẽ, & claudit oculos suos ne videat malũ. Iste in excelsis habitabit, munimẽta saxorum sublimitas eius. Panis ei datus est. Aquę eius fideles sunt. Regẽ in decore videbit, oculi eius cernent terrã de longe. Cor tuum meditabitur timorem domini.

¶ Circa quartũ, quã est pacis trãquillitas, cõsequẽter dicit: Statuit illi testamentum æternum.

¶ Hoc est testamentum pacis, quod morte sua nobis do-

D minus

Leui. 26.

Hebr. 12

2. Mac. 6

Cor ad præcepta.

Psal.

August.

Ezec. 36.

Prov. 21.

Magnũ

esse qui le

gi vitæ &

discipline

acquiescit

Psal.

Esa. 33.

¶ Sed

Ioan. 14. minus confirmavit. Pacem meam, inquiens, do vobis. Et
Psal. de alibi ait: Testamentum meum fidele ipsi. Testamentum hoc
Testamē- disposuit electis suis. Longè tamen est testamentum hoc
tum pacis quibusdam. Sed is cuius cor & voluntas recta est cum domi-

Psal. no ut ambulet in lege eius, veram habet pacem non modicum
 cum domino, sed etiam cum proximo & cum semetipso, iuxta
 quod ait Propheta: Pax multa diligentibus legem tuam.
 ¶ Circa quintum, quod est iustitiæ stabilitas, dicitur consue-

Ad hæc quenter. *Et circumcinxit eam zona iustitiæ.*
tria præ- ¶ Iustitia non incongruè zona appellatur. Nam sicut
cinctiv es- zona præcingit vel qui vult operari, vel qui ambulare, vel
se oportet qui pugnare debet: ita nimirum iustitiæ virtus necessaria est
 meritorie operanti, spiritualiter proficienti, & quasi ad
 promissam viventium terram proficiscenti, & contra hostes
 item antiquum, & cunctas huius mundi & carnis illece-

Iob. 29. bras virtualiter volenti depugnare. Iustitia induens sum, inquit
Psal. vir sanctus, & vestiui me sicut vestimento. Porro de
 homine iniusto & iniquo, quid sermo diuinus pronuntiat
 animaduerte. Induit, inquit, maledictionem sicut vestimen-
 tum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum
 in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, &
 sicut zona qua semper præcingitur.

¶ Circa sextum subiungitur:

Et induit eum dominus coronam gloriæ.

Psa. 29. ¶ De hac corona per Esaiam dicitur: Erit dominus exci-
 tatum corona gloriæ & sertum exultationis residuo populi
 sui. Et vnde rursus ex persona redemptoris nostri de
 seipso loquens idem Propheta ait: Spiritus domini super
 me, eod quod vinxerit me. Ad annuntiandum mansuetis mo-
 sit me, &c. vsque: Et darem eis coronam pro cinere, oleum
 gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Cur-
 runt amatores huius seculi & certant ut corruptibilem co-

1. Cor. 9. ronam accipiant, nos autem, inquit Apostolus, incorruptam
1. Pet. 5. Hinc etiam beatus Petrus ait: Quum apparuerit princeps
Coronavi- pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Sed
tae quali- ad hanc coronam non nisi per labores, tentationes, & cer-
ter obti- tamina peruenitur. Sicut beatus Iacobus ait: Beatus vir
netur. suffert temptationem, quoniam quum probatus fuerit, acci-
Iacob. 1. piet coronam vite quam repromisit deus diligentibus

& p
 qu
 lis
 ¶ S
 ne
 cer
 lun
 Ru
 in h
 pro
 pre
 me
 ris
 to i
 ne
 eni
 glor

I
 rar
 guli
 dito
 mor
 terr
 se no
 tutis
 aute
 non
 tes h
 Beth
 min
 & vi
 nou
 nem
 sunt

& perseverantibus in dilectione vsque ad mortem. Iuxta quod vnumquenque dominus admonet dicens: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Apos. 2.

¶ Si regni alicuius terreni & corruptibilis corona proponeretur labore & humana industria pmerēda, quāti sese certatim ingererēt, huius coronæ lucrificiēde gratia nullum laborem non subeuntes, nulla formidātes pericula? Rursus si mille aut eo amplius annorum vita mortalibus in hoc mundo quantumuis magnis laboribus obtinenda proponeretur, quā multi hanc desiderarent, quantoque pretio nō segniter hanc, si fieri posset, emerent? Quam tamen variis aduersitatibus & ærumnis plenā, & innumeris respersam amaritudinibus & tēdiis esse cōstat. Quanto igitur maiori studio ad illam coronā & regnū illud sine fine beatū cunctis est credentibus properandum? Nō enim sunt condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Simile.

Simile.

Roma. 8.

DE NATIVITATE DOMINI nostri Iesu Christi.

EXiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniversus orbis.

Luc. 2.

¶ Si mortali atque terreno regi subiectum sibi terrarum orbem describenti, & censum professionis à singulis exigenti obtemperatum est, quis non omnium conditoris dei, regis æterni & immortalis, iudicis viuorum & mortuorum auscultabit edicto? Quis se ab illo qui orbē terrarum pugillo cōtinet, descriptum dissimulabit? Quis se non huic subiectum profitebitur? Quis denique seruitutis censum illi non libens & promptus exoluet? Ibant autem omnes vt profiterentur, singuli in ciuitatem suam; nos autē ad cor nostrum singuli reuertentes, & relinquētes huius seculi ac carnis desideria, transeamus vsque ad Bethleem, & videamus hoc verbum quod factū est, & dominus ostendit nobis. Citat nos vox illa cœlestis: Venite & videte opera dei, quæ posuit prodigia super terram. Innoua signa, inquit Propheta, immuta mirabilia. Adeo nempe sunt cœlo pariter, & terræ miranda quæ facta sunt in illa his diebus, vt cœtera omnia ab initio creature

Luc. 2.

psal.

Eccle. 36

D ij mira-

mirabilia quātumlibet grādia atque stupenda, horum cō-
 paratione modica videatur. Is enim qui fecit omnia pro-
 pter nimiam charitatē suam qua dilexit nos, benignissimam
 indignatione sua propter nostrā restorationem & salutē
 Bernard. ecce factus est homo. Hinc (vt ait Bernardus) sonuit ve-
 latitiae in terra nostra, vox exultatiōis & salutis in taber-
 naculis peccatorū. Auditum est verbū bonum, verbū cō-
 solatorium, sermo iocunditate plenus, dignus omni acci-
 ptione. Audite cœli & auribus percipe terra, obstupefacta
 Esa. 1. & lauda vniuersitas creaturæ, sed tu magis o homo.

Iesus christi ¶ Iesus Christus filius dei nascitur in Bethleem Iuda
 stus filius Vos qui in puluere estis, expergiscimini & laudate. Ecce
 dei. dominus venit ad vos cum salute, venit cum vnguente

Vnctio, venit cum gloria. Neque enim sine salute Iesus, neq; sine
 & gloria vnctione Christus, nec sine gloria venit filius dei. Siqui-
 dem ipse est salus nostra, ipse vnctio, ipse gloria. Respirantes
 perditū, venit Iesus querere & saluum facere quod perie-

Luc. 19. rat. Morbidi conualescite, venit Christus qui contritus
 corde sanat vnctione misericordiae suae. Exultate quicun-
 que estis grandia concupiscentes, descendit ad vos filius

Iere. 17. dei, vt regni sui faciat cohæredes. Ita obsecro domine su-
 na me & sanabor, saluum me fac & saluus ero, quum per-
 pitiatū fueris omnibus iniquitatibus meis, sanaueris om-
 nnes infirmitates meas, repleueris in bonis desideria
 meum. Hæc tria sapiunt mihi quod audio nasci Iesum. Christus

Matt. 1. filium dei. Quare enim vocatum est nomen eius Ie-
 sus, nisi quia ipse saluum faciet populum suum à peccatis
 eorum? Aut quare Christus nominari voluit, nisi quia cō-

Esa. 10. putrescere faciet iugum à facie olei? Quare filius dei factus
 est homo, nisi vt homines faceret filios dei? Volūta-
 ti eius quis resistet? Iesus qui iustificat, quis est qui condē-
 net? Christus qui sanat, quis est qui vulneret? Filius dei qui
 exultat, quis est qui humiliet?

¶ Nascitur ergo Iesus. Gaudeat quisquis ille est quē pe-
 petuæ damnationis reum adiudicabat conscientia peccato-
 rum. Excedit enim pietas Iesu omnium criminum quā-
 titatē Nascitur Christus. Latetur quicumque vitiiis expo-
 gnabatur antiquis. Siquidē ante faciem vnctionis Christi
 nullus omnino stare poterit morbus animæ quātumlibet
 inueter

inueneratus. Nascitur fili⁹ dei. Exultet qui magna solet de
 siderare, quia magn⁹ remunerator aduenit. Hic est haeres,
 deuotè suscipiamus eum, sic enim & hereditas nostra erit. *Rom. 8.*
 Hæc Bernardus: Qui enim proprium filium dedit, quomo-
 do non omnia nobis simul cum illo donauit? Vnde & san-
 ctus Leo papa ad huiuscemodi lætitiã sanctam nos exhor-
 tans, ait: Saluator noster hodie natus est, gaudeam⁹. Neq;
 enim fas est locū esse tristitiæ, vbi natalis est vitæ. Quæ cō-
 sumpto mortalitatis timore ingerit nobis de pmissa æter-
 nitate lætitiã. Nemo ab huius alacritatis participatione
 secernitur, vna cūctis lætitiæ communis est ratio, quia do-
 minus noster Iesus Christus peccati mortisq; destructor
 sicut nullum à reatu liberum reperit, ita liberandis omni-
 bus venit. Exultet sanctus, quia appropinquat ad palmam:
 gaudeat peccator, quia inuitatur ad vitam. O mira summã
 que gratia. O grande spectaculum diuinæ dignationis. O
 magnæ pietatis sacramentum, quod in Bethlehem oculis
 nostræ fidei spectandum de sese deus exhibuit, edicto suo
 terrigenas quosque & filios hominū, diuites simul & pau-
 peres conuocans, vt transeuntes vsque Bethleem videant
 dei verbū per quod facta sunt omnia, quemadmodum ca-
 ro factum est & habitauit in nobis. *Ioan. 1.*

¶ Itaque admirabilem & amabilem filii dei natiuitatē se-
 cundum carnem, diuus Euangelista describens, tria circa
 hanc diligenter & piè contemplanda distinguit. Primū est
 tempus, quando scilicet nasci dignatus est. Secundum est,
 locus, vbi nat⁹ est. Tertiū est, modus, scilicet quo de matre
 virgine in huius vitæ lucem editus est. Primū notat à prin-
 cipio capituli. Secundum, ibi. Ascendit autem & Ioseph.
 Tertium, ibi: Factum est autem quum essent ibi:

¶ De Christi natiuitatis tempore.

¶ Nasciturus in carne dei filius, sicut parentes sibi quos
 voluit elegit, ita etiã tēpore quo voluit, imò quo ipse vnã
 cū patre & spiritu sancto à seculo disposuerat, & per ora
 prophetarum edixerat, mundum vt saluaret homo factus
 intrauit. Natus est autem tēpore maximæ seruitutis, tēpo-
 re latissimæ pacis, tempore descriptionis, & tempore in-
 crementi diurnæ lucis supra tenebras noctis.

¶ Tanta nanque sub seruitute genus hominum nascente
 D iij domino

*Christina
 natiuitatis
 tempus.*

*Nascitur
tēpore ser-
uitutis.*

*Ratio my-
stica.*

Luc. 11.

*Tob. 41.
Tob. 13. se-
cū dñi. lxx*

Ioan. 8.

*Nascitur
tempore
pacis.*

*Pacis mo-
derator
Augustus*

Esa. 2.

*Pacis au-
thor Chri-
stus.*

*Ephe. 2.
Luc. 10.*

domino tenebatur, quod ab vnus hominis iussione de-
scriberetur ad censum, nō modò per gentes, prouincias
regiones, ciuitates & loca, sed etiā per singula virorū ca-
pita vniuersus orbis, vt per hoc significaretur omnes ho-
mines sub peccati seruitute constructos, veniente in hunc
mundū Christo disruptis per ipsum vinculis peccatorū
diabolicæ seruitutis abiecto iugo in libertatē filiorū de-
fore vocandos. Sicut enim tunc omnibus hominibus ho-
mo vnus tēporaliter dominabatur, ita etiā tunc omnibus
hominibus princeps mundi huius (vtique fortis armata
atriū suum custodiēs) per peccati chirographū incūben-
principabatur, nec erat potestas sup terrā, quæ cōparari
aut resisteret ei. Nemo quippe mūdus à sordē, nec infans
cuius est vni^o diei vita super terrā. Opportunè ergo tūc
seruitutis tēpore humani generis sortem dei filius missus
ratus aduenit, libertatē à peccato offerens vniuersis. Ve-
de quū Judæis libertatē quā non habebāt procaciter asse-
rētibus, respōdisset: Oīs qui facit peccatū, seruus est pec-
cati, mox adiecit: Si fili^o vos liberauerit, verè liberi eritis.
¶ Secundò, venit in mundum tempore latissimæ pacis.
Quod enim maius regni quietissimi & pulcherrimi (qui-
tum ad homines) potuit esse pacis indicium, q̄ vna totius
orbem descriptione concludi, eodē cunctos longè late-
mundi fines cēsus nūmismate cōprehendi? Cuius auctori
& moderator Augustus, tanta iuxta fidem historiārum
annis circa tempus dominicę natiuitatis pace regnauit
tam externis quā ciuilibus bellis toto orbe sopitis, pro-
phetale vaticiniū ad literā videretur impleffe, quo dictū
est: Et cōstabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas
in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec
exercebuntur vltra ad prēliū, domus Iacob venite & am-
bulemus in lumine domini dei nostri.

¶ Voluit proinde non nisi tempore pacis nasci, ad ostē-
dendum quòd ipse cōciliaturus pacem inter deum & ho-
minem, inter hominē & hominem, Iudæum, scilicet ap-
gentilem, facturus erat vtraque vnum. Hinc enim cœli
ues ipso nato pacem hominibus adnunciāt, & ipse disci-
pulos suos in prædicationem missos, pro sanctæ saluatio-
nis munere pacem iubet offerre, quibus etiā transfiguratus
ex ho-

ex
dic
nic
ipl
¶ P
it,
ros
mi
do
ang
sic
ma
rita
dic
in r
¶ D
vt
uer
pre
nun
nis
ta
& i
¶ T
vni
cet
sub
cau
reg
qui
suo
for
fed
cep
gel
rit,
don
car
scip
pta

ex hoc mundo ad patrem, pacem quasi testamēto legauit, dicēs: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Denique iam rediuimus à mortuis ad discipulos suos clausis ipse ianuis ingressus, pacem nuntiauit.

¶ Proinde non nisi pacis tempore hac ratione nasci voluit, vt videlicet se pacem amare declararet. Vnde & beatos esse pacificos asseruit, quoniā filii dei vocabuntur, nimirū quodd similitudinē summi patris imitantur. Quomodo nanque de matre virgine natus virginatis gloriam & angelicum castimonix decus ostēdit sibi esse gratissimū, sic quoque pacatissimo seculi tēpore procreat^o, quia pacē magnopere quēreret atque amaret edocuit. Pacis etiā charitatisque sectatores quodd semper inuise dignaretur in dicauit. Vnde & ipse ait. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

¶ Denique propter hoc fortasse hanc pacē habere voluit, vt videlicet compressis à preliorum turbine gentibus vniuersis, prædicaturos orbi discipulos suos, quocumque propter verbum ire vellent, ab ingruentium feruore seditionum tremēda id temporis (vt ita dixerim) Romani nominis umbra protegeret, sicut ante prædixerat Esaias propheta, dicens: Erit in die illa, erit via de Ægypto in assyrios & intrabit Assyrius Ægyptum.

¶ Tertio prætereundum non est, tempore descriptionis vniuersi orbis in carne dominum apparuisse, quo videlicet tempore censum omnes soluendo, imperio Romano subiectos se esse profiterentur. Quod nimirum plures obcausas cōgruē factum est. Primo, quia imminēbat edictū regis Christi quo salutem conseruaretur vniuersis orbis, qui Augusti vocabulum perfectissimē complens (vt pote suos & augescere desyderans, & ipse augere sufficiens) cēforibus suæ professionis non ablatione pecunię subiectos sed fidei oblatione signare, & quodāmodo describere præcepit dicens: Euntes in mundū vniuersum, prædicate euāgelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Vnde etiā ait beatus Gregorius: Nascituro domino mūdus describitur, quia nimirū ille apparebat in carne, qui electos suos adscriberet in aternitate. Hic & discipulis suis ipse domin^o ait: Gaudete, quia noīa vestra scripta sunt in celis. Secūdo, quia nō est natio in qua non ali-

Ioan. 14.

Ioan. 20.

& Lu. vi.

Pacis a-

mator

Christus.

Mat. 5.

Christū

pacificū

semper ad

essē.

Mat. 13.

Esai. 19.

Nascitur

Christus

tēpore de

scriptio-

nis

Descripti

o ad fidē.

Mar. vi.

Gregori^o

Descripti

o ad gla-

riam.

Luc. 10.

Descriptio ad pœnitentiã. Exec. 6. quis se Christo per fidem confiteatur esse subiectũ. Quis tamen & hi qui esse à Christo alieni videntur, illi velint nolint subiciantur, qui reget eos in virga ferrea, & tunc quam vas figuli confringet eos. Describuntur nihilominus ad censum pœnitentiæ domino persolvendum qui super admisis propriis & alienis gementes & flentes, mysticè Thau fontibus inscriptum recipiunt.

Sequitur:

Hæc descriptio prima facta est à præside syriæ Cyrino. Erant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem.

Iosephus. Cyrinus. Hunc Cyrii temporibus habitum censum etiam Iosephus illustris Hebræorum historiographus in 18. antiquitatum libro hoc modo memorat. Cyrinus autem vnus ex contentu curiæ Romanæ per singulos magistratus vsque ad gradum consularis ascendens, per cætera que honorabilis, cum paucis Syriam venit à Cæsare ius dante gentibus missus, & cæsor simul patrimoniorum futurus. Itaque quod ait: Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino, significat hanc descriptionem vel primam esse earum quæ totum orbem cõcluserint, quia pleræque iam partes terrarum sæpe leguntur fuisse descriptæ, & certe primò tunc cœpisse, quando Cyrinus in Syriam missus.

professio mystica Nota. Mat. 11. Quomodo autem tunc imperante Augusto & Cyrii præside ibant omnes vt censum profiterentur singuli in suam ciuitatem, ita & nunc imperate per ecclesiæ fides & doctores, imò suadete & præmia pollicente Christo, eamus omnes, nullus excipiat a censu iustitiæ. Veniamus ad eum qui laboramus & onerati sumus, & ipse reficiet nos. Tollamus iugum eius super nos, & discamus ab eo mites esse & humiles corde & inueniemus requiem animabus nostris. Hæc est enim nostra ciuitas & patria, amaram, scilicet cœlestis requies & beata, ad quam in seculi nascentis exordio à Christo deo in primis parentibus creati, ad quam ab homine Christo sumus in fine seculi recreati. Ad quam nimirum ciuitatem pacis & quietis & deuota regi nostro munera ferre, est crescentibus quotidianæ virtutis ac fidei profectibus quæ sint supernæ iucundæ gaudia speculari, pro his adipiscendis prospera simul & aduersa contemnere, & horum gratia mundatos nosmet ipsos.

ipso
auro
¶ Q
beati
enim
dit
bus
Cæs
Cæs
Bed
bat,
ptio
quæ
quod
deo
amo
pten
¶ Q
carn
ctur
reci
nis
nem
tiæ
paul
hum
mor
infe
nati
lis v
A su
sum
iude
domo
bi vs
¶ El
inge

ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, pretiosius auro deo munus offerre.

¶ Quod autem vel quale nummismatis genus offerre debeamus, euangelio docente cognoscimus. Tentantibus enim dominū de tributo Cæsari reddendo, ipse ait: Ostendite mihi nummisma census. Et illis denarium offerentibus ait: Cuius est imago hæc & superscriptio, Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Vbi primò notandum, vt ait Beda, q̄ Cæsari denarius soluebatur qui decē nūmos habebat, quod etiā nomine prodit, imagine eius & superscriptione titulatus. Deinde inferendū, quia iubente domino quæ Cæsaris Cæsari, & quæ dei deo esse reddenda, nobis quoque soleret insinuari, in similitudinē denarii regalis, deo regi nostro decalogum legis esse offerendum: hoc est amorem dei & proximi (quorum vnus tribus præceptis, seprem alius completur) integro esse corde seruandum.

¶ Quartò considerandum, quòd eo tempore Christus incarnate natus apparuit, quando post hyemale solstitium nocturnæ tenebræ diminutionem, & lucis incrementa dies recipit, quando videlicet sol ipse ab infimo suæ descensionis signo ascendere rursus incipit vnde descēderat. Christi nempe nascente rarefcentibus infidelitatis & ignorantix quasi noctis tenebris, verum lumen in tenebris lucēs, paulatim cœpit augescere, & ipse sol iustitiæ Christus qui humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortē, mortem autē crucis, eò descendēs per humilitatem, quòd inferius non potuit, à tempore suæ sacra secundum carnē natiuitatis, eò rursus vnde descenderat prius, per mortalis vitæ cursum cœpit ascendere. Iuxta quod ait Propheta: A summo cœlo egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius.

¶ Sequitur de Christi natiuitatis loco.

Ascendit autem & Ioseph à Galilea de ciuitate Nazareth in Iudeam ciuitatem David quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo & familia David, vt profisteretur cum Maria desponsata sibi vxore pregnante.

¶ Eleganter euangelista veracis historiographi in morem ingentem aliquem emptionis cōtractum narrare parātis, qui ad

*Nummis
ma deo p
nos offerē
dum.*

*Mat. 23.
Beda.*

*Nascitur
Christus
tēpore in
cvenēti
diurnæ
lucis
Phil. 2*

Psal.

*Miracū à
gelistadili
gētia na-
riuitatē
christi de
scribētis.*

qui ad iudicium veritatis curat explicare circumstantias, videlicet ad distinctionem temporis, consulis nomen sub quo emptio cōtracta est, locū, & testes, nimirum beatus e uangelista describēs Christi natiuitatem (quę nimirū quædam emptio seu contractus fuit nostrę videlicet redemptionis) in signum veritatis hęc omnia expressit, vocabulum, scilicet imperatoris, nomen præsidis, summam census & locum, id est Bethlehem, causam etiam quare illuc venerat Ioseph & Maria, scilicet vt profiterentur.

Esa. 8.

Esa. 44.

¶ Porro rei huiusce testes sunt Apostoli, qui euangelium signauerunt, id est, signis & miraculis confirmauerunt. Liga, inquit Esaias, testimoniū, signa legē in discipulis meis, Quib' iterum per eūdem prophetam dicit: Nolite timere neque conturbemini, vos estis testes mei. Nunquid est deus absque me? Porro superna dispensatione professio census ita descripta est, vt ad suam quisque patriam ire iuberetur, non tantū propter mysterium quod supra positum est, verum etiam vt dominus alibi conceptus, alibi natus insidiatis sibi Herodis furorem facilius euaderet. Qui si Bethlehemiticis parentibus nasceretur, fugam eorum subitam callidus scrutator potuisset habere suspectam, præsertim quum eos de stirpe Dauid vnde venturus erat Christus, cuncti genus ducere nossent.

Tripliciter

Christum
Dauid
præfigur
rat.

1. Re. 19.

Christi na
scētis hu
militas.

¶ Cui dauid ipse suo & nomine, & patria, & officio testimonium perhibet. Dauid quippe manu fortis, siue vultu desiderabilis interpretatur. Nomen quidem inde mutuās quod gigātem fortiter strauerit, & pulcher aspectu deco- raque facie fuerit. Sed altiori mysterio illum de sua domo ac familia nasciturū præfigurans, qui singulariter mundi principem debellaret, qui est speciosus forma præ filiis hominum; qui & ipse in Bethlehem natus, & intellectuāliū pastor est ouium: hoc est, simplicium rector animarum. ¶ Cuius non prætereūter tanta tamque benigna est humilitas intuenda, quod non solum incarnari pro nobis, sed & eo tempore (vt dictum est) dignatus sit incarnari, quo mox nato adscriberetur sensus Cæsaris, atque ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur. Quam etiam nobis humilitatis semitam (neque enim condiciones venit mutare, sed animos) Apostolus Petrus insinuat, dicens:

dicens : Subditi estote omni humanæ creaturæ propter deum, siue regi, quasi precellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis. Sed & coapostolus eius Paulus : Reddite, inquit, omnibus debita : cui tributum, tributum : cui vectigal, vectigal : cui timorem, timorem : cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.

1. Pet. 2.

Rom. 15.

In Bethle

hem cur

nascitur.

¶ Secundò, hanc etiam ob causam in Bethleem natus est, vt se Christum esse probaret de semine Dauid, cui facta fuerat à deo de Christo repromissio, qui nimirum & ipse Bethlehemites fuit, vt ex ipso natiuitatis Christi loco, promissio illi facta impleta ostenderetur, quod etiam euangelista designat dicens de Ioseph, eo quod esset de domo & familia Dauid. In quo etiam vatinium Michææ prophetæ completum est, quo ait: Et tu Bethlehem Effrata, paruula es in milibus Iuda. Ex te enim egredietur dux qui sit dominator in Israël, egressus eius ab initio à diebus æternitatis.

¶ Tertio, propter nominis interpretati significationem. Bethlehem quippe domus panis interpretatur. Ille nempe natus est qui de seipso loquens ait: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Bene ergo locus in quo dominus nascitur domus panis ante vocatus est, quia futurum erat vt ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate reficeret.

Ioan. 6.

¶ Quarto vt sanctam nobis paupertatem & humilitatem commendaret, ne nobis habitacula superba quæramus in huius vitæ incolatu, vbi non habemus manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, quum simus hic aduenæ & peregrini. Ecce enim Bethlehẽ quæ parua est in milibus Iuda natiuitati suæ rex cælorum ex omnibus vrbibus elegit, vt nasceretur in ea. Nec omnino quærere est vtrum à Bethlehem possit aliquid boni esse. Sanè quod ad nos spectat (vt beatus Bernardus ait) discimus etiam ex hoc quemadmodum suscipi velit, qui in Bethlehem voluit nasci. Errat enim qui forsan ei sublimia quærenda arbitretur esse palatia, vbi cum gloria rex gloriæ suscipiatur. Sed non propter hoc à regalibus illis sedibus ipse venit, in cuius sinistra diuitiæ & gloria, in dextera longiturnitas vitæ. Horum

Heb. 13.

Bernar.

Prou. 3.

omnium

omnium affluentia in cælo suppetebat, sed paupertas nõ inueniebatur in eis. Porrò in terris abundabat & superabundabat hæc species, & nesciebat homo pretium eius. Hanc itaque dei filius concupiscens, descendit vt eam eligeret sibi, & nobis quoque sua æstimatione faceret pretiosam. Hinc etiam beatus Hieronymus ad Marcellam scribens, ait:

Hieron.

*Bethlehẽ
commẽda
tur.*

¶ Quo sermone, qua voce speluncam tibi saluatoris exponam, & illud præsepe in quo infantulus vagiit? Silencio magis quàm infimo sermone honorandum est. Vbi sunt late porticus & aurata laquearia? vbi domus damnatorum pœnis & miserorum labore vestita? vbi instar palatii extructa basilicæ, vt vile corpusculum hominis prætio sius inambulet, & quasi mundo quicquam possit esse ornatus, testa sua magis velit aspicere quàm cælum? Ecce in Bethlehem in hoc paruo terræ foramine cælorum conditor natus est. Hic inuolutus pannis, hic visus à pastoribus, hic demonstratus à stella, hic adoratus à Magis. Certè quò diues esset, propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus.

2. Cor. 8.

*Indiuites
impios.*

¶ Quid huic diuiti & pauperi, sublimi & humili mundum iudicanti respondebunt diuites impii, mollibus vestiti pel libus, pretiosis ornati vestibus, inuoluti lintheis, quo non modò Christi paupertatem spreuerunt, sed etiam salubre consilium eius, videlicet facere sibi amicos de mammona iniquitatis, sed insuper hunc (quod impiũ nimis est) in suis pauperibus seminudis quos opprimunt, fascia spoliare nõ timuerunt? Christus sanè qui non fallitur, paupertatem & humilitatẽ (stulta scilicet huius mundi) elegit, quum tamẽ ipse olim promissus sit paruulus sciens reprobare malum & eligere bonum. Ergo malum diuitiæ, malum pompa huius seculi, & voluptas carnis, bonũ verò paupertas, humilitas, & carnis afflictio est.

*Mira
Christi
David cõ
formi: 45.*

¶ Hac insuper de causa natiuitati suæ Christus Bethlehem elegit, vt sicut ipsius secundum carnem pater David in Bethlehem natus est, & Ierusalem elegit, vt in ea constitueret regni sedem, & dei templum ædificaret, vt esset ciuitas sacerdotalis simul & regia: sic etiam Christus conueniẽter elegit Bethlehem natiuitati, Hierosolymam passioni

Sacerdo-

Sacerdotium enim ipsius in passione, & regnū in resurrectione cœpit exordium. Totam nihilominus inanē hominum gloriam confutavit (vt dictum est) qui in superbiam hinc eleuari solent, q̄ ex qualibet illustri atque potenti ciuitate ducant originem. Econtrariō Christus. Nam ex ignobili ciuitate nasci voluit, ex nobili verō atq; frequentī, opprobrium pati, & cum iniquis deputatus mori.

¶ Sanē maximam ciuitatem Romam cōsultō suā natiuitati reprobam habuit, ne orbis terrarum mutatio potētīe ciuium deputeretur. Sed vt diuinitas agnosceretur orbem transformasse terrarum, pauperculam elegit matrem, patriam pauperiorem. Elegit enim infirma mundi, vt fortia confundat, & ignobilia mundi & cōtemptibilia elegit, & ea quę non sunt, vt ea quę sunt destrueret, vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius.

¶ Verū quō suā magis cōmendaret potestatem in ipsa Roma, quā tum caput orbis erat, sedem suā & vicarium in signum perfectę victorię constituit, vt exinde per vniuersum mundum fides deriuaretur, secundū Esaię vaticinium quo ait: Ciuitatem sublimem humiliabit, conculcabit eam pes pauperis, id est, Christi, gressus egenorum, videlicet Petri & Pauli apostolorum eius.

HOMILIA ALTERA DE Christi natiuitatis modo.

Factum est autem quum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involuit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.

¶ Postquam Euangelista tempus & locum dominicę natiuitatis designauit, hęc cōsequenter describit modum, dicens: quōd quum essent ibi, scilicet in Bethleem, edicto Casaris vrgente, (famulabatur enim extunc prouidētīe diuinę imperium Romanum, vt prophetia de loco natiuitatis Christi impleretur) impleti sunt dies Marię vt pareret. Aduenerat quippe plenitudo temporis quam diuini cōsilij inscrutabilis altitudo disposuit, vt mitteret deus filium suum factum ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub lege erāt redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

Sol Christus.
Aurora
Maria.

remus. Impleti itaque sunt dies cōceptus virginalis, vt fo-
le iustitiæ Christo post longam ignorantix & peccati no-
ctem ex virgine matre (quasi lucida aurora) prodeūte, ve-
ritatis & iustitiæ dies mundo fœliciter oriretur. Peperit,
inquit, filium suum primogenitum.

*Mariæ si-
ne dolore
partus.*

¶ Vbi diuus Euangelista, primò notat parientis fœlicita-
tem, quum dicit peperit, & nō ait parturit. Parturire enim
cum dolore parere est, & partus angustias iam sentire. Pe-
perit enim sine dolore, quem sine corruptione virgo con-
cepit. Et hoc est quod quasi præteritū Esaias prophetauit,
Esa. 66.

partus eius, (id est dolores partus sentiret) peperit mascu-
lum. Quis vnquam audiuit tale, & quis vidit huic simile!
In aliis omnibus parturitiō partū præuenit, sed in matre
domini partus præuenit omnem parturitionis passionē,
imò cum latitia dominum peperit.

*Opinio re-
proba.*

¶ Nec tandem propter hoc quòd dominus clauso virginis
exiit utero, putādum est eum (sicut quidā suspicati sunt)
vel tunc subtilitatis dotem, aut quum super aquas siccis
pedibus ambulauit, dotem agilitatis assumpsisse. Nam om-
nia ista miraculosè diuina virtute facta sunt. Ait enim
August.

B. August. super Ioannē, Moli corporis vbi diuinitas erat,
ostia clausa nō obtiterunt. Ille quippe nō eis apertis in-
trare potuit, quo nascēte virginitas matris inuiolata per-
mansit. Quòd si quis dicat, Transire per ostia clausa non
conuenit corpori vero. Respondemus quòd sui corporis
veritatem ita voluit dominus demonstrare, quòd etiam si-
mul eius diuinitas declararetur. Permiscuit enim ima-
summis. Vnde vt corpus suum verum corpus esse proba-
retur, nascitur ex fœmina, sed vt eius diuinitas innotesce-
ret, nascitur ex virgine. Talis quippe decet partus deum.
Vnde pius versificator cecinit dicens:

Sedulius.

Iámque nouem lapsis decimi de limine mensis
Fulgebat sacrata dies cum virgine fœta,
Promissum compleuit opus, verbum caro factum
In nobis habitare volens, tunc maximus infans,
Intemerata sui conseruans viscera templi,
Illæsum vacauit iter, pro virgine testis
Partus adest, clausa ingrediens & clausa relinquens.

¶ Secundo,

¶ Secundò notat Euāgelista parientis veram maternitatem quum dicit, filium. Nō enim filius dicitur nisi qui habet matrem, nec rursus mater est aliqua, nisi propter prolem. Et hæc quidem maternitas Mariæ secundum duplicem quam habuit ab ea Christus natiuitatem attenditur.

Mariæ vera maternitas.

Vna est in vtero, de qua per angelum ad Ioseph dicitur: Quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Altera est ex vtero, de qua ibidem subiūgitur: Pariet autē filium. Quidni virgo beata filij sui domini nostri vera mater & sit & dicatur, quum ad ipsius generationem quicquid ceteræ matres ad suorum generationem ministrant filiorum & ipsa ministraverit? Sicut enim hunc vero lacte suo paruulum abluit, ita & de semine suo spiritus sancti virtute conceptum generavit. Nec audiendi sunt (quorū nō eget deus mendacio) qui Christum non de semine virginis, sed de sanguine cordis eius sibi corpus assumpsisse mentiuntur.

Matt. 1. Ratio vere maternitatis in Maria.

Nō enim esset verus Abrahæ, aut David: imò nec virginis filius, si non ex humano semine generaretur. Sed horum deliramenta euāgelico simul & apostolico testimonio cōfutantur. Ait enim ad eam angelus: Ecce cōcipies in vtero, nequaquā in corde, vel è corde, & paries filium. Et apostolus dicit eum factū esse hominē ex semine David secundum carnem. Si enim vt isti delirant non ex naturali virginis semine, sed ex sanguine scissi, vel aperti cordis eius procreatus est Christus, nō magis Maria mater eius est, quàm Adam pater Euæ, nec rursus Christus Mariæ filius magis est, quàm Adæ filia fuerit Eua, quorū vtrumque quàm sit absurdum quis non videat?

Erronea opinio cōfutatur.

Luc. 1.

Roma. 1.

¶ Tertio notat Euāgelista partus virginei proprietatem, quum dicit: suum, quod est pronomē possessiuum, & proprietatem designat, nullius quippe vnquam matri partus adeò suus & proprius fuit, vt Christus dominus noster fuit suæ matris. Cæteri quippe omnes partim è patris, & partim ex matris substātia procreantur, iste verò secundū corporis sui substāciam totus fuit ex virgine matre. Totus ergo & verè suus filius Christus est. Nec fuit vnquam vlla fæminarū, quæ equè iusta & forti ratiōe filij sui mater fuerit appellata, sicut filij sui Christi dñi nostri vera & est & vocatur mater virgo Maria. Hinc etiā colligim⁹ simi-

Virginis part⁹ in diuisa proprietate.

Homo christus tot⁹ è matre.

limum

*Christus
matri si-
millimus.
Sedulius.* limum specie suæ matri hominem Christum præ filiis ho-
minum speciosum fuisse. Vnde etiam is, qui supra pius a-
que euangelicus Vates, ait:

Quæ noua lux mundo, quæ toto gratia cælo?
Quis fuit ille nitor Mariæ quum Christus ab aluo
Processit splendore nouo, velut ipse decoro
Sponsus ouans thalamo, forma speciosus amœna
Præ natis hominum, cuius radiante figura,
Blandior in labris diffusa est gratia pulchris?

*Scriptu-
ræ sanctæ
in laqueo
peccatori
bus.* ¶ Quare notat Euangelista virginæ partus primogeni-
turæ dignitatem, quum dicit primogenitum. Pluit super
peccatores laqueos ait spiritus sanctus in psalmo, statimque
subiungit: ignis sulphur, & spiritus procellarum pars cala-
cis eorum. Et est sensus: Dominus cuius palpebræ interro-
gant, id est, probat filios hominum, taliter suam condidit
scripturam, per quam illaqueentur peccatores, qui diligen-
do iniquitatem, oderunt animam suam. Quorum curiosi-
tas velut ignis, quorum expositio qua scripturas deprauat,
velut sulphur. Quorum verbositas disputando, velut spi-
ritus est procellarum. Et ista omnia in presenti sunt pars
calicis eorum, alia verò pars seruatur eis in futurum. Ex his

*Heluidi^o
impurus
vt desipit* fuit impurus Heluidius. Illum enim (quoniam erat pecca-
tor & iniquitatem diligebat) hoc dictum Euangelistæ il-
laqueauit, vt diceret primogenitum non posse dici, nisi eum
qui habeat fratres, sicut vnigenitus ille vocatur, qui par-
tibus solus est filius, & illos qui in euangelio memorantur

Ioan. 7.

*Duplici
ratione di-
ci primo-
genitum.* fratres domini, genitos fuisse ex matre domini & Ioseph,
post generationem Iesu Christi, procaci & heretica lingua
cõtendit, quasi nequeat primogenitus dici, nisi qui habeat
fratres, sicut nec vnigenitus, nisi qui caret fratribus, appella-
ri. Sed & testimoniũ legis & aperta ratio declarat omnes
vnigenitos etiam primogenitos, non autem omnes primo-
genitos vnigenitos posse vocari. Hoc est, Non solum esse pri-
mogenitum post quem alij, sed omnem ante quem nullus
*Exod. 13.
& Num. 8* ex eodem ventre natus est. Omne etenim masculinum quod
aperit vuluam, sanctum domino vocari præcipitur, siue fra-
tres sequantur, siue non sequantur, quod primum de vulu
nascitur primogeniti iure est consecrandum.

¶ Altiori tamen ratione dei filius in carne apparens, &
iura

iuxta diuinitatis excellētiā vnigenitus à patre, & iuxta fraternā societate primogenitus est omnis creaturæ. De hac dicit Apostolus: Nam quos præsciuit hos & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. De illa autē: Et vidimus gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti à patre. Est ergo vnigenitus in substantia deitatis, primogenitus in susceptione nostrę humanitatis. Primogenitus in gratia, vnigenitus in natura. Inde est quod frater noster nuncupatur & dicitur frater, quia primogenitus, dominus quia vnigenitus est. Itaque Maria peperit filium suum primogenitum, non quod post ipsum peperit secundum, sed quia ante ipsum pepererat nullum.

¶ Quintò, notat parientis sedulitatē, quā subdit in litera,
Et pannis eum inuoluit.

¶ Itaque (vt beatus Hieronymus aduersus Heluidiū scribens ait) nulla ibi obstetrix fuit, nulla muliercularum sedulitas intercessit. Et mater & obstetrix fuit. Pannis, inquit, eum inuoluit. Quæ enim alia dei filiū iam recens è se natum tanquam sponsam de thalamo suo procedētem cōtingere digna, quā ipsa, quā vnā ex omnibus ab æterno sibi delegit, vt & ex ea humanā carnē sumeret, & illa ei suis obsequiis deseruiret? Ad hoc enim ipsa sese obtulerat, dicēs: Ecce ancilla domini. Pannis, inquit, eum inuoluit. Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Qui enim maior est omni laude, paruulus natus est nobis, vt nos viri possimus esse perfecti.

¶ Qui totum mundum vario vestit ornatu, pannis vilibus inuoluitur, vt nos stolam primam recipereamus. Per quem omnia facta sunt, manus pedesque fasciis astringitur, vt nostrę manus ad opus bonum exercitæ, nostri sint pedes in viam pacis directi. Hinc idem qui supra pius poëta decantat:

O facilis pietas ne nos seruile teneret,
Peccato dominante ingum, seruilia summus
Membra tulit dominus, primaque ab origine mundi
Omnia qui propriis vestit nascencia domis,
Obsitus exiguis habuit velamina pannis.
Quémque procellosi non mobilis vnda profundi,

E Terra.

*Christus vt
vnigenitus
& primo
genitus.
Ioan. 1.
Coloss. 1.
Roma. 8.
Ioan. 1.*

*Virgini
parienti
obstetrici
non adfuit
se.*

*Luc. 1.
Veda.*

*Mira christi
pannis
inuoluti
humilitas*

Sedulius.

Terrarum non omne solum, spatiosaque lati
Non capit aula poli, puerili in corpore plenus
Mansit & angusto deus in præsepe quicuit.

*Virginæ
partus lo-
calitas.*

*cur in
præsepio
christus
reclina-
tur.*

August.

*Adhorta-
tio pia.*

Psal.

Mat. 20.

*Quid offe-
ramus na-
to pro no-
bis chri-
sto.*

Matt. 9.

¶ Sextò, notat Euangelista virginæ partus situationem, quum subdit, dicens:

Et reclinauit eum in præsepio.

¶ Stabulum ergo elegit & præsepe, utique domum luteâ & diuersorium iumentorû, ut hunc esse scias, qui de stercore erigit pauperem, & saluos facit homines & iumeta. Ergo ne cui cælum sedes est, duri præsepis angustia cõnetur, ut nos per cœlestis regni gaudia dilateret? Qui panis est angelorum in præsepio reclinatur, ut nos quasi sancti animalia carnis suæ reficiat alimẽto. Adoratus est in præsepio (ait vir sanctus) cibaria mäsuetorû. Quia enim homo quum in honore esset nõ intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis, ideo cõ-

filius factus est fœnũ, iumentorum scilicet rationalium pabulum, & hac ratione in præsepio collocatus. Omnis enim caro fœnũ. Cognoscat ergo iam bos Christum possessorẽ suum, & asinus præsepe domini sui, id est, sacri altaris mäsam, & sumat inde pabulum vitæ. Curre citò domesticiũ dei animal, anima fidelis, ingredi stabulum illud, vagientem infantem cõfidenter alloquere, & dic: O rex regum & vniuersæ cõditor creaturæ, visne simul tecum matre ad meã recipiam domum, vis ut aureã fasciam ad te deferam, vis ornamenta varia & preciosa tibi tradam, vis ut famulos, & ancillarum ad obsequendum turbã adducam, vis ut matri quæ te peperit preparẽ delicata? Statim audies respondentem: Non propter hæc veni. Meum est enim orbis terræ & plenitudo ei⁹. Nõ veni ministrare, sed ministrare. Sed si placere mihi desyderas, largire mihi peccata tua vniuersa, offer cordis cõpunctione, da mihi lachrymas, da perfectã à peccatis ad pœnitentiã cõuersionem. Ad hoc enim descendi de cœlo, ut in corpore meo tollã peccata mundi. In toto corde tuo reuertere ad me, & sanabo atque saluabo te. Nõ enim veni vocare iustos, sed peccatores.

¶ Septimò, notat Euangelista tam matris parientis quàm nascentis domini egeitatem, consequenter dicens:

Quia non erat ei locus in diuerforio.

¶ Certum est iis qui latini sermonis ignari nō sunt, diuerforium domum esse ad quā hospitādi gratia à via quis diuertit, eosque palàm errare qui hoc loco diuerforium p̄ alio nescio quo loco tectum quidē, sed parietes & claustra nō habēte, per errorē accipiunt. Causam enim quare virgo mater partū suum in præsepio reclinauit, assignans Euāgelista dicit: Et reclinauit eum in præsepio, quia nō erat ei locus in diuerforio, Multi quippe in Bethlem tūc causa professionis cōuenerant, qui quum diuerforia cuncta occupassent, nullū locum in diuerforio sacre virgini, dei filiū & verum gentis atque loci regem mox pariturae, reliquerant. In propria venit Dauidici hæres regni, & sui eum nō receperunt. Ad stabulum ergo necesse erat diuertere. Vbi caruit dei mater lecto quo decūberet, & ideo dicit quòd nō erat ei locus in diuerforio, id est, hospitio cōducto. Caruit & cuna vbi partū suum collocaret, & ideo reclinauit ipsum in præsepio. Sed contra duplicem hanc egestatem duplex solatium diuinitus sibi cōcessum accepit. Quæ enim p̄ seipsa lecto carebat, peperit sine dolore. Et quæ pro filio cunabula nō habebat, filiū virgo peperit, qui tamen primā vocem similem omnibus plorās emitteret vt veram se probaret assumpsisse humanitatē: nihilominus tamē sine cuna seruari potuit, quum esset ipse dei virtus & sapiētia, qui regit omnia fortiter, & disponit suauiter vniuersa. O spectaculū cælo & terræ admirandum. Qui ad dexterā patris sedet, in diuerforio locum non habet, vt nobis in domo patris sui multas præpararet māsiones. Quāuis hoc quòd non in parentum domo, sed in via nascitur, per significationē altius intelligi possit. Ipse nāq; ait: Ego sum via, veritas & vita. Qui enim per diuinitatis essentiā veritas & vita permanet, per incarnationis mysterium via factus est, qua nos ad patriā vbi veritate & vita fruemur, adduceret.

DE SACRATISSIMAE

natiuitatis Christi manifestatione.

HOMILIA TERTIA.

E ij

Ej

Luc. 2.

E*T pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.*

¶ Ab hoc loco in consequentibus circa manifestationē natiuitatis Christi tria describit diuus Euangelista. Primum est. Ad huius sacratissimæ natiuitatis agnitionē, pastorum electio. Secundum est, de eadē natiuitate pastorum per angelos instructio. Tertium est, ad saluatorē natum pastorum pietas & deuotio. Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Et ecce angelus domini. Tertium, ibi: Et factum est vt discer.

*cur primū
pasto-
rib' Chri-
sti natiui-
tas immo-
tuit.*

¶ Circa primū dicit: Et pastores erant in regione eadem, continuans se ad præcedentia. Nimirū mox natus voluit agnosci, qui dignatus est pro omnibus nasci. Neq; enim sol ortus claritatis suæ lumen abscondit, sed suo mox splendore conspicuus noctem passis, innotescit. Non ab re autem natiuitatem suam in carne, pastoribus dominus primum voluit esse manifestam, quin plures ob causas.

Mich. 4.

¶ Primò quia Micheæ propheta vaticinio sic fuerat prænunciatum, ait enim post multa quæ de tempore aduentus Christi præmiserat.

Beda.

¶ Et tu turris gregis nebulosa, vsq; ad te veniet, & veniet potestas prima, regnū filia Hierusalē. Turris quippe gregis quæ Hebraicè turris Ader vocatur (vt ait Beda) mille circiter passibus à Bethleem ad Orientem distat, vbi Rachel mortua & sepulta fuisse dicitur.

Ambros.

¶ Secundò, vt illis tanquam simplicibus & puris, fides maior adhiberetur, qui nec noua cōfingere, nec audita sciret immutare. Nulli ergo, vt ait Ambrosius, mediocre fides videatur exemplum, non vilis persona pastorum. Nā quod vilior ad prudentiā, eò preciosior ad fidem. Non enim sapientes, sed simplices qui facere audita nescirent dominum sui præcones elegit, non rhetores, sed piscatores ad euangelizandum destinauit. In quo etiā superbiam eorum qui sapientes sunt in oculis suis dei filius confutauit, sicut ipse ait: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudētib; & reuelasti ea paruulis. Non ergo legisperitis aut pharisæis Christi natiuitatem cœlestis angelus nunciauit, sed synceris & humilibus gregum pastoribus, qui patrum antiquorum simplicitatem

citatem conuersatione consimili imitabantur.

¶ In veteri nanque testamento, vt ait Beda, perspicuos quosque suæ dispensationis nuncios pastores dominus ordinauit. Protomartyr Abel, qui innocuâ pastoralis officij conuersationem proprio sanguine dedicauit (cuiusque in figurâ dominicæ passionis sanguis clamat de terra) quasi doctissimus ac primus opilionum, primitias gregū suorū domino deuotus offerebat. Abraham pater fidei nostræ qui exultauit vt videret diem Christi, & vidit & gauisus est, non auri metalla quibus suo cultui ornamenta conquireret, sed aquarū fontes quibus pecora potaret in terræ venis fodiendo quæsisse describitur. Iacob duodecim tribuum pater, bis denis annis in pascēdis pecoribus astu urgebatur & gelu. Legislator Moyses & ipse pastor ouium, inter pascua deserti dominum videre & alloqui, atque in virga pastoralis signa facere, ac populum dei liberare promeruit. Ipse Dauid, cuius dominus noster vocari & esse dignatus est filius, arietē sui patris de manu vrsi vel leonis eripiens, ostēdit eum de sua stirpe & ciuitate nasciturum, cui similis non est, eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum. Et ideo non est paruipendenda pastorum attestatio, qui etiā tunc vigilare & angelicæ exultationis hymnum audire meruerunt, quando relictis in deserto nonagintanouem ouibus ad requirendum ouem centesimam bonus pastor apparuit. Cuius semper aduētum totus fidelium grex implorās: Erraui, inquit, sicut ouis quæ periit, quare seruum tuum domine.

¶ Tertiò, pastores elegit vt iis primum sacratissimæ natiuitatis suæ sacramētum ostenderet, quia iam tempus aderat quò verus & solus ipse bon⁹ pastor olim promiserat per Prophetam, dicens: Ecce ego ipse requirā oues meas, & visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum, & libera-bo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerāt in die nubis & caliginis. Et post pauca: Et suscitabo super eos pastorem vnum qui pascat eas, seruum meū Dauid. Et cessare faciam bestias pessimas de terra. Vnde etiā pius verficator ita cecinit, dicens:

Tunc prius ignaris pastoribus ille creator.

*Patriar-
chæ pasto-
res.*

*Abel pa-
stor.*

*Gene. 4.
Abrahā
pastor.*

Ioan. 8.

*Gene. 21.
Iacob pa-
stor.*

*Gene. 31.
Moyseſ pa-
stor.*

*Exo. 3.
Dauid pa-
stor.*

1. Reg. 17

Luc. 15.

Psal.

Ezec. 34.

Sedulius.

Enituit, quia pastor erat, gregibusque refulfit
Agnus, & angelicus cecinit miracula cœtus.

*ecclesiariū
prelati
pastores.* ¶ Mysticè autem per hos pastores eos accipimus, quibus
oues suas, id est, fideles, princeps ipse pastorū Christus cō
misit. Quibus apostoli voce dicitur: Attendite vobis & v
Act. 20 nuerſo gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos
regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo.

*Qua
ra
tione vigi
lare decet
pastores a
nimarum* ¶ Hos ergo vigilare oportet super oues suas, ne quos per
effusas noctium tenebras spiritualium bestiarum patiantur
incurſus. Videte, inquit, beatus Ambros. ecclesie nascētia
exordium. Christus nascitur, pastores vigilare cœperunt.
Et bene pastores vigilant, quos pastor bonus informat: Vi
gilent autē super cōmissum sibi gregem necesse est, à qui
bus quod ex grege perierit districtè requiretur. Dicitur
est enim princeps pastorum: Vbi est grex qui datus est tibi

Iere. 13. pecus inclytum tuum? Et rurſum: Custodi virum istum, qui
3. Re. 20. si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius.

¶ Vigilēt nihilominus propter lupos spirituales qui gregi
multipliciter insidiantur: Sicut ait Apostolus Paulus hu
iuscemodi pastores informās: Ego scio quoniam intrabū
Act. 20. post discessionem meam lupi rapaces in vos, nō parcētes
gregi. Et ex vobis exurgent viri loquētes peruersa, vt ab
ducant discipulos post se, Propter quod vigilate. Hinc
1. Pet. 3. etiam beatus Petrus dicit: Vigilate, quia aduersarius vester
Mar. 13. diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem de
uoret. Vigilent proinde quibus à domino dictū est: Videte
Ibidem. vigilate & orate.

Mat. 14. ¶ Et iterum, ianitori præcepit vt vigilet. Denique merces
omni maior æstimatione promittitur vigilantibus, dicēte
domino: Beatus seruus quem quum venerit dominus inue
*Quatuor
vigilie no
ctis iisno
dis expri
muntur.* nerit sic facientem, id est, vigilantem. Amen dico vobis si
per omnia bona sua constituet eum.

¶ Quatuor autem sunt vigilia noctis. Prima vocatur,
conticinium. Secunda, intempesum. Tertia, gallicantus.
Quarta, antelucanum, de his nocturni silentii partibus
apud Marcum dicitur: Vigilate, nescitis enim quando do
minus domus veniet, serò, an media nocte, an gallicantu,
an mane.

¶ Moraliter. In prima huius seculi quasi cuiusdam noctis
vigilia

vigilia super domini gregem vigilauerūt patriarchæ vsq; *Mar. 13.*
ad Moysen. In secunda, duces & Iudices vsque ad David. *Seculi vi-*
In tertia, Reges & propheta: vsque ad captiuitatem Baby *giliae qua*
lonicam. In quarta, sacerdotes vsque nūc. *tuor.*

¶ Est etiam quadruplex animarum periculum, quasi nox *Quadru-*
quædam quadrifariam diuisa, in qua solerter omnibus & *plex ani-*
præsertim Christi gregis pastoribus vigilandum est. *marumpe*

¶ Harum noctium prima est, hominum malorum. In hac *riculum.*
Christi grex summa cura seruādus est ne diripiatur, vel ab *periculo*
hæreticis vel à tyrannis, vel à falsis fratribus, ne fortè here *primum.*

tici rapiant fidem, tyranni substantiam temporalem, falsi *Periculū*
fratres morum integritatem. *secundum*

¶ Secunda nox est, vitiorum seu peccatorum. In hac vigi- *secundum*
landum est super animi virtutes quasi super gregem, ne à *Iohel. 1.*
quadruplici vitiorum genere corrumpatur, quorū primum *Iohel. 1.*
est noxia delectatio. Secundum, ad explendū scelus deli-

beratio. Tertium, tenax consuetudo. Quartum, desperatio *Iohel. 1.*
de quibus non absurdè posset intelligi quod per Iohelem *Iohel. 1.*
dicitur: Residuum erucæ comedit locusta, & residuum lo-

custæ comedit brucus, & residuum bruci comedit rubigo. *Iohel. 1.*
Per erucam enim morosa delectatio: per locustā volitans *Periculū*
deliberatio: per brucum consuetudo: per rubiginem verò *tertium.*

desperatio moraliter potest insinuari. *Tentatio*

¶ Tertia nox est, tentatio dæmonum. In hac vigilandum *quadruplex.*
est super gregem cogitationum & affectionū, ne decipia- *Prima.*
tur à quadruplici genere tentationum.

¶ Quædam est lenis & occulta, quæ videlicet à paruis in- *Secunda.*
cipiens ad magna crimina deducit incautos, quale est, o- *Secunda.*
cium, inutilis loquutio, superflua cōporatio, sed ad magna *Secunda.*
delicta plerunque deducit.

¶ Quædam est leuis & aperta, quādo videlicet homo de iis *Tertia.*
quæ modica sunt tentatur, vt vel his intentus ocietur à bo *Tertia.*
nis: quomodo si viator aliquis qui ad deuia seduci non po- *Tertia.*
test, ab itineris emensione inutili colloquio detingatur.

¶ Quædam proinde tentatio est grauis & occulta, quando *Tertia.*
videlicet crudelis hostis grauiter quidem tētat: sed tamē *Tertia.*
astutē laqueos abscondit, vti quum ad memoriam reducit *Tertia.*
præteritorum delectationes peccatorum, quomodo cum *Tertia.*
illis actum est qui dicebant: Recordamur piscium quos *Tertia.*
illuc

In memoria. comedebamus in Aegypto gratis, in mente nobis veni-
Num. 11. cucumeres & pepones, porrique, & caepe, & allia. Vel in
In intellectu. intellectu, quando videlicet hūc per errorem quemlibet
1. Iu. seducere satagit, aut per tristitiam malam, aut indebitum
Iob. 30. timorem obtundit aut deicit, vt fortasse dicat domino huius
In ratiocinatione. mana perfidia. Mutatus es mihi in crudelem, & in durici-
 manus tuæ aduersaris mihi, & tandem perfida mente de-
 speret. Vel etiam in ratiocinatione, quod prædictis diffi-
 lius est, vt quum rationi suggerit meliores se fuisse dan-
 natos, & hinc desperet. Aut infidelium ritus æquādos, ve-
 centè preferendos fore præscriptis catholicorū. Quædam
 deniq; diaboli tentatio grauis est & manifesta, quando vi-
 delicet premitte Deo oculorū obtutibus res concup-
 scibiles & corporales offert, vel quū se transfiguratur in an-
 gelum lucis, aut personā Christi, aut cuiuslibet sancti me-
 titur, sub specie boni periculosius tentans.

2. Cor. II.

*periculū
 quartum*

¶ Quarta mox est tribulationum, in qua vigilare quisq; de-
 bet per semetipsum & opera sua, & mores, ne diripiatur
 aut impediatur qualibet tribulatione vel aduersitate, siue a
 deo inferat, siue a pximo, siue a diabolo, siue a semetipso.
 ¶ In his enim noctibus & si maximè Christi gregis pasto-
 ribus: nihilominus tamen omnibus & singulis ad propria
 salutis tuitionem sollicitè vigilandum est.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circum-
fulsit illos, & timuerunt timore magno.

¶ Hic ponitur pastorum instructio de natiuitate domini
 saluatoris, vbi plura se nostræ fidei offerunt deuotissime
 contemplanda, quorum Primū est, luminosa numinis an-
 gelici facta pastoribus apparitio. Secundum est, trepidan-
 tium pastorum per angelum consolatio. Tertium est, nati-
 saluatoris gaudiosa nunciatio. Quartum, in signo pastoribus
 ab angelo dato miræ pietatis expressio. Quintum, ce-
 lestis militiæ deum laudantis attestatio. Primum a princi-
 pio textus iam præmissi. Secundum, ibi: Et dixit illis ange-
 lus. Tertium, ibi: Ecce enim euangelizo. Quartum, ibi: Et
 hoc vobis signum. Quintum, ibi: Et subito facta est cum an-
 gelo multitudo cœlestis.

¶ Circa primum dictum est: Et ecce angelus domini ste-
 tit iuxta

*Christi
 natiuitas
 cur sic an-
 nunciata.*

tit
 m
 qu
 na
 stu
 ce
 tui
 rep
 por
 exc
 ind
 ver
 apu
 iam
 nus
 han
 re m
 fuit
 min
 min
 coll
 cat
 nec
 ¶ Ci
 ang
 ¶ An
 te pe
 time
 num
 expa
 ctos
 cresc
 ¶ Cir
 ciati
 I
 popul
 in ciu
 ¶ Im

tit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos: id est, Ex omni parte illorum fulsit. Dicitur autem hec claritas dei, quia diuina virtute facta. Conueniebat autem vt Christi natiuitatem sanctus angelus nunciaret, eò quòd per Christum forent exinde ad eorum societatem homines perducendi. Quum autem angelos hominibus frequenter apparuisse legam⁹, nusquã tamẽ in tota veteris testamẽti serie reperimus angelos cum lumine apparuisse. Sed huic temporì priuilegium hoc rectè seruatum est, quãdo videlicet exortum est in tenebris lumen rectis corde. Cõgruè proinde verbo & luce adstruitur ortus domini, ipse enim & verbum est & lux. Verbũ, inquam, quod erat in principio apud deum, & deus erat, per quod facta sunt omnia quod iam caro factum est, & habitauit in nobis, lux nihilominus est, sicut ipse perhibet dicens: Ego sum lux mundi. Ad hanc autem insolitam visionem pastores timuerunt timore magno, sicut olim & Manue pater Sansonis exterritus fuit ad visionem angeli, dicẽs: Moriemur quia vidimus dominum. Et sanctæ mulieres quibus ad monumentum dominicæ testes resurrectionis angeli apparuerunt. Ex quo colligitur quantũ diminuta sit dignitas hominum per peccatum, quandoquidẽ is qui ad contuendũ deum creat⁹ est nec angelorum visionem possit sustinere.

¶ Circa secundum, quod est trepidantium pastorum per angelum consolatio, subditur:

Et dixit illis angelus: Nolite timere.

¶ Angelis bonis hoc proprium est, vt suæ visionis maiestate perterritos mortales, mox deinde consolentur: Nolite timere, inquit. Sicut & sanctis mulierib⁹ dominum in monumento quærẽtibus angelus loquutus est dicens: Nolite expauescere. Contra verò angeli tenebrarum est pauescẽtos & ampli⁹ terrere. Vnde in accessu angeli mali semper crescit timor, sed in aduẽtu angeli boni semper descrecit.

¶ Circa tertium, quod est nati saluatoris gaudiosa annuntiatio, subditur:

Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid.

¶ Imprimis hĩc aduertendum est, vt ait Beda, quia aliter angelus

Ioan. 1.

*Ioan. 8.
Iud. 13.*

Mar. 16.

*Angelus
bonus à
malo sic
differt.*

Diuersos

Angelus angelus Mariã, aliter Ioseph, aliter pastores instruxit. *Maria* nempe concipiendum, Ioseph sancto, cõceptũ, pastoribus verò natũ cœli ciues dominũ testantur: vt & mortales *diff. rēter* sufficiēter imbuant, & suũ auctori seruitiũ incessanter *edocuit* *Mat. 4.* pendant. Nã & postmodũ, tentato, passuro, resurgenti, atq; *Luc. 22.* ad cœlos ascendenti, semper adesse perhibentur. Ecce, *Mar. 16.* quit, euangelizo vobis gaudiũ magnũ quod erit omni *Act. 1.* populo, non solũ multis, sicut nascente Ioanne fuit: sed omni *Luc. 1.* ni populo, inquit. Non enim omni populo Iudæorum, quorum plurimi fuerunt rebelles lumini, sed omni fidelium populo de cunctis tribubus, gentibus & linguis in vnanime ecclesiam congregando, æternum & magnũ gaudiũ euangelizatur. Vel quod dictũ est omni populo, potest intelligi, quòd & peregrinantibus in mundo, & sustinentibus in limbo, & etiam in cœlo regnãtib; gaudium magnũ erit, quia natus est vobis, inquit, hodie saluator. Vobis scilicet hominibus, non autem angelis, quia, nec qui boni sunt indigent, nec qui suo vitio mali sunt effecti, redimi possunt. Natus est, inquit, vobis hodie.

Natiuitas Christi Hodie dicit, quum tamen nox esset, quia gaudium magnum euangelizare veniebat. Non enim pro qualitate temporis dictum est hodie, sed magis pro qualitate rei. Quia enim rem lætam nunciabat conueniētib; dixit hodie, quã hac nocte, quum etiam dies vnus naturalis, scilicet dies & nox. Vbi enim de rebus tristibus agitur, quæ vel facta memorantur, vel futura prædicuntur, ibi sæpe nox vel adiungitur, vel etiam sola nominatur, vt est illud: Omnia

Mat. 26. vos scandalũ patiemini in me in ista nocte. Et alibi: Amen

Mar. 14. dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam bis vocet gallus dederit, ter me es negaturus. Et rursus alibi de

Ioan. 13. da traditore dicitur: Quum ergo accepisset ille buccellam exiuit continuo. Erat autem nox. Alia proinde ratio, quia videlicet noctem ipsam in diem conuersam esse innuat, dicit, hodie. Verè enim dies erat, quia sol ortus erat super terram. Nox (inquit propheta) sicut dies illuminabitur, sole iustitiæ mirum in modum illustrata. Qui est, inquit, Christus dominus in ciuitate David, id est, in Bethlehem vnde erat David. Qui est Christus, id est, natus, hoc est, benignus & mansuetus, rex & sacerdos. Re-

Psal.

ges
 ¶ C
 dato
 E
 pos
 ¶ C
 stari
 bus
 & q
 per
 nost
 fant
 bus
 pibu
 talit
 quid
 dom
 doce
 ¶ Ita
 stori
 cunc
 ¶ Pe
 litat
 luxu
 sepic
 De h
 in m
 ¶ Inn
 passi
 mans
 fixus
 ¶ In r
 polia
 ¶ Mu
 ortus
 meric
 reclin
 findo
 nasci

ges enim & sacerdotes vngentur.

¶ Circa quartum, quod est in signo pastoribus ab angelo dato miræ pietatis expressio, dicitur consequenter:

Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum & positum in præsepio.

¶ Crebris infantia saluatoris, & angelorum & euangelistarum nobis est inculcata præconiis, ut altius nostris cordibus quid ipse pro nobis sit factus infigatur. Quia videlicet & quum dives esset, propter nos egenus factus est, & propter iniquitates nostras vulneratus est, & propter peccata nostra infirmatus. Datur autem nati saluatoris signum, infantem non tyrio exceptum ostro, sed pannis squallentibus involutum, non in ornatis auro stratoriis, sed in præsepibus inveniendum. Hoc est, non tantum humilitatis eum & mortalitatis, sed & paupertatis habitum suscepisse pro nobis, si quidem (ut dictum est) ut illius inopia ditaremur, quum esset dominus cælorum, pauper factus est in terra, & ut terrigenas doceret paupertate spiritus regnum acquirere posse cælorum.

¶ Itaque natum infantem tribus signis esse saluatorem pastoribus angelus prædicat, quorum primum est puritas. Secundum, paupertas. Tertium, humilitas.

¶ Puritatem exprimit infantia: paupertatem, panni: humilitatem præsepium clamat. Christi infantis puritas carnis luxuriam, involuti in pannis paupertas avaritiam, in præsepio iacentis humilitas hominum superbiam damnat.

De his accipi potest quod scriptum est: Innova signa, & immuta mirabilia.

¶ Innovata nempe fuerunt hæc signa natiuitatis in domini passione. Nam in natiuitate fuit infans, in passione clamans. In natiuitate reclinatus in præsepio, in passione ad fixus patibulo.

¶ In natiuitate pannis involutus, in passione vestibus expoliatus.

¶ Mutata fuerunt etiam hæc mirabilia, quia in natiuitate ortus est sol media nocte, in passione vero occidit sol in meridie. In natiuitate Ioseph pannis involutum dominum reclinavit in præsepio, in passione Ioseph alius dominum sindone munda involutum posuit in sepulchro. Hic æternus nascitur, illic eodem miraculi genere æternus moritur.

Beda.

1. Cor. 8.

Isa. 33.

Cur pauper natus

His signis agnosce saluatorem

Eccle. 36.

Signa natiuitatis in passione innovata.

Signa natiuitatis domini in passione mutata.

tur

Heb. 1. tur. O signa pietatis & gratiæ nunquam satis admiranda. Multiphãriam (inquit apostolus) multisque modis deo olim loquens patribus in prophetis, nouissimè loquutus est nobis in filio, loquitur est autem in eo nondum loquente quum adhuc esset infans.

Verbum cõsolationis. ¶ Loquutus est autem verbum cõsolationis, verbum increpationis, verbum exhortationis, & verbum cõsiliij. Verbis cõsolationis loquutus est, quia magna cõsolatio nobis ex capite est. Hinc enim audiuius: Cõsolamini, cõsolamini popule meus, dicit deus vester. Sed tamen non omnes Christi natiuitas cõsolatur. Ait enim Bernardus: Non cõsolatur Christi infantia garrulos: non cõsolatur lachrymæ Christi cachinnantes, non cõsolantur patres eius ambulantes in stolis, non cõsolatur stabulum præsepe amâtes primas cathedras in sinagogis. Agnosco certè, agnosco Iesum sacerdotem magnum fordidis operum vestibus. Pannosos & laborantes, Christi natiuitas cõsolatur? Quàm multa hodie auro & gemis fulgent arotaria? Sed putasne ad hæc diuertent angeli, & pannosos homines declinabunt? Si ita dicitur, certè magis pastoribus apparuere quàm terræ regibus, quàm sacerdotibus temporibus. Sanè etiam ad cõsolationem accedit ipsa quæ pastoribus vigilantibus exhibita est visitatio & alloquutio angelorum. Agnoscant hinc omnes quantum placeat supernis ciuibus labor cuius spiritualis intentio est, quàm loquidè & qui per victu corporis corporali eos urgente necessitate laboris suo dignantur alloquio. Nimirum humanum in eis agnoscunt ordinem, quo constituit dominus vt in sudore vultus sui vescatur Adam pane suo.

Gene. 3. ¶ Secundò, loquutus est verbum increpationis. Increpationem enim Christi natiuitas se laudantes, & ostentare se sapientes. Nocte enim voluit nasci. Vbi sunt qui tam impudenter ostentare gestiunt semetipsos? Tacet Christus, ecce angelus annuntiat, latitat cœlestis exercitus multitudine. Laudet ergo & te os alienum, fileat tuum.

Prou. 27. ¶ Tertio, exhortatur Christi natiuitas ad pœnitentiam. Age ergo & tu pœnitentiam. Hoc tibi prædicat stabulũ, hoc præsepe clamat, hoc membra illa infantilia loquuntur, hoc lachrymæ & vagitus euangelizant. O duritiam cordis

inquit

inquit Bernardus : Utinam domine sicut verbum caro factum est, ita & cor meum carneum fiat. Plorat autem Christus sicut ceteri, sed non propter quod ceteri. Illi quippe ex passione lugent, Christus ex compassione, super me enim plorat. Vnde & lachrymæ eius pudorem mihi pariunt & dolorem.

Bernard.

¶ Ludebam ego foris in platea, & in secreto regalis cubi- culi super me ferebatur iudicium mortis. Audiuit hoc vnigenitus eius, & exuto mox diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flens & eiulans quod morte damnatus esset seruulus. Intueor illum subito p- cedentem, stupeo nouitatem, causam percunctor, & audio quid factum sit. Adhuc ne ludam & deludem lachrymas eius? Planè (si nõ infans sim & mentis inops) nõ sequar eum, nec simul cum lugente lugebo? Vtique ex cõsidera- tione remedij periculi mei existimo quantitatem. Filius dei iubetur occidi, vt vulneribus meis precioso sanguinis sui balsamo medeatur. Agnosce homo quàm sint tua vul- nera grauia, pro quibus sanandis, necesse fuit dei filiũ vul- nerari. Si ergo compatitur dei filius & plorat, homo pro quo patitur, ridebit?

Parabola

¶ Quartò, consuluit Christus suo exemplo vt modestias deliciis præferamus. Vnde ait idè Bernar. Elegit dei filius tẽpus quod molestius est, præsertim paruulo & filio pau- perculæ matris, quæ vix pannos haberet ad inuoluendum, & præsepe ad reclinandum, & quum tanta esset necessi- tas, nullam audio fieri pelliũ mentionem. Sed tale nõ est iudicium mundi. Aut enim iste fallitur, aut mundus errat. Sed diuinam falli impossibile est sapientiã. Meritò proinde & carnis prudẽtia mors, siquidem & ipsa inimi- ca est deo, & seculi quoque prudẽtia stultitia nominatur. Quid enim? Christus, vtique qui non fallitur elegit quod carni molestius est. Id ergo melius, id vtilius, id potius eli- gendum, & quisquis aliud docet vel suadet, ab eo tanquã a seductore cauendũ. Sed ab hac digressione ad narratio- nis ordinem est redeundum.

*Verbum
consilij.*

Bernard.

Roma. 8.

1. cor. 1.

¶ 3.

¶ Itaque circa quintum, quod est militiæ cœlestis deum laudantis attestatio, consequenter dicitur:

¶ *subitò facta est cum angelo multitudo militia cœlestis lau- dantium*

dantium deum, & dicentium: gloria in altissimis deo, & in terra
pax hominibus bonæ voluntatis.

Ambrosi. ¶ Ut magis credibilis sit natiuitas domini saluatoris, & ipsa iam nullus dubitet, sed totum diuulgetur per orbem.
Facta est, inquit, cum angelo multitudo militiæ cælestis.
Vnde ait super hunc locum beatus Ambrosius: Ne parum videretur vnus angeli euangelizantis autoritas, postquam vnus sacramentum nouæ natiuitatis edocuit, statim affuit cælestium agminum multitudo. Et vno euangelizante nuntio natum in carne deum, mox multitudo militiæ cælestis aduolans in laudem creatoris ore conforprorumpit, vt & sui (sicut semper) obsequij deuotione Christo impendant, & nos suo pariter instituant exemplum. Quoties vel aliquis fratrum sacræ eruditionis verbis inuenit, vel ipsi lecta siue audita quæ pietatis sunt, ad mentem reuocauerimus, statim deo laudes, corde, ore, & opere reddendas.

Chor^o angelorum cur militia cælestis. ¶ Et bene chorus adueniens angelorum militiæ cælestis vocabulum accipit, qui & illi duci potenti in prælio, & ad debellandas aëreas potestates apparuit humiliter obsecundet, & ipse potestates easdem contrarias, ne mortalia tantum tentare valeant quantum volunt fortiter armis cælestibus proturbet. Nam sicut imperatoris optimi profusione cuncta manu militari loca aduersus hostilem mununtur aduentum, ita & deus (quonia immundi spiritus ad pacis euersionem vbique versantur) ad tutelam nostram constituit exercitus angelorum, quorum presentia & testimonium cõstringatur audacia, & nobis pacis gratiam intretur, Canebant ergo dicentes: Gloria in altissimis deo. Quia enim deus & homo nascitur, iure hominibus & deo gloria canitur. Glorificant autem angeli Deus pro nostra redemptione incarnatum, quia dum nos conspiciunt recipi, suum gaudent numerum repleri. Operantur pacem hominibus, quia quos infirmos prius abiecerat, despexerat, nascente in carne domino, iam socios verantur.

Simile.

Gloria in altissimis Deo.

Quib^o annuntiat^{ur} pax. ¶ Qui quum pacem hominibus poscunt, exponunt & operantur, videlicet bonæ voluntatis. Hoc est, eis qui suscipiunt natum Christum. Non autem Herodi, non Pontificibus, & aliis

& Pharisæis cæterisque Antichristis. Qui eius natiuitate audita turbati sunt, eûnique quâtum valuere gladii sunt insequuti. Non est enim pax impiis dicit dominus. Pax autem multa diligentibus legem tuam domine, & nō est illis scandalum. Ostēdunt nihilominus quæ sit eorum assidua & beata occupatio, quādoquidem & ipsi deum laudant, & itidem vt faciamus exemplo suo nos adhortātur.

¶ Potrō nos tum deū laudamus, quum ipsum in operibus suis omni gloria & laude dignum intelligentes, deuota mente veneramur, vel tum etiam quum videlicet omnia opera nostra imō vitam hāc & totum quod sumus & possumus ad ipsius laudem ordinare & impēdere desyderamus, iuxta quod nos ipse docēs ait: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt bona opera vestra, & glorificēt patrē vestrum qui in cælis est. Is proinde deū glorificat, qui gloriā sibi oblatam propter deum humiliter recusat, dicens: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Quod quia est difficile, etiam & rarum est. Et licet forsitan plerisque difficile non sit humanam gloriā nō appetere, valde tamē est difficile respuere oblatam. Denique & tunc deum glorificamus quum ipsum omniū nostrorum bonorum authorem esse gratulamur.

¶ Et vide quā æquē sancti angeli inter nos & deum diuidant, illi gloriā, nobis pacem optātes. Vnde etiam canimus: Da pacem famulis, nos quoque gloriā per cūcta tibi secula. Verūm quoniam filij Adam improbē cupiunt quod dei est, scilicet ipsam gloriā, idcirco & gloriā perdunt & pacem. Gloriā meam, inquit, alteri nō dabo. Duo sanē nobis in dictis verbis suis insinuāt angeli sancti. Primum, quis sit fructus bonæ voluntatis. Alterum, quā sit homini facilē pacem habere. Fructus enim bonæ voluntatis est pax, utiq; bonum grāde & quod ab omnibus desyderatur, etiam ab iis qui bella gerunt. Facilē etiam habetur iam pax cum deo, cum angelis, cum proximis, cum seipso, quum ad hanc obtinendā sufficiat bona voluntas.

*Esā. 48.
Psal.*

*Quando
nos deum
laudam⁹.*

Matt. 5.

Psal.

*Pacem no
bis & deo
gloriā an
geli distri
buunt.*

Esā. 48.

*pax quā
facilē ha
beat.*

HOMILIA QVARTA.

DE

IN FESTO
DE PASTORVM ERGA
Christum natum pia deuotione.

ET factum est vt discesserunt ab eis angeli in cœlum, pastores loquebantur adinuicem : Transcimus vsque Bethleem & videamus hoc verbū quod factum est, & dominus ostendit nobis.

¶ Hic ponitur ad saluatorem natum pastorū pietas & deuotio, vbi etiam seriatim quinque explicantur. Primum est, pastorū inter se pia cohortatio. Secundū est, pastorum indilata ad saluatorem natum acceleratio. Tertium est, saluatore reperto nō fraudata pastorum intentio. Quartum est, Marię super his quæ acciderāt prudens & tacita confideratio. Quintū est, redeuntium pastorum in dei laudē sancta exultatio. Primū, à præmissi textus capite. Secundum, ibi: Et venerunt festinantes. Tertium, ibi: Videmus autem cognouerunt de verbo. Quartum, ibi: Maria autem conseruabat. Quintum, ibi: Et reuersi sunt.

*Pastorū
inter se
pia cohortatio.
Psal.*

¶ Circa primum dicit: Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cœlū, peracta scilicet iniuncta legatione. Quoniam nimirum instruitur homo, vt donec iniuncta cōpleuerit nō sibi putet fore quiescendum. Exhibet, inquit Psalmista, homo ad opus suū & ad operationē suā vsque ad vesperam. Pastores loquebantur adinuicē. Quia enim nunciuerat eis angelus rem omnium maximam & optimā, angelorum verbis fidem accommodarēt, Christum natū esse credentes in asserto loco, non otiosa fide moti fuerunt hunc quærere & videre. Quos etiā nec horror noctis abstruit, nec ouilis sui (quod sine custode relinquebat) damnum remoratur. Nec dixerunt: Videamus puerum sed videamus verbū illud, quod scilicet erat in principio apud deum, per quod facta sunt omnia, quod iam carnatum est. Videamus, inquiunt, quomodo hoc verbum carne vestiuit vt ostendat se nobis. Quod enim videre poteramus dum erat verbum, videamus factum, quia caro est. Cui simile est quod Ioannes ait: Quod fuit ab initio, quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostrę contrectauerunt de veritate, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & nunciamus.

Ioan. 1.

1. Ioā. 1.

nun
& ap
¶ M
est, p
vbi
ait: E
Beth
tiis a
de m
itum
dese
fentu
dane
¶ Pri
cord
sang
pon
est t
runt
itu t
trans
ire li
vine
via p
dona
Non
Secu
Moy
tram
suos,
eis. T
fit nū
iam
Israe
terie
tium
¶ Pon
signi
trans

nunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem & apparuit nobis.

¶ Moraliter. Transeamus mente & nos in Bethleem, id est, patriam cœlestem, quæ verè dici potest domus panis, vbi anima satiatur videns gloriam dei, vnde etiã quidam ait: Beatus qui manducabit panem in regno dei. Ad hanc Bethleem triplici transitu peruenitur. Primus est, de vitiis ad virtutes. Secundus, de virtute in virtutem. Tertius, de mundo ad patrem. Et significatur per triplicem transitum filiorum Israel. Quorum primus fuit ex Aegypto in desertum per medium maris rubri. Secundus fuit per desertum de loco ad locum. Tertius fuit ex deserto per Iordanem in promissam hæreditatem.

¶ Primus ergo transitus est à peccato ad pœnitentiã per cordis amaram compunctionem, & preciosam mortem & sanguinem agni redemptoris. Secundus est, per desertum pœnitentiæ de bono in melius, de virtute in virtutem. Hic est transitus de mari rubro vsque ad Iordanem, vbi occurrunt impedimenta multa. Siquidẽ filii Israel in hoc transitu tres reges se opposuerunt. Prior fuit rex Edom, à quo transitu requirentes dicebãt: Obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. Nõ ibimus per agros, nec per vineas. Nõ bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistrã declinantes, donec transeamus terminos tuos. Quibus respõdit Edom: Non transibis per me. Alioquin armatus occurram tibi. Secundus rex, fuit Schon Amorrhæus, Cui nuntios misit Moyses, dicens: Obsecro vt transire mihi liceat per terram. Qui concedere noluit vt transiret Israel per fines suos, quin potius exercitu congregato egressus est obuiã eis. Tertius rex est Og, rex Basan, cui Moyses nullum misit nuntium, eò q̃ vltro in prælium aduersum filios Israel iam processerat. Contra primum non pugnauerunt filij Israel, sed declinauerunt, & circumeundo terrã eius præterierunt sicut mandauit dominus. Secundum verò & tertium occiderunt.

¶ Porrò Edom, quod interpretatur sanguineus, carnem significat, quæ licet aduersus spiritum concupiscens illi transitum per se neget, occidenda tamen non est, sed prou-

F denter

*Myssicè in
Bethleem
transire.
Luc. 14.
Transit⁹
triplex.*

*Triples
impedimẽ
tũ salutis*

*Num. 29
Rex edõ.*

*Rex schõ
Num. 21*

*Rex Og.
Num. 21.*

*Caro per
Edom.*

2. Petr. 1.
Roma. 13
Carnali-
ter propin-
qui,

denter declinanda, vt fugiamus eius quæ in mundo et
concupiscentiæ corruptionem, nec carnis curam fecer-
mus in desyderiis. Possunt etiam per Edom nõ incongrue
propinqui secundum carnem & amici carnales intelligi,
qui solum ea quæ carnis sunt sapietes, propositi meliori-
vias quibus peruenitur ad regnum dissuadent, qui vtiq;
per exempla sanctorum sunt declinandi. Si quis (inquit de-
minus ipse) venit ad me, & non odit patrem & matrem, &
uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & ani-
mam suam, nõ potest meus esse discipulus. Super quo
beatus Gregorius: Eos qui nobis carnis cognatione con-
iuncti sunt diligamus, & quos aduersarios in via dei pati-
mur, odiendo & fugiendo nesciamus, vt diligamus in eis
quod sunt, & odiamus in eis quod in dei itinere nobis ob-
sistunt. Per animam verò nostram quam odire iubemur, nõ
ipsum spiritum rationalem, sed mortalem hæc secundum
carnis desyderia vitam accipimus. Tunc enim bene ani-
mam nostram odimus, quum eius appetitum frangimus
& carnalibus eius desyderiis reluctamur.

Luc. 14.

Gregor.

Mundus
per Sebõ.

¶ Schon verò interpretatur germen inutile, vel alloqua-
tio inutilis: & significat mundum & concupiscentias eius
qui etiam transitum per se negat sicut & caro, & piorum
intentionem ad promissam hæreditatem proficisci volun-
tatem desyderiis inutilibus & nociuis & superuacuis curis
remoratur.

Diabolus
per og.
Iob. 15.
psal.

¶ Og, quod interpretatum, sonat congregans, vel abscon-
ditus, antiquum hostem designat. De quo potest accipi
quod scriptum est: Congregatio hypocritæ sterilis. Con-
gregat autem perditas carnalium & prauorum animarum
tâquam scænum tectorum, de quo non implebit manus
suâ qui metet, & sinû suum qui manipulos colliget. Ab-
conditus est etiam nobis & inuisibilis, & ex insidiis per-
culosius impugnat, vsque ad eò vt etiam nonnunquam
angelum lucis se transformas, sub specie boni pericul-
sus tentet. Istos duos præcepit dominus omnino occidat
vt ad iniquè faciendum nullum prorsus cum his confes-
sum, (quasi fœdus vel inducias) etiam ad tempus, per
sensum voluntatis habeamus.

¶ Tertius transitus est ex deserto per Iordanem in pro-
missam

missam hæreditatem, quæ verè est domus panis. Jordanis verò, quod humilis descensus interpretatur, mortè significat, quam nos pertransire necesse est, priusquàm beatæ vitæ possessionem poterimus obtinere.

¶ Circa secundum, quod est pastorum indilata ad natum saluatorem acceleratio, dicit consequenter Evangelista:

Et venerunt festinantes, Et inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio.

¶ Festinant pastores, & tota mentis intentione Christi quem euangelizantibus angelis cognouerunt aduentum, quem videre desiderant. Neque enim cum desidia Christi præsentia quærèda est. Et ideò fortè nonnulli quærentes inuenire nõ merentur, quia desidiosè Christum requirunt. Ideo pastores illi sine mora inuenerunt, quia ad illum fide nõ ficta currebant. Ad quem festinanter ire, est non pedum gressus accelerare, sed in fide semper ac virtute proficere. Festinemus, inquit Apostolus, ingredi in illam requiem. *Christus qualiter quærendus.*

¶ Et inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Hæc est tota frequentia curiæ summi regis, Ioseph & Maria. Nulla ergo beato partui virginis obstetrice adfuit, sed vt Euangelista testatur, quæ eum sine dolore virgo peperit, ipsa etiàm pannis inuolutum in præsepio reclinauit. Quid iam tibi pro tuo ineffabili partu, pro filio dei, què nobis saluatorem peperisti virgo mater, minus retribuet? Quas tibi gratiarum actiones fragilitas humani generis persoluet, quæ deum verum & omnium dominum de te natum, fratremque nobis effectum saluatorem dedisti? Itaque laudem hinc tibi canat cælum & terra, & cuncta quæ in eis sunt, dicantque:

Salue sancta parens enixa puerpera regem,
Qui cælum terramque regit per secula, cuius
Numen & æterno complectens omnia gyro,
Imperium sine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia matris habens cum virginitatis honore,
Nec primam similem visâ es, nec habere sequentè.
Sola sine exemplo placuisti scæmina Christo.

¶ Circa tertium, quod est reperto saluatore pia pastorum non fraudata intentio, consequenter dicitur:

Sedulius

Sedulius

¶ Circa tertium, quod est reperto saluatore pia pastorum non fraudata intentio, consequenter dicitur:

Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc.

Pastores cognouisse diuinitatē Christi.

¶ Hoc est, intellexerunt illum quem videbant iam recens natum puerum, esse verbum & filium dei. Videntes enim humanitatem, fide cognouerunt diuinitatem. Est enim summa sententiā: Vidētes ea quæ didicerāt ab angelis circa natum in Bethleem puerum fuisse impleta, intellexerunt puerū esse filium dei, & saluatorem mundi. Quauis etiam & sine huius præiudicio sententię, quod dictum, est sic posset intelligi. Videntes cognouerunt de verbo, hoc est, ex dei verbo, vel verbi virtute illustrati, cognouerunt de puero hoc, scilicet quod esset (sicut prædixerat angelus) saluator mundi, & filius dei. Sequitur:

Beda.

Visuros nos in patria quæ nūc audimus.

Et omnes qui audierunt mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.

3. Reg. 10 Regina Saba excita fama Salomonis.

¶ A pastoribus suis nimirum populus ad dei reuerentiam cogitur. Nā quoties hi diuinæ cognitionis superirradiante virtute populum illustant, toties hunc diuinæ munificentię largitatē admirātem, ad fidem veritatis & æternæ spem salutis accendunt. Quod autē ad nos quoad mysterium sublimius attinet, quicquid modo per fidē credētes de domino Iesu in ecclesiis audiuius, de hoc futurū est vt dicamus in patria: Sicut audiuius sic vidimus in ciuitate domini virtutū, sicut & de regina Saba scriptū legimus, quæ magnifica Salomonis regis fama excita ad ipsum veniēs, vehemēter admirata tandē ait: Verus est sermo quē audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapiētia tua, & nō credebā narrātibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis & probaui q̄ media pars mihi nuntiata nō fuit. Et ea quę Euāgelista subiunxit, dicēs: Omnes qui audierūt mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastorib⁹ ad ipsos, huic qui iam dictus est typo cōgruere noscuntur. Sequitur enim illic: Videns regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quā ædificauit, & cibos mēse eius, & habitacula seruorum eius, & ordines ministrantium & pincernas, non habebat ultra spiritum. ¶ Circa quartum, quod est Mariæ super his que acciderūt prudens & tacita collatio, consequenter dicitur:

Maria autē cōseruabat omnia verba hæc, cōferens in corde suo.

¶ Nequa

¶ Nequaquã est ociosum quod ait, cõferens in corde suo, *Maria*
non autẽ reponens in corde suo, vel simile aliquid. Quia *quæ con-*
enim scripturas sanctas legerat & sciebat pphetas, cõfe- *ferabat*
rebat ea quę secũ sunt acta, cũ his quæ nouerat à pphetis *in corde*
scripta de domino, & collata adinuicẽ cognouit. Dixerat *suo.*

ei Gabriel: Ecce concipies in utero & paries filium. Præ- *Luc. 1.*
dixerat Esaias: Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ. Legerat *Esa. 7.*

Maria: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe *Esa. 1.*
domini sui. Videbat in præsepe dei filiũ vagientẽ, qui sal-

uat homines & iumenta. Legerat dixisse Prophetã: Egre- *Luc. 2.*
dietur virga de radice Iesse, & flos de radice ei⁹ ascẽdet. *Esa. 11.*

Et se de radice Iesse & stirpe Dauid ortã esse probẽ scie- *Mich. 5.*
bat. Nouerat proinde per Michãam prædictũ: Tu Beth-

leem Effrata paruulus es in milib⁹ Iuda, ex te mihi egre-
dietur qui sit dominator in Israel, & se in Bethleem su-
perna dispositione peperisse. Cõparat ergo verba factis,
vetera nouis, vmbra rei, figuram veritati, pollicitationes
exhibitis rebus, & in omnibus habet argumenta fidei.

¶ Conseruabat, inquit, omnia verba hæc cõferens in cor- *Maria*
de suo. Vbi magna Mariæ discretio, prudentiãq; notatur *prudenter*
sicut ait beatus Ambrosius, dicens: Maria non minus ore *tacẽs, cõ-*
quã corpore pudica, secreta quę nouerat nulli diuulgat: *seruabat.*
sed tacito corde scrutãs, cõgruum tempus quo deus hæc *Ambro.*
velit diuulgari reuerẽter expectat. Sicut scriptũ est: Tem- *Eccle. 3.*
pus tacendi, & tempus loquendi. Et iterũ: Homo sapiens *Eccle. 20*

tacebit ad tempus, lasciuius autẽ & imprudens nõ serua- *Jacob. 1.*
bit tempus, quum tamen audiamus beatũ Christi aposto-
lum Iacobum nos instituentẽ & dicentem: Sit omnis ho-
mo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.

¶ Cæterũ quum ipsa domini mater à pastoribus discat, *Maria di-*
tu quidm discas à sacerdotibus & doctoribus? Iuxta quod *scit à pa-*
Sapiens ait: In multitudine presbyterorum sta, & sapien- *storibus.*
tiæ eorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem *Eccle. 6.*
dei possis audire.

¶ Circa quintum, quod est pastorum ad sua redeũtium in
dei laudibus exultatio, subdit:

Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes deum in om-
nibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

¶ Glorificant pastores & laudant deum in omnibus quæ
F iij audie-

*cur pasto-
res laudat
& glorifi-
cant.* audierat ab angelis & viderant in Bethleem, sicut dictum est ad illos, id est, Et in hoc glorificat, quod non aliud venientes inuenerant, quam sicut dictum est ad illos. Vnde & gloria deo laudatque referunt. Hoc etenim illis facere dictum est ab angelis, non quidem verbo imperatibus: sed formam suae deuotionis offerentibus, quum deo in excelsis gloria vnanimi exultatione resonaret. Nam & qui dicit Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, utique ad glorificandum deum laudandumque prouocat. Sed & magistri spiritalium gregum, modo ceteris dormientibus, contemplantando caelestia subeunt, modo fidelium castra lustrando, & probitatis exempla quaerendo circumcunt, modo ad pabulum pastoralis officij docendo redeunt, ut memoriā abundantiae suauitatis dei, quam baptismi licet intuendo gustauerant, praedicando proximis eructent.

DE SANCTO STEPHANO protomartyre.

Actu. 6 **S**tephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo.

Venerandum beatissimi protomartyris Stephani martyrium beatus Lucas euangelista describens, à tribus hunc magnifice commendat. Primo, à caelestis gratiae plenitudine. Secundo, à claritate diuinæ sapientiae. Tertio, ab inuicta patientia & fortitudine. Primum, à principio lectionis. Secundum, ibi: Surrexerunt autem quidam. Tertium, ibi: Quum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto.

*Cur beatus
stephanus ad ec-
clesiae mi-
nisterium
assumptus.*

Circa primum est aduertendum, quemadmodum beatus Stephanus propter eminentis in eo diuinæ gratiae praerogatiuam, fuit ad ecclesiae ministerium assumptus. Ait enim de ipso in praecedentibus beatus Euangelista: Crescente numero discipulorum, id est, credentium (siquidem hoc nomine in primitiua ecclesia Christiani censebantur) factus est murmur Graecorum aduersus Hebraeos, eò quod despicerentur in ministerio quotidiano viduae eorum. Graeci hoc loco vocantur Iudaei inter gentes ex tempore dispersionis nati & conuersati, qui id agrè ferebant, quod eorum viduis in rerum ad victum necessariorum distributione, Hebraeorum viduae tanquam peritiores praeferebantur. Statim

nanque

namque post missionem spiritus sancti (vt idem Euāgelista
præmisse) multitudinis credentium erat cor vnū & anima *Act. 4.*
vna, nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum ef-
se dicebat, sed erant illis omnia communia, & gratia ma-
gna erat in omnibus illis. Neque enim egēs quisquā erat
inter illos. Quotquot enim possessores agrorū aut domo-
rum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ ven-
debant, & ponebant ante pedes apostolorum. Diuideba-
tur autem singulis prout cuiq; opus erat. Quia verò mul-
titudinis cōcors vnanimitas, per acceptionem personarū
& inæqualem necessariæ rei distributionem, atque hinc e-
mergentem discordiam citò pateretur iacturam, qua nihil
reipublicæ perniciosius est, prout sapientum quidam ait:
Concordia, inquit, res paruæ crescunt, discordia verò
vel maximè dilabuntur, prudenter huic malo apostoli san-
cti occurrere non morantur.

¶ Ait enim euangelista: Conuocantes autē duodecim mul-
titudinem discipulorum, dixerūt: Non est æquum nos de-
relinquere verbum dei & ministrare mensis, potiora sunt
enim fercula mentis, quàm dapes corporis. Considerate
ergo, inquit, fratres viros ex vobis boni testimonii se-
ptem plenos spiritu sancto & sapientia, quos cōstituamus
super hoc opus. Nos verò orationi & ministerio verbi in-
stantes erimus. Quum dicunt considerate, insinuant matu-
ram in electione ministrorum ecclesiæ habēdā esse discre-
tionis censuram. Viros, inquit, non pueros, non effæmi-
natos, non leues non inconstantes, sed hos qui consilio &
virtute virorum nomine nō sint indigni. Boni testimonii,
vt is qui ex aduerso est vereatur, nec quicquam habeat in
eis quod obtrestando corrodāt, qui prodesse magis stude-
ant quàm præesse, sine quavis acceptione personarum præ-
stātiores, quos cōstituamus, inquit, super hoc opus. Ve-
strum enim est eligere, nostrum confirmare. Nos verò ora-
tioni & ministerio verbi instantes erimus.

¶ Tria sanè ad prædicationem necessaria esse noscuntur,
Lectio, Meditatio, Oratio. Siquidem ex lectione materia,
ex meditatione forma seu modus & ordo dicendi, ex ora-
tione autem efficacia seu virtus prædicationis habetur.
Sequitur: Et placuit sermo coram multitudine. Et elegerunt

Tullius.

*Quales es-
se debēt ec-
clesiæ mi-
nistri.*

*Eligere
quorū est
Ad præ-
dicationē
hæc requi-
runtur.*

runt Stephanum plenū fide & spiritu sancto. Plenum fide in deum, & erga proximos, & cui ab omnibus debeat credi. Et verbum dei crescebat. Et quia crescente verbo multiplicabatur & numerus populi fidelis, (verbo nēpe fides propagatur) rectē sequitur: Et multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem valde. Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei. Et sequitur:

stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo.

¶ Signa hæc & prodigia, testimonia erant gratiæ cœlestis & fidei quæ erant in illo. Doctrinæ nihilominus ipsius signa hæc ad stipulabantur, sicut de Christi discipulis scriptū est: illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequētibz signis. Et quidem rectē duo hæc, gratiam scilicet & fortitudinem simul in beato martyre coniungit Euangelista, quia non nisi per dei gratiam fortes efficitur, siue ad bene operandū siue ad resistendum, siue ad sufferendum. Et quantū maior est in homine dei gratia, tantū maior etiā est in eo spiritus fortitudo. Porro Christi gratia destitutus, quasi paralyticus est, qui tamen si habeat tota membra, nihil tamē his valet operari. De quibus quod per prophetam de idolis dicitur, accipi potest: Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient, nares habent & non odorabunt. Manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt. Est proinde huiuscemodi homo & quasi miles amissis armis in bello, & velut gubernator in medio mari amisso clauo.

Gratia fortes facit. Destitutus gratia qualis sit homo. simile.

Similia.

Gratia plenitudo triplex.

Ioan. 1.

¶ Distingūt autem pleriq; triplicem gratiæ plenitudinem scilicet, Plenitudinē abundantiæ. Plenitudinem excellentiæ. Plenitudinem sufficientiæ. Prima est duplex, scilicet Vniuersalis & particularis. Plenitudo abundantie vniuersalis, est gratia capitis, id est Christi, de cuius plenitudine accepimus omnes. Inluit enim & ad modū capitis infundit in omne corp⁹ ecclesiæ sensum fidei & dilectionis, & motum sanctæ & acceptæ deo operationis. Plenitudo abundantie particularis, illorum est qui à capite Christo tantam gratiā acceperūt, vt ab eis etiā ad alios gratia deriuetur. Qualis erat gratia apostolorum Christi & B. Stephani, de quibus

qu
me
uat
dic
ta
g
nif
¶ P
ma
ple
lest
iam
tiam
han
¶ Pl
grat
bea
de a
ter
clau
gite
pate
grat
ma
litat
niā i
quis

¶ Su
bertin
erāt
resiste
¶ Hic
sapie
nus a
bis o
dicer
tudo
dicer

quibus per Esaiã dicitur: Qui sunt hi qui vt nubes volant, mente scilicet à terrenarũ rerum amore lõge fursum eleuati, squallentẽ atque sterilem huius mundi campum prædicatione sancta fœcũdaturi? Nam, vt ait sapiẽs, Si impletæ fuerint nubes, effundent imbrem super terrã. De qua gratia rursus per apostolũ dicitur: Vnicuiq; autẽ datur manifestatio spiritus ad vilitatẽ, id est, aliorũ ædificationem.

¶ Porro plenitudo excellentiæ ea est, quæ est in Christi matre virgine Maria, cui dictum est ab angelo: Aue gratia plena. Omnem enim puram creaturã in donis gratiæ cœlestis excedit. Nõ tamẽ est in ea plenitudo capitis, de qua iam dictum est, quandoquidem per se non possit aliis gratiam infundere. Hoc enim solius dei est. Potest tamẽ aliis hanc impetrare.

¶ Plenitudo verò sufficiẽtiæ est in omni homine habente gratiam. Nam quãlibet parum gratiæ cœlestis aliquis habeat, plenus tamen est, quia non amplioris est capax. Vnde ait beatus Christi martyr Cyprianus: Profluens largiter spiritus, nullis finibus premitur, nec vllis coërcentibus claustris intra certa metarum spatia refrenatur. Manat iugiter, exuberat affluenter, nostrum tantũ pectus sitiat & pateat, quãtum illuc capacis fidei afferimus, tantum inde gratiæ inũdantis haurimus. Hęc ille. Dilatatur autem animæ nostræ capacitas ad dei gratiam suscipiendã per humilitatis profunditatem & per latitudinem charitatis. Quoniã igitur vnus cuiusque capacitas repletur, idcirco quisquis dei gratiam habet, ea rectẽ plenus dicitur.

¶ Circa secundum principale subditur.

Surrexerunt autem quidam de synagoga quæ appellabatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur.

¶ Hic commendatur beatus Stephanus à claritate diuinæ sapientiæ. In eo siquidem illud impletum est quod dominus antè promiserat discipulis suis, dicens: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii vestri. Ecce enim ingens multitudo è quinque synagogis diuersarum regionum contradicendi studio aduersus vnum Christi seruum congregata

&

Esai. 60.

Eccle. 11.

1. Cor. 12.

Plenitudo excellentiæ.

Luc. 2.

plenitudo sufficiẽntiæ.

Cyprianus

Animæ capacitas qualiter dilatatur.

Mira. B. stephani sapientia Luc. 21.

Peruerſi & ipſa nihilominus arte dicendi, ac dolis inſtructa ab vno
hic incor ſuperatur & confutatur. Non poterant, inquit, reſiſtere ſa-
rigibiles. pientia & ſpiritu qui loquebatur. Nec tamen acquieſce-
accl. 7. bant: Quia & ſi malignorum hominum peruerſitas inter-
Mat. 7. dum ratione cōvincatur, minimè tamen corrigitur, quòd
 ſpiritu ſancto obicem ponētes, etiam agnitam impugnet
 veritatem. Cōſydera, inquit ſapiens, opera altiffimi, quòd
 nemo poteſt corrigere quem ille deſpexerit. Nimirum ca-
 nes ſunt quibus ſanctum dari non debet, ne in vos (inquit
 dominus) conuerſi dirumpant vos. Dum enim ratione cō-
 uicti tueri ſe poſſe veritate deſperant, ad inſidias conuer-
 tuntur. Sequitur enim:

¶ Tunc ſubmiſerunt viros qui dicerent ſe audiſſe eum de-
 centem verba blaſphemia in Moysen & deum. Cōmoue-
 runt itaque plebem & ſeniores & ſcribas, & concurrētes
 rapuerunt eum & adduxerūt in conſiliū. Et ſtatuerunt fal-
 ſos teſtes qui dicerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba
 aduerſus locum ſanctum & legem. Audiuiſimus enim eū de-
 centem, quoniā Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtū
 & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Quae
 ratione ſuperare non poterant, vi inuadunt, tumultu & fu-
 rore omnia opplentes. Homo, inquiunt, iſte non ceſſat, ni-
 men ipſius ex nimio odio ſupprimentes.

Obiectio ¶ Sed quare dicuntur ii teſtes falſi? Nōne prædixerat do-
Mar. 13. minus non remanſurum lapidem ſuper lapidem qui non
ſolutio. deſtrueretur, & ſimiliter Moyſi lex mutata eſt? Reſponde-
 mus, quia dominus hoc non fecit, qui impiè ciuitatis eui-
Excidiū dium, non cum vltionis deſyderio, ſed cum lachrymis &
Iudaicæ fletu prædixit. Sed arma Romana ad perdomandam im-
gentiu, vii quiſſimæ gentis ſuperbiā & rebellionem hoc fecerūt, de
de. nihilominus vltionem de interfectione vnigeniti filii ſui
 illis reddente: ſicut ſe meruiſſe proprio iudicio conuicti

Mat. 20. confeſſi & conteſtati ſunt, dicentes: Malos malè perdet
 vineā ſuam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fruictus
 temporibus ſuis. Porrò legē Moyſi non mutauit Chriſtus

Luc. vlt. ſed impleuit eam veritate, omnia illa complēs quæ in
 & prophetis & pſalmis de ipſo ſcripta erant.

Beat^o ſte ¶ Accuſabāt autem eum de quatuor blaſphemiae crimina-
phanus ac bus, dicentes eum blaſphemafſe deū, blaſphemafſe Mo-

sen, blaphemasse legem, & blasphemasse templū dei, quæ *cusatores*
omnia sapiētissimè & fortissimè confutauit, integerrima *confutat.*
atque fidelissimā cōfessione, deum, Moysen, legem & tē-
plum dei magnificando. De deo enim ait, ipsum fuisse lo-
quutum patribus, qui est, inquit, deus gloriæ. De moyse,
quod amicus dei fuerit. De lege, quod fuerat à deo data.
De templo autem, quod deo mandante constructum fue-
rat. Quumq; hæc loqueretur, deus insigni miraculo confes-
sionis suæ veritati attestatus est. Sequitur enim:

¶ Et intuentes eum omnes qui erant in concilio, viderunt *Angeli.*
faciem eius tanquam faciē angeli. Et utique angelus erat *ca clari-*
officio, quia nuntius erat volūtatis dei. Fuit autem facies *tas mar-*
sua, diuinit⁹ huiuscemodi angelica claritate decorata. Tū *tyrem cō-*
in testimonium infusi sibi cœlitus luminis sapientiæ. Tum *mendat.*
ad indicium suæ virginalis munditiæ. Per virginitatem e-
nim angelis homines assimulantur. Propter quod etiā ab
ipsis apostolis cōstitutus fuit in ministerio viduarū. Tum
ad confutationem Iudaicæ perfidiæ, qui etiam hūc quem
in angelica specie viderunt, interficere veriti non sunt.
Sed quid filii tenebrarum diuinam in eo lucem reuererē-
tur, qui ipsam lucem mundi extinguere conati, dei filium
iam pridem crucifixerant, qui sceleribus assueti dilexerūt
magis tenebras quàm lucem? Denique in signum suæ de-
propinquo futurę glorificationis, hanc in vultu angelicam
claritatem accepit.

¶ Postquam ergo gloriosus Christi martyr de obiectis sibi
falsò criminibus plenissimè se purgauit, quia filius lucis
erat, redarguit opera tenebrarū, ostendens nihilominus quæ
is qui sine crimine est, idoneus sit arguere delinquentes.
Ait ergo: Dura ceruice & incircūcisi cordibus & auribus,
vos semper spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita
& vos. Dura ceruice, inquit id est superbia rebelles, legis
diuinę iugum nō sustinentes, sed & sub iugo Christi suau-
māsuefcere nesciis. Sicut & eorū patrib⁹ quondā Esa. loquu-
tus fuerat, dicēs: Durus es tu, & neruus ferre⁹ ceruix tua.
¶ Incircūcisi cordibus, vt ostendat carnalem circuncisio-
nem de qua gloriabātur, sine spirituali (quæ est cordis) in-
utilem esse ad salutem. Insuper eos incircūcisos auribus
esse redarguit, quod ad dei verbū obsurduerant. Sequitur:
Quem

*Ioan. 3.**Dura cer-
uice
Iudei.**Esa. 48.*

¶ Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri & occiderunt eos qui prænūciabāt de aduētū iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Qui excepistis legem in dispositione angelorum, & non custodistis.

Quatuor
malitiæ
iudaicæ
gradus.

¶ Verè incircumcisi auribus tam ipsi quam patres eorum qui dei verbū ex prophetis non solum audire non sustulerunt, verum insuper prophetas persecuti sunt, & occiderunt. Quatuor malitiæ iudaicæ gradus pius martyr expressit. Primus est, quod semper spiritui sancto restiterunt. Secundus, quod prophetas persecuti sunt. Tertius, quia eos occiderunt. Quartus, quod detestabiles homicidæ inexplabili scelere dei filium occiderunt. Sed incurrit odium qui gunt criminosos. Sequitur:

iudeorum
furor.

Audientes autem hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.

¶ Furore nimio, ferarum mordacium in morem, minatur in eum dentibus stridebant: quasi impatientes mori quod eum vel dentibus iam iamque discerpere non permitterentur. Dissecabantur, inquit, cordibus suis. Erant enim eorum corda vsque adeo repleta furore & libidine, ut sanguinem effundendi, quod dissecari, id est, in diuersum rumpi vel secari posse putarentur, si non mox operis scelus adimplerent.

¶ Circa tertium principale subditur:

Quum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in cælum vidit gloriam dei, & ait: Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis dei.

¶ Hic commendatur beatissimus Christi martyr Stephanus ab inuicta animi fortitudine, Vnde passionis agone propinquante spiritum sanctum tota mente concipiens, cælum oculis pariter ac mente intendit. Et rectè quidem cælū aspiciebat, qui in terris vndiq; premebat. Sed agone quemadmodum pius dominus cum seruo suo pugnat & ipse pugnabat, quemadmodū salus iustorum à domino & ipse protector sit eorum in tempore tribulationis.

Refrigeri
iuste diuini
nitus indultum.

¶ Aduerte, inquam, quod dulce refrigerium inter persecutionum æstus martyri suo diuina pietas præstitit. Ecce, inquit, video cælos apertos, & filiū hominis stantem à dextris virtutis dei. Omisissis hic quorundam vanis quæstionibus

num videlicet visio illa fuerit spiritualis tantum, aut tantum corporalis, aut spiritualis simul & corporalis, vel solum imaginaria, credamus Euangeliste, & scripturam veritatis simplici fide venerantes, confiteamur pium martyrem visu corporeo dei filium in celo vidisse. Potest enim dei virtus & sapientia Christus, ita se de longinquo (quom voluerit) sicut de propinquo, spectatum humanis oculis exhibere. Itaque qui vitam in terris pro Christo contempsit, in ipsa passione positus premium videt, ut se nouerit vitam meruisse celestem. Vnde ait beatus Augustinus: O beata fidei officina, que tantum exaltasti martyrem, ut ipsam dei conspiceret maiestatem. Videt Christum confitens Christum, moriturus pro Christo, perrecturus ad Christum.

¶ Magnum sane & singulare priuilegium, admirabile & celeste solatium omnium Christi martyrum primicerio concessum. Nam & si martyribus ceteris inter ipsos cruciatus & tormenta, refrigeria multa costet diuinitus fuisse indulta, nulli tamen eorum beatissimi pro martyris Stephani tanti honoris priuilegium cessit. Decebat enim ut inuisibilis iste Christi militum dux & praeuius, qui sui regis triumphum primus hostibus intulit, singulari adiutorio & consolatione muniretur, non modo propter se, sed etiam propter aliorum innumerabilium Christi martyrum cateruam, quae ducem hunc fortissimum fortiter erat sequutura. Ad confortandam ergo beati martyris patientiam celestis regni ianua panditur, & ne innoxius homo lapidandus titubet in terra, Deus homo crucifixus apparet coronatus in celo. Vnde quia stare pugnatis & adiuuatis est, recte a dextris dei stantem vidit, quem inter homines persequentes adiutorem habuit. Nec dissonare cuiquam videatur, quod Marcus eum a dextris dei sedere describit, qui situs iudicantis est, quia & nunc inuisibiliter omnia iudicat, & ad extremum iudex omnium visibiliter adueniet.

¶ Sed nec illud praetereundum est, videlicet, Quom deus & dominus noster Christus, dei & hominis perfectus verusque sit filius, quid est quod hunc beatus martyr hominis potius quam dei filium appellare maluit, cui utique plus gloria videretur delaturus, si eum dei potius quam hominis filium appellare voluisset, nisi ut hoc testimonio Iudaeorum

*Quid de
visioe hac
sic tenen-
dum.*

*Martyriū
primus re-
frigerium
quale ac-
cepit.*

*Christus
cum marty-
ri suo stans
apparuit.*

Mar. ult.

*Cur filius
hominis
dicit.*

dæorum cōfunderetur infidelitas, qui se hominam credidisse, & hunc deū credere noluisse, meminerunt? Ecce inquit, video cælos apertos, & filium hominis stantē. Sed quid ad hanc tam veram quàm piam gloriæ Christi cōfessionem sequutum sit aduerte, sequitur enim:

Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eicientes eum extra ciuitatem, lapidabant.

¶ Præuicacitatem legis, zelum legis se habere simulatē, ideo blasphemie crimen beato martyri impingebāt, quod filium hominis dominum quem illi nuper crucifixerant, dextris virtutis dei in cælo videre se confitebatur. Nā dextera superi sibi falso impositis blasphemias, satis superque iam purgauerat. Vbi etiā patet indefessum odiū Iudeorum aduersus dominū & aduersum Christū eius. Quum enim hunc qui se verè deum operibus cōprobasset de sua diuinitate interrogassent, & ille vt erat mitis & humilis conde, ne se illi per ignorantia excusare possent de tanto scelerē, verā de sua diuinitate sententiā protulisset, dicens:

Quod dudum christo, nunc B. Steph. imponunt

Mat. 26.

Mira in deorum hypocritis.

Dico vobis: A modo videbitis filium hominis sedentem dextris virtutis dei, & venientē in nubibus cæli: cōfessum quasi in eo crimen morte dignum secundum legem reperissent, exclamauerunt? Reus est mortis.

¶ Necdum tamen innocentis filij dei sanguine satiati, & rancore hunc ipsius testem in eius odium, etiā sub falso blasphemie titulo, quasi zelo legis audire eius blasphemias (ipsi se vera blasphemii) non sustinentes, cōtinuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum, vt omnis eorū turba arguatur in necem martyris cōsensisse, & homicidas esse vniuersos, prout superius eos fortissimè hic Christi martyr cōuicerat, vt vniuersos eadem peccata & idem excidium (sicut eis dominus ipse prædixerat) in se constringat: Hierusalem, inquit, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquere vobis domus vestra deserta.

Extra ciuitatē tamen christus quam Stephanus occiduntur.

¶ Proinde sicut extra ciuitatem Christum dominum crucifixerāt, ita & nunc ipsius testem extra ciuitatē eicientes lapidabant.

lapidibus obruendum, vt & ipsi iustè extra ciuitatem suã & terrã eiiciantur. Licet tamen & in hoc scelere iustos se & zelatores legis simularèt. Præscripto quippe legis edicitur, vt qui blasphemauerit nomẽ domini, eiecctus extra castra à populo lapidibus obruatur, quod fortasse nõ tam præceptum fuit, quàm futurę rei vaticinium in ipsos lege promulgatum, qui propter suam in dei filium (vt dictum est) blasphemiam, amissuri locum & gentem in omnem ventum eiiciendi, & graui atque duro à Romanis bello (quasi lapidibus) erant obruendi. Sequitur:

Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum, inuocantem & dicentem: Domine Iesu, accipe spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna, dicens: Domine Iesu, ne statuas illis hoc peccatum.

¶ Ecce concepti facinoris crudelis exequutio. Vbique tamen simulatores & callidi iram dei prouocantes, legẽ se quasi obseruare velle ostentant. Siquidẽ præcepto legis, manus restium in lapidãdo prima erat. Testes ergo vtiq; detestabiles & mendaces, ad scelus nephariũ (necem videlicet innocẽtis) crudeles homicidæ, vt & manus expeditiores, & velociore essent pedes eorũ ad effundendũ sanguinẽ, deponũt vestimẽta sua secus pedes adolescẽtis qui vocabatur Saulus, postea Paulus, vas electiõis, doctor gentiũ, lumen orbis terræ, miro dei consilio futurus, qui & ipse dum erat blasphemus & persecutor, & cõtumeliosus, sicut & ipse de se testatur. Sed misericordiam cõsequutus sum, inquit, quia ignorãs feci, & in incredulitate. Arbitrabatur enim obsequiũ se præstare deo. Hic ergo vt omniũ manibus Christi martyre lapidaret, omniũ lapidatium vestimẽta seruabat. Et lapidabãt Stephanũ, quasi aduenã mundi extra ciuitatem eiecctum (vt iam dictum est) Nõ enim habebat hĩc manentem ciuitatem, sed futuram tota mente quærebat. Et quidem mundi cordis intuitum martyr ad cœlum dirigit, persecutor autẽ duræ cervicis manũ ad lapides mittit. Vnde ait pius quidã versificator:

Lapides Iudæa rebellis

In Stephanum limphata rapis, quæ crimine duro

Saxea semper eris.

¶ Itaque

*Iob. 36.
Deut. 17.
Testes lapidantiũ primi.*

*Saulus in necẽ martyris cõsentit.
1. Tim. 1.*

Hebr. 13.

Arator.

*Martyris
patientia*

Luc. 13.

*Mira cha-
ritas mar-
tyris.*

Luc. 23.

*B. Steph.
quam fue-
rit efficax
oratio.*

Aug. 1st.

Act. 8.

¶ Itaque pius martyr lapidatus, vulneratus, cruore perfusus, non opposuit manum, non emittebat querelam aut vocem gemitus, ut diceret: Heu me dolentem, heu me ætate iuuenem, heu me absque culpa morientem, patriam, parentes, amicos, & mundum hunc violenta morte perdentem, non inquam, hæc vel his similia loquebatur, sed fide firmus & spe inuictus, erectis ad cælum oculis, Domine Iesu, inquit, accipe spiritum meum in cælum ad te, quod apertum vidi. Hic aduerte quod Christus agone passionis pro nobis defudato, ut filius, securè dicit patri: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Stephanus qui seruus, dominum appellat, dicens: Domine Iesu, accipe spiritum meum. Spiritum suum optat seruari, qui corpus suum lapidatus amittebat.

¶ Sed vide & admirare piissimi martyris charitatē. Nam inter ipsa quoque cruciamenta constitutus atque in illa lapidum ruina, quando alius quisque obliuisci poterat, ut charissimos suos, ille domino comendabat inimicos, quæ plus dolens eorum peccata, quam sua vulnera, plus eorum impietatem quam suam mortē. Nam positis genibus, inquit Euāgelista, clamauit voce magna dicens: Domine, statuas illis hoc peccatum. Pro se quidē stans orauit, pro inimicis genua flexit. Ipsorum enim maior iniquitas, maius supplicandi remediū flagitabat. Et quidē mira beati martyris virtus, qui sic & zelo seruebat, ut eis à quibus tenebatur, palam suæ perfidiæ culpas exprobraret, & nihilominus vsque ad eam dilectione ardebat, ut in morte quoque pro eis à quibus occidebatur oraret, Christum dominum imitantem, qui moriens in ligno, crucifigentiū se facinus orans apud patrem excusabat, dicens: Dimitte illis, quia nesciunt quod faciunt. Nec fuit inefficax sancti martyris oratio.

¶ Ait enim B. Augustinus: Ut noueritis quantum ualeat oratio sancti martyris, recurrite nobiscum ad illum adolecentem, qui omnium vestimenta seruabat, & tanquam in sinibus omnium lapidabatur, cui postea dictum est: Saule, Saule, quid me persequeris? Ob hoc quidē debui perdere te, sed Stephanus meus orauit pro te. Nam si martyr Stephanus non sic orasset, ecclesia Paulum non habuisset. Sed ablatum de terra erectus est Paulus, quia in terram inclinatus est.

aud
mus
pred
fed t
Ap
vice
tura,
tur o
hanc

¶ Ob
tui qu
expre
quies
Euāg
occub
rectio
¶ Sing
Christi
Christi
minu
lum
ment
Inuen
domi
cipis
beati
Nā ut
stridie
hoc su
Precla
tamin
ut prin
marty
tum. H
distare
mus et
mnibu
¶ Nec

aud

auditus est Stephanus. Mortuus quidē est carne beatissimus Christi martyr etate iuuenis, multa hominum milia p̄dicatione sua si superuixisset conuersurus ad dominū: sed triumphali martyrio p̄uētus, oratione sua linguam Apostoli Pauli moriens genuit, quæ per orbem terrarum vices suas ignita verbi p̄dicatione in gentibus exequutura, pro se Christum dominum magnificaret. In hac igitur oratione tam vtili, tam efficaci, cum tanto fructu, vitā hanc finiens, aternam inchoauit. Sequitur enim:

Et quum hoc dixisset, obdormiuit in domino.

¶ Obdormiuit, nimirum resuscitandus. Porro beati mortui qui in domino moriūtur, & mox beatitudinis causam expressit, dicens: Amodo enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Pulchrè ergo dicere curauit Euāgelista obdormiuisse potius Christi martyrem quàm occubuisse, nam oblato sacrificio dilectionis, in spe resurrectionis sæliciter obdormiuit.

Apoc. 14.

¶ Singulari verò priuilegio, gloria, & honore, p̄æ cæteris Christi athletis in cælo coronatus est, quod martyrum Christi primus esse promeruit. Eodē enim anno quo dominus ipse passus est, & resurgēs à mortuis ascēdit in cælum, quinto mense à domini passione, tertio scilicet die mensis Augusti, quo ipsius inuentio celebratur, passus est. Inuētum autē fuit mirabiliter sanctum corpus eius anno domini quadringentesimo decimo septimo, Honorij principis anno septimo. Quoniā autem celebrior inuentione beati martyris passio est, mutauit ecclesia diē festiuitatis. Nā vt passionis suæ memoria solennius celebraretur, post diē natalis domini ecclesiastico instituto veneratur. De hoc suæ prioritatis iam dicto priuilegio beatus Aug. ait: P̄clarus athleta dei adiurus spiritu Christi ad stadiū certaminis prior exiuit, & tātæ victoriæ adeptus est gloriā, vt primus acciperet coronā. Miles Christi fidelis, signifer martyrum fortis, post Christum martyrij mēruit principatum. Hinc rursus beatus Maximus in sermone, ait: Si quid distare inter martyres potest, p̄cipuus videtur qui primus est. Mortem enim quam saluator dignatus est pro omnibus pati, hanc iste primus reddidit saluatori.

Tēpus passionis eius.

August.

Martyriū

primus.

sanctus

Maximus

Obiectio

soluitur.

Matt. 2.

Mar. 6.

¶ Nec obstat priuilegio sui prioratus quod & sancti innocentis,

G

nocentes,

nocētes, & beatissimus Christi baptista Ioannes ante ipsum post natum saluatorem passi sunt.

¶ Quia ipse post testamenti veteris consummationem & inchoationem noui (quæ à Christi passione facta sunt) Ioannium primus pro Christi confessione cōstanter mortem pertulit. Primus insuper martyrū ipse fuit qui mox à martyrio ad cælū euolauit. Tunc enim ianua regni per crucem Christi aperta patebat. In cuius rei fidem viuēs adhuc credere se cōfessus est cælos apertos, vt dictū est. Poterunt nocentes, & si propter Christū passi sunt, Christum tantum non sunt cōfessi, nec etiā per mortem ad regnum, sed ad inferos migrauerūt. Similiter nec beatus Ioānes Baptista morte sua cōfessim ad cælos, sed potius ad inferos eadem ratione transiuit. Qui etiam non pro fide, sed pro iustitia mortuus est, videlicet quia arguebat Herodem.

beati Stephani ab euangelista descriptū martyrium. Actū. 12.

¶ Proinde nō parum illud adiicit ad huius sancti martyrii dignitatem, q̄ à beato Luca Euāgelista in scriptura sacra diligēter & seriatim descriptū est, hoc enim de nullo scriptorū reperies. Nam & si de morte sancti Iacobi maioris in eodem libro mētio fiat, hoc tamen per occasionem raptim, summatim nō seriatim factū esse constat. Nihil enim aliud de eodē Apostolo memoratur, nisi q̄ his verbis exprimitur, videlicet: Occidit autem (nimirum Herodes Agrippa dictus) Iacobum fratrem Ioannis gladio.

DE BEATISSIMO IOANNE
Apostolo & Euangelista.

Cant. 2.

Dilectus meus mihi, & ego illi.

¶ Dicta sint hæc verba ex persona domini saluatoris de suo loquētis electo atq; dilecto discipulo beato Ioanne Apostolo & Euangelista, ad cuius honorem & gloriā nihil digni⁹ afferri posse arbitramur, quod id quod verbis præmissis significatur, dilectus meus mihi, & ego illi. Nā quid maius, quid desiderabilius, quid glorio-

Ioannes discipulus præ cæteris à domino dilect⁹

sius, quàm summo & soli omniū dño esse dilectū, & vsque dilectum, vt non sit inuentus similis eius? De quo quippe in scriptura veritatis ita expressum reperimus testimoniu, sicut de hoc beatissimo sancti Apostolo Ioanne, q̄ nō semel, sed sæpe repetitis verbis discip-

discipulo
¶ Ta
sto d
pulu
beat
ra ou
Ioan
rabat
minu
Resp
hoc i
quam
sus. H
sue di
vt hoc
ferat,
ctētes
ad cog
ret. Ita
Christ
Iesu ac
tiō, de
D
¶ Dile
quasi d
sim ab
diligun
nem) o
git crea
bra vni
Notādū
hil aliud
aliquid
ipsius vo
gis vel
amat qu
eodē mō
ptum est
sti. Alio
discip

discipulus ille dicitur, quem diligebat Iesus.

¶ Tam multa nepe peculiaris indicia amoris huic à Christo dignater exhibita sunt, vt etiam inter apostolos discipulus quē diligebat Iesus vulgò appellaretur. Vnde quū beatus Petrus post domini resurrectionē iniūcta sibi cura ouium atque agnorū Christi interrogaret dominū de Ioanne (quem in hoc ministerio cōsortem habere desiderabat) & diceret: Domine, hic autem quid? Respōdit dominus: Sic eum volo manere donec veniam. Quid ad te? Respōdetur ergo ei qui fortassis, vel in cogitatione sua, hoc idē tacitus interrogat, dicēs: Hic autē quid? Huic, inquam, sic respōdetur: Hic est discipulus quē diligebat Iesus. Hic est quem redemptor noster ad declarandā mūdo suę diuinitatis essentiā, quasi quoddā organū fecit, atque vt hoc suppleret quod ad tēpus ipse dispēsatiuē suppresserat, vicariū dereliquit, vt quū homines tanquā primò lactētes firmiora iam in via veritatis vestigia fixissent, eos ad cognoscendā diuinę essentię celsitudinem promoueret. Itaq; in cōsequentibus dicēdum est. Primò de mutua Christi & ipsius B. Ioannis dilectione. Secūdò, de Christi Iesu ad Ioannem dilectionis multiplici ostēsiōe. Et tertio, de admiranda ac fœlici ipsius consummatione.

De mutua Christi, & beati Ioannis dilectione.

¶ Dilectus meus mihi (inquit dominus Iesus) & ego illi, quasi dicat: Ego noui, & quod ipsum diligo, & quod vicissim ab illo dilectus sum. Porro nō æqualiter omnia à deo diliguntur. Nam (vt ait beatus Augustinus super Ioannem) omnia diligit deus quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales, inter quas amplius quę sunt mēbra vnigeniti sui, & multò magis ipsum vnigenitū suum. Notādum proinde est, quod quum amare quempiam nihil aliud sit quàm illi velle bonum, duplici ratione potest aliquid magis vel minus amari. Vno modo ex parte act⁹ ipsius voluntatis in amante, secundum quod est vel magis vel minus intensus. Et sic deus non magis quædam amat quàm alia. Omnia enim amat vno & simplici, & eodē modo semper se habente actu voluntatis. Vnde scriptum est: Diligis omnia, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Alio modo ex parte boni quod quis vult amato. Et sic

Ioan. vii.

*August.
Non omnia deum
æqualiter
diligere.*

Sapient. 12.

dicimur illum magis amare cui præ cæteris maius bonum volumus. Et hoc modo cõcedendum est deum plus velle altero diligere. Quum enim dei beneuolentia seu amor causa sit bonitatis rerum, non esset vna res alia melior deus vni quàm alteri maius bonum non vellet.

*Acceptio
persona-
rũ vbi lo-
cũ habeat*

Mat. 20.

Simile.

*Vtrũ ma-
gis dilexe-
rit Chri-
stus Petrũ
an Ioan-
nem. vlt.
Prou. 8.*

¶ Nec tamen propter hoc sequitur personarum acceptio-
nem esse apud deum, quæ nequaquam habere locum po-
test in gratuita, liberali & volũtaria distributione quocun-
que bonorũ: sed tantum in dispensatione debita & nec-
cessaria, vbi videlicet id quod datur ei, datur cui debet
vel cui à superiori dari iubetur. Deus autẽ nec superior
habet, cui in distribuẽdo suæ largitatis dona obsecundo
nec cuiquam debitor esse potest. Vnde & hinc murmurati
respondẽs, dicit: An non licet mihi quod volo facere?
An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Si enim
quis pecuniam suam gratuito dispartiẽs egenis, vni
quàm alteri largiatur, nequaquã propter hoc cõsensus
acceptor esse personarũ, quũ neq; in eo qui accepit me-
tum vllum, vt pecuniã acciperet, neq; in eo qui erogã
largiẽdi debitũ, quo pecuniã suã elargiri cogeretur, ac-
cesserit. Sicut ergo in hoc casu donator vltro neus ac-
ber, vni plus alteri impartiẽs de personarum acceptio-
iudicãdus non est, sic nec deus diuersa atq; disparia co-
turis suis dona sua dispartiẽs, personarũ acceptor dicitur
test. Porro quur excellẽtius cõdiderit angelos quàm
mines, homines quàm bruta, leones quàm formicas, pa-
las quàm passerẽs, nõ est nostrum iudicare, sed id potius
nostra interest, videlicet multo magis iam ipsius sapiẽtia
extollere, bonitatisque illius affluentiam commendare.

¶ Si quis ergo occasione dilectionis Christi ad Ioannem
fortasse interrogauerit, vtrũ magis dilexerit Christus
trũmne, an Ioannem: ex eo præsertim quòd quum Petrus
tertiò iam de amore interrogasset, dicẽs: Simon Ioan-
diligis me plus his, videlicet cæteris tũc præsentibus
stolis, & etiam ipso Ioanne, & ille nihil mentitus respõ-
deret, dicẽs: Domine, tu omnia nosti, tu scis quia amo-
quam nihilominus amoris professiõne Christus ipse
corda nouit acceptans, ouilis sui curam illi mandare
alibi dicat: Ego diligentes me diligo, quum hunc be-

Petrũ
cæteris
xerit.
qua n
¶ Pr
iam d
le, & n
tum n
charit
magis
piteri
est, qu
cælest
¶ Sed
faria
esse
exter
Petro
discip
loqua
qui el
cæter
ergo
lectio
& qu
vt di
quæ i
specia
de Pe
terior
accep
tionis
Bern
fortiu
¶ Ioan
rius.
iam d
curam
Petrũ

Petrus plus cæteris dilexerit, num etiam Christus ipse præ cæteris diligentem, plus cæteris & etiam ipso Ioanne dilexerit, præsertim quum non Ioanni, sed Petro ecclesiam, pro qua mori voluit, regendam commiserit.

¶ Pro huius quæstionis solutione, notandum quoddam, (sicut iam dictum est) quum diligere quempiam, sit ei bonum vellet, & magis diligere, sit maius bonum velle dilectio, incertum nobis est, uter horum plus Christum dilexerit amore charitatis. Similiter incertum est, quem horum Christus magis dilexerit, volens ei maiora præmia beatitudinis sempiternæ: hæc enim indagare præsumptuosum & temerarium est, quum hoc nullus omnino mortalium sine reuelationis cælestis oraculo scire possit.

Responsio.

¶ Sed (ut beatus Augustinus super Ioannem scribens ait) bifaria est dilectio. Vna, fortis in signo exteriori. Altera, in effectu interiori. Si ergo loquamur de dilectione in signo exteriori, magis diligebat Ioannem, quia maiora ei quam Petro familiaritatis indicia exhibebat. Vnde (ut dictum est) discipulus quem diligebat Iesus palam appellabatur. Si verò loquamur de dilectione quantum ad interiorum effectum qui est maioris gratiæ collatio, videtur prætulisse Petrum cæteris omnibus Christum ardentius diligentem. Possumus ergo dicere, quod Petrus Christum amplius dilexit, ea dilectione quæ ab ipso Christo in membra eius protenditur, & quod ob hoc ei ecclesiam suam regendam commiserit ut dictum est. Ioannes verò plus Christum dilexit dilectione quæ in Christo sistit, quamobrem ei curam suæ matris, quæ specialius ad personam ipsius spectabat, commendauit. Vnde Petrus plus diligebatur à Christo, quantum ad effectum interiorum, quia donum amplioris charitatis à deo collatum accepit. Ioannes autem magis diligebatur quantum ad dilectionis signa in exteriori familiaritate. Dicit autem beatus Bernardus, quod Petrus dilexit feruentius, & diligebatur

Bifaria dilectio.

Bernardus

¶ Ioannes verò diligebat dulcius, & diligebatur familiarius. Proinde Petrus magis diligebat deum in proximis (ut iam dictum est) Ioannes magis in se. Vnde Petrus accepit curam regiminis, Ioannes gratiam contemplationis. Ideo Petrus efficaciorum habuit gratiam ad laborem actionis.

Propter ¶ Tria autem in Ioanne cōmendantur, quibus tam fam-
hæc Ioan liarem domini dilectionē promeruit, videlicet, atas, ve-
nes dile- ginitas, & erga Christum charitas. Primū itaque atate
ctus. nerior Ioannem Christo cōmendabat. Res enim deo ge-
Prou. 22. tilsima & vtilissima est homini ab ineunte ætate viuen-
Thren. 2. deo. Adolefcēs quippe iuxta viā suā, etiā quum senue-
Eccle. 12. rit non discedet ab ea. Vnde & Ieremias ait: Bonū erit vi-
Matt. 19 quum portauerit iugum domini ab adolefcētia sua. Ergo
Matt. 4. Memento creatoris tui in diebus iuuetutis tuæ. Hinc re-
 sum ipse dominus ait: Sinite paruulos venire ad me, & a-
 lite ꝑhibere eos, taliū est enim regnum cœlorū. Ioannes
 enim dum adhuc adolefcens erat, vocatus à Christo cum
 Iacobo fratre suo relictis omnibus sequutus est.
Ioannis ¶ Fuit autem Ioannis triplex vocatio, prout in Euangelio
triplex legimus. Primū enim vocatus fuit ad aliquale Christi
vocatio. notitiā. Creditur enim alter illorum fuisse, de quibus ipse
Ioan. 1. scripsit, dicēs: Erat autem Andreas frater Simonis Petri
 vnus ex duobus qui audierūt à Ioāne & sequuti sunt eum
 scilicet Christū. Nomē alterius discipuli tacuit, quia magis
 est eorum qui scripturā sacrā nobis tradiderunt, vt si quod
 do sui propter veritatē & seriem narrationis meminisse
 cogātur, ꝑprio nomine suppresso de se quasi de aliis lo-
 quātur, quod etiā Ioannes in plerisque locis obseruā-
 scipulū duntaxat sese nominauit. Similiter & hīc tamen
 nomen suum nō expressit, vero simile tamen est quod fuerit
 ipse cū Andrea, quod vel ex hoc maximē ꝑsumitur, quod
 gestæ rei circūstantias loci & temporis (nempe qui tunc
 nia præsens & vidit & audiuit) tam distinctē descripsit.
Ioannem ¶ Secundò, vocatus fuit ad Christi familiaritatem, de qua
vocatum vocatione beatus Hierony. in prologo super Ioannem
fuisse à cit: Hic est Ioannes Euangelista vnus ex duodecim disci-
nuptiis. pulis Christi, qui virgo electus est à deo, quem de nuptiis
Hierony. volentem nubere vocauit dominus. Nuptiæ istæ potest
Ioan. 2. fuisse illæ quæ factæ sunt in Cana Galilææ, quibus etiam
 Iesu mater interfuit, quod hinc ꝑsumitur. Tum quia
 legimus Christum aliis nuptiis interfuisse. Tum quia ma-
 ter Iesu tanquam propinqua erat ibi. Siquidē Christi ma-
 ter & mater filiorum Zebedæi sorores erant.

¶ Ter-
 cens:
 tri) vi-
 fratre
 tes in
 & pat-
 ¶ Alto-
 erat v-
 mē se-
 conti-
 tuam
 ¶ Sunt
 diliga-
 ne an-
 bi cor-
 matre
 fultit.
 ¶ Vno
 ne vi-
 & qua-
 gi, ill-
 propi-
 accip-
 giner-
 tre fo-
 dem
 pore:
 adole-
 viuer-
 gii fo-
 que p-
 beati
 ram c-
 confo-
 ratio-
 ¶ Pos-
 lem,
 nia te-
 sibim-

¶ Ter-

¶ Tertio, vocatus est ad apostolatū vt Matthæus refert, dicens: Procedens inde (nimirum à vocatione Andrea & Petri) vidit duos alios fratres, Iacobum Zebedæi & Ioānem fratrem eius in nauī cum Zebedæo patre eorum reficientes retia sua, & vocauit eos. Illi autē statim relictis retibus & patre sequuti sunt eum. *Mat. 4.*

¶ Alterum quod Ioannem Christo commendabilem fecit erat virginitas. Placēt enim deo honesta cōnubia legitime seruantes, sed multo magis placent propter deum se continētes. Maximē verò qui in carne corruptibili perpetuam incorruptionem meditātes, virginitatis decore amplectuntur. Nec mirum est si virgines à Christo peculiarius diligantur, quum amicitia causa similitudo existat, & omne animal diligat sibi simile, & omnis caro ad similem sibi conuertatur. In Christo enim domino nostro & Maria matre eius virginitatis propositum & virtus, primum effulsit. *Propter virginitatem, peculiari⁹ placuit. Virginitas cōmēdatur. Eccle. 13.*

¶ Vnde B. Hierony. ad filiam Mauricii de commendatione virginitatis scribens, ait: Vt virginitatis meritū pateat, & quā sit digna deo virginitas manifestius possit intelligi, illud recogitetur, quòd dominus & saluator noster quū propter humani generis salutem hominem dignaretur accipere, non alium quā virginalem elegit vterum. Virginem habuit matrem virgo māsurus. In se viris, & in matre fœminis, virginitatis præbuit exemplum. Et rursus idem ait: Grāde est & immortale & pene vltra naturā corpoream, superare luxuriam, & concupiscentiæ flammam adolescentiæ facibus æstuātem animi virtute restringere, viuerēque cōtra humani generis legem, despiciere coniugii solatia, dulcedinem contemnere liberorum, & quacūque præsentia vitæ commoda sunt, pro nihilo spe futuræ beatitudinis computare. Quid proinde decorum magis coram deo & hominibus virginitate, quæ homines angelis conformat? Quā pulchra (inquit Sapiens) est casta generatio cum claritate? *Hierony. Idem. Sap. 4.*

¶ Postremum denique quod Ioannem Christo fecit amabilem, id fuit, videlicet, quòd Christum ipse plus quā omnia temporalia bona dilexit, quæ hunc patri & matri, imò & sibi metipsum magna vi amoris antetulit. Omnibus quippe *Christum vt Ioannes dilexit.*

Ioan. 19. dimissis ipsum solum habere voluit patrem, dominum, magistrum. Dilectionem hanc erga Christum vel tunc obdidit, quando ceteris apostolis fugientibus & abscondentibus se formidine mortis, ipse intro in atrium principis sacerdotum quantum valuit de propinquo sequutus, etiam in cruce cum Maria matre Iesu vnus ex omnibus contempto terrore mortis, amore vires & animos ministrante, que in finem perseverauit. Vt enim Salomō ait: Omnitempore diligit qui amicus est, & frater in angustiis combatatur. Non sic amicitia ficta hominum mundanorum, de qua per Sapientem dicitur: Est amicus secundum tempus sed (id est, tempus prosperitatis amici, qui videlicet vitur amicus ad lucrum & commodum suum) & non permanebit in die tribulationis. Quem enim prosperitas fecit amicum, fortunium faciet inimicum. Et est amicus, inquit, qui conuertitur ad inimicitiam. Hic est qui augefcente amici prosperitate aduersus illum inuidia stimulat. Et est amicus qui odium & rixam & conuitia denudabit. Hic est qui alterius secreta sciat & noceat, simulat se amicum. Et est amicus socius mēse, & nō permanebit in die necessitatis. Hic est cuius amicitia fundat̄ super bono delectabili, quod delectatione cessante confestim dissoluitur.

¶ Sequitur: Amicus si permāserit fixus, erit tibi quasi cognatus. Et rursus: Si possides amicum, inquit, id est, vis possidere & experiri, in tentatione posside illum, quomodo Christus dominus amicos suos ad perpetuam illorum gloriam probare consuevit, sicut in S. Iob apparuit, quem dominus perseveraturum prænoscens, sciens nihilominus quod non esset ei similis in terra, in exemplū posterorū, satanæ permisit vsque ad dō diuexandum, vt nil reliquum supererit videretur, quod mentem humanam vltius posset exciari. Sic & modo amicos suos Christus rebus exercit aduersis, & constantiam eorum experitur. Sed quotus quisque iam est in quo non propheta: verbum verificetur quod ait: Cōfitebitur tibi quum benefeceris ei: In aduersis quoque plerique deficiunt & desipiunt, vel fracti impatientia vel concupiscentia abstracti & illecti.

¶ Apparuit proinde beatissimi Ioannis erga Christum ardētissima charitas in eo vel maximè, quod propter Christum amorem

Amicorum generum quadruplex.

Prou. 17. Eccle. 6.

Quando experiri possis amicum.

Iob. 1.

Psal. Ioannis propter Christum agones.

am
For
den
enir
fla
tis
ciui
lis
sibi
quid
mar
sang
est
fui
te
mar
tur.
se
ni,
si
De
Fig
ctun
& ip
nem
delic
tion
Pri
uerfa
cum
goga
tem
figur
sua p
deret
dictis
re pri
quod
intern

amorem diuersis & multis se pœnis & tormētis exposuit. *Cant. 8.*

Fortis enim est vt mors dilectio, imò fortior : quandoquidem propter dilectionem mortem homo contemnit. *Act. 5.*

enim (vt Lucas meminit) grauiter à Iudeis in Hierusalem flagellatus. Post iubente Domitiano Imperatore in feruentis olei dolium missus, in exilium relegatus, quod mors ciuilis est. Itē veneno potus, à cuius vi mortifera sub oculis suis iam duo viri extincti morte iacebant. Vnde etiam *Mat. 29.*

sibi & fratri suo Iacobo dictum fuit à domino : Calicem quidem meum bibetis, quod nimirū de futuro vtriusque martyrio dictum esse constat. Et licet (hunc deo seruante) sanguinem eius persequutor non fuderit, perspicuū tamē est eum voluntate calicem domini bibisse, nec animū defuisse martyrio. Idem p̄inde compassionis gladius in morte Christi, Mariæ & Ioannis animā pertransiuit, vt eodem martyrii genere Maria & Ioannes nō immeritō censeantur. Quisquis ergo à Christo amari desyderat, amet & ipse Christum. Frustra enim ii qui à Christi amore sunt alieni, ad illam aspirant futura vitæ fœlicitatem, quæ non nisi deum diligentibus est repromissa.

¶ De ostensione dilectionis Christi ad B. Ioannem.

¶ Ego, inquit dominus, diligentes me diligo (vt suprâ dictum est) & quò ardentius dominū diligimus, eò amplius & ipsi vicissim ab illo amamur. In tribus autem erga B. Ioannem dilectionem suam dominus magnificè declarauit, videlicet: In conuersatione, In exaltatione, & in commendatione suæ dilectæ genitricis. *Christi ad Ioannē dilectio patuit.*

¶ Primum patet, quia familiariter & benignè cum ipso cōuersari dignatus est. Ipsum nanque secum esse voluit, vnà cum Petro & Iacobo in resuscitatione filiæ principis synagogæ. Ipsum etiam cum eisdem assumpsit & duxit in montem excelsum, vbi coram eis in gloria claritatis suæ transfuratus est. Similiter & dum imminente iam passione sua patrem oraturus ad secretiora montis Oliueti procederet, non nisi Ioannem cum reliquis duobus apostolis iā dictis habere secum voluit. Sed super hæc omnia singulare priuilegium gloriæ suæ est, cui non communicat alter, quòd in nouissima cœna super pectus domini recubuit, *Mat. 9.*
Mat. 17.
Mat. 26.
Ioan. 13.
interrogās eum familiariter & dicens : Domine, quis est
qui

IN FESTO

qui tradet te? Hic, inquam, ille est qui solus recumbens supra pectus dominicū, à domino tacitè edoctus est quis ei esset traditurus, sicq; resūbenti reuelata sunt secreta cœlestia, de quibus postea dicebat: Quod fuit ab initio, quod audiuius, & quod vidimus, & manus nostræ cōtractauerūt de verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidim⁹ & testamur, & annūciamus vobis vitā æternā quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. O admirandā saluatoris erga Ioannē dilectionis benignitatē. Dulciter sanè hunc in sinu suo deprendet, & cor eius lumine suæ sapiētīæ intimius perlustrat.

¶ Secundò, dilectionem suam Christus erga Ioannem ostendit in ipsius gloriosa exaltatione. Exaltauit enim illū apud proximos suos. Quum enim Christus dominus in cœlum conscendens dederit, quosdam quidem apostolos, quoslibet autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorū in operibus ministerii, in ædificationem corporis Christi, quum, in quibus singula singulis gratiæ suæ munera contulerit, vnum locum dilectum suum omnium gratiarum muneribus cumulatum præ ceteris noscitur honorasse. Fuit enim ex decem electis apostolis vnus. Fuit virgo cum virginibus, fuit propheta cum prophetis. Vidit enim in Pathmos insula (in quam fuerat à Domitiano principe ob domini testimonium relegatus) Apocalypsim, id est, reuelationem infinita futurorum mysteria continentem. Ibi enim prophætico lumine irradiatus scripsit quæ futura erant prout euuinitus reuelata accepit. De qua prophetia ipse in eiusdem libri initio ait: Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Hinc etiā B. Hieron. ad Paulinum scribēs ait: Apocalypsis Ioannis continet sacramenta quot verba, parum dixit, & pro merito luminis, laus omnis inferior est. In singulis enim verbis multiplices latent intelligentiæ.

¶ Fuit etiā Ioannes cum doctoribus doctor, prædicans & Epistolas scribendo, quibus totam ecclesiam tam in ordine quàm moribus instituit. Fuit martyr cum martyribus promptitudine voluntatis, vt dictum est. Et licet martyrii morte perficiatur, nihilominus tamen quia voluntati illa adiit quæ naturaliter solent inferre mortem, ma-

I. IOAN. I.

*Ioanis p
Christum
mirasubli
matio.*

Eccle. 15.

Ephe. 4.

Apoc. 1.

Hieron.

tyrii
¶ Fu
miu
auib
sta
¶ Sc
stis a
cont
tum
quar
ait: A
min
gesta
nubi
obtu
Dam
pien
omn
& no
cœle
tis at
que
se. A
gene
nes
super
deum
creat
& cau
quod
test v
tis ill
mund
hebet
tellig
¶ Scri
etiam
secun
in trib

tyrii premio non fraudatur.

¶ Fuit proinde cum euangelistis & ipse Euangelista eximius, figurat⁹ in Ezechiele per aquilam, quæ sicut cæteris *Exec. 1.* auibus acutioris est visus, ita nimirum hic beatus Euangelista in rebus diuinis clarioris intelligentiæ lumen accepit.

¶ Scripsit autem cæteris sublimius. Aliis enim Euangelistis ad scribendum Christi humanitatem intentis, ite ad *Scripsit* contemplandam, describendamque ipsius diuinitatē quan *cæteris su* tum fas est, ascendit. Facies aquilæ, inquit, desuper ipsorū *blimius.* quatuor. Hinc B. August. lib. de concordia Euangelistarum *August.* ait: Alii tres Euāgelistæ sicut animalia gressibilia cum domino gradiuntur in terra, quia eius temporalia edisserunt gesta. Ioannes verò vt aquila cum domino volat in aëra, & nubila humanæ mentis pertransiēs, irreuerberatæ mentis obtutu sublimis verbi diuinitatem speculatur. Et Petrus Damianus in ser. Hanc, inquit, super eminentem diuinæ *Petrus* pietatiæ gratiam ex illo cælesti gazophilacio in quo sunt *Damia.* omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi, traxit, & non immeritò, vt qui carnis sibi amputauit illecebras, *Colo. 2.* cælestium epularum deliciis fruereetur. Et illuc acie mentis attingeret, quò non propheta, nò patriarcha, non denique quisquam ab ipso mundi exordio cognoscitur aspirasse. Ascendit certè super Cherubim & volauit. Vnde & origenes super illo: In principio erat verbum, sic ait: Ioannes Theologus omnem creaturam visibilē & inuisibilem superat, & omnem intellectum penetrat, & deificatus in deum se deificantem transit. Omnem quippe supergressus creaturam vltra esse creatum in rerum omnium principiū & causam mente conscendens, audiuit vnum verbum per quod facta sunt omnia, & licuit ei hoc loqui, quātum potest verbis humanis prædicari. Porrò quòd ad tātam mentis illustrationem peruenit, carnis integritas promeruit & munditia virginalis. Sicut enim carnis voluptas ad mētis hebetudinem, ita & per oppositum castitas disponit ad intelligentiæ subtilitatem. *psal.* *Orige.*

¶ Scripsit non modò cæteris sublimius, vt dictum est, sed *Scripsit* cæteris p etiam perfectius, supplēdo quod ab aliis fuerat omissum, *fectius ti* secundum quod dicit Hieron. in lib. illust. virorum. Et hoc *pliciter.* in trib⁹. Primò, quia à tempore ipsius surrexit error Ebionitarum *Hieron.*

nitaram

Ebionite nitarum, qui dicebant Christū fuisse hominem purū & a-
Ioan. 1. te Mariam non fuisse, cōtra quos Ioannes in principio sui
 euangelii ostendit Christi diuinitatem, qua ab æterno Ma-
 riam & omnem creaturam præcessit.

¶ Secundò, quia quum Ioannes legisset Matthæi, Marci
 & Lucæ volumina, probauit quidem quæ scripserant, ve-
 runtamen quoniã tantummodo illius anni historiã reuo-
 rant in quo post incarcerationem Ioannis dominus passus
 est, etiam superioris anni (quo nõdum traditus erat) gesta
 narrauit.

Helinadus.

¶ Tertio, quia solus ipse nouissimum illum Christi sermo-
 nem quem post egressionem Iudæ proditoris discipulo
 suis loquutus est, literis commendauit. Resert Helinadus
 quòd quum Ioannes ab episcopis Asiæ rogatus scripturam
 esset Euangelium, ieiunium indixerit vt rogarent se digni
 scripturam. Fertur autem & ipsum pro illo loco in quo
 uina scripturus secesserat orasse, vt nullas huic insistenti
 peri vëtorum, aut imbrum iniurias pateretur. Hanc quo-
 que eidem loco vsque hodie reuerentiam elementa serua-
 re dicuntur.

*Ioanni
 Maria cõ
 mēdatur.*

¶ Tertio, dominus se Ioannem peculiariter diligere ostē-
 dit in suæ matris commendatione. Videbat enim in cruci-
 moriens dominus materni cordis angustias, quæ talem
 filium tali morte vitam finire cõspiciebat, cui & ipse vic-
 sim compatiens, & curam illius habēs, vicarium, filiū pro

Ioan. 19.

femetipso Ioannem ei assignauit, dicens, Mulier ecce filius
 tuus. quasi dicat: Hactenus in hoc mūdo me filium habu-
 sti, sed quia iam ex hac vita mihi demigrādum est, te deli-
 tutam & orbem nolo derelinquere, Ioannem dilectū me-
 quem ex nūc tibi filium instituo, & nihilominus per hoc
 mihi assero fratrem, tibi loco mei obsequuturum assigno.
 Deinde ait discipulo: Ecce mater tua. quasi dicat: Esto
 qualem me illi fuisse nõ ignoras. Nulli autem discipulo
 magis conueniebat sacratissimam virginis matris pu-
 blicæ tiam commendari, quàm virgini (vt Hiero. ait) vt esset
 inuicem grata societas, & floridus aspectus.

*Ioannis vt
 Christi
 frater.*

¶ Magnum profectò & honorabile est Ioannis hoc pro-
 ui legium, quo & Mariæ filius, & domini frater peculiariter
 factus est. Nihil matre sua charius in hoc mundo de-

min

minus habebat. Vnde & nequaquam cuius alij quàm illi qui erat omnium dilectissimus, decebat hâc cōmendari. Itaq; vt B. Ambro. ait, author humani generis in cruce pēdens pietatis officia diuidebat. Persequutionē apostolis, pacē discipulis, corpus Iudæis, patri spiritum, virgini paranympum, latroni paradysum, peccatoribus infernum, pœnitentibus veniã legauit. Tu itaque ò Ioannes ad hoc deligeris vt obsequaris Mariæ ea dilectione qua filius, ea obedientia qua discipulus, ea subiectione qua minister & famulus. O Ioannes ter quaterque beate. Petro cōmendatur ecclesia, tibi Maria. Illi tumultuosa negotia, tibi domini mater pacifica & quieta. Itaque archâgelo Gabrieli ad custodiã matris domini Ioannes socius datus est, vt ille intactam virginem inuisibiliter custodiret, iste forinsecus fragilitati fœminæ obedientiæ suæ ministerium exhiberet. Qui quantò familiarius cum matre verbi cōuersatur, tantò vicinior verbo reperitur.

¶ De fœlici beatissimi Ioannis consummatione.

¶ Admirabili sanè & fœlici fine beatissimus hic Christi Apostolus & Euangelista mortalem hanc vitam finiuit. Cuius cōsummationem præcedentium gloria miraculorum magnificè cōmendat. Plurimis enim ante mortē miraculis, & signis claruit admirandis. Nâ (sicut dictum est) in feruentis olei dolium cōiectus, ingenti miraculo exiuit illæsus. Occiso proinde Domitiano, dum à relegatione exilij in Pathmos, Ephesum rediret, Drusianam sanctã quæ ipsius instituto quasi pauperum mater, continenter & sanctè vixerat, mortuam efferebant. Ad quam (ob eorum qui aderant preces & lachrymas) quasi adhuc viuētem sanctus Apostolus loquutus est, dicens: Dominus Iesus Christus suscitet te Drusiana. Surge & vade in domũ tuam, & para mihi refectionem. Statim illa surrexit, ita vt sibi videretur quòd de somno excitasset eam. Illic etiam Cratonẽ philosophum & duos iuuenes locupletissimos conuertit ad Christum, viso ingenti miraculo quo duæ gemmæ preciosissimæ ad vanum populi plausum coram omni multitudine in exemplum contemptus diuitiarum confractæ & comminutæ, orante Apostolo Christi, diuina virtute in suis manibus mirabiliter reparatæ sunt. Ibidem

*Ambrosius
Pietatis
officia in
cruce christi
distribuit.*

*Virtutes
per Ioan.
factæ recē
sentur.*

dem iuuenem qui mortuus efferebatur ad preces matris reuocauit ad vitam.

*Ephesia
Dianæ tem-
plum orbi
famosum.
Elin. li. 36*

¶ Sed & hoc prætereundū non est q̄ ipso orate templum Ephesiæ Dianæ orationis suæ virtute corruit, & famosum illud Dianæ simulachrum cōminutum est. Quod quidem templum nō modò toti Asiæ famosum, imò etiā orbi terrarum admirandum fuit, de quo Plinius refert, dicens:

¶ Græcæ magnificentiæ vera admiratio extat templum Ephesiæ Dianæ, ducentis viginti annis factū à tota Asia solo id palustri fecere, ne terremot⁹ sentiret, aut hiatur meret. Rursus ne in lubrico atq; instabili fundamēta tantæ molis locarētur, ante calcatis ea substrauere carbonibus, deinde velleribus lanæ. Vniuerso templo longitudo est quadringentorū, vigintiquinque pedum, latitudo ducentorum viginti. Columnæ centum vigintiseptem, à singulis regibus factæ. 60. pedum altitudine. Hæc ille.

¶ Hoc autem tantæ pompæ delubrum diaboli, beatissimi Ioānis precatōne (vt est dictum) subuersum est. Veneni post hoc sibi ab Aristodemo eiusdem templi antistite perpinatum (vt supra memoratum est) quod & duos bibentes paulò ante extinxerat facto signo crucis innocuè bibentibusque eiusdem vi veneni mortuos, oratiōe & tunica super eosdem defunctos ab Aristodemo posita restituit morte rediuiuos. Hęc & alia cōplura fecit, prout Isidorus narrat lib. de vita & obitu sanctorū. Quibus actis, Asiam repleuit ecclesiis, & innumeros ad Christi fidē cōuertit.

Isidorus

¶ Quum enim ipse iam dictus pontifex idolorum Aristodemus iussus à Ioāne (lethiferiā victore veneni) ipsi vestē super illos duos veneno extinctos posuisset, dicens (prout à Ioanne præscriptū habebat) Apostolus dominus nostri Iesu Christi misit me, vt in eius nomine resurgatis, vt cognoscāt omnes quia vita & mors famulantur domino Iesu Christo, & illi continuò resurrexissent ad vitam adorās Ioannem, festinus perrexit ad proconsulem, & clamorosa voce cœpit dicere: Audi me proconsul: Memorē te puto quòd cōtra Ioannem frequenter iram tuam excitauī, & multa mala cōtra eum egi, vnde vereor nē irā eius experiar, est enim deus sub hominis specie delitescens. Nā venenū bibens, nō solū ipse incolumis perseuerat,

sed
tuni
tis h
ciam
veni
Tun
tiam
ctio
hebd
eos.
la &
gerun
runt
felic
qui so
¶ Qu
posito
perij
sus C
temp
Surgē
mini
tura
est. V
in ecc
mo p
vsque
¶ Post
terran
pandi
uium
mine
deside
scitatu
æterna
tua in
gauri
liberes
¶ Et cu

sed

sed etiā eos qui veneno mortui fuerāt, per manus meas tunicæ suæ cōtactu suscitati viuunt, nulla secū signa mortis habētes. Ad quem proconsul: Et quid vis, inquit, vt faciamus? Respondit ille: Eamus & genibus eius aduoluti veniam postulemus, & quicquid nobis iusserit faciamus. Tunc venientes simul prostrauerunt se apostolo, indulgētiā flagitantes. Quos ille suscipiens cum gratiarum actione, orationem obrulit deo, præcepitque eis vt vnus hebdomadæ ieiunium agerent. Quo expleto baptizauit eos. Qui quum baptizati fuissent cum vniuersa parentela & affinitate sua, & filiis suis, omnia simulachra cōfregunt, & basilicam in nomine sancti Ioannis extruxerunt, è qua ipse sanctus Christi Apostolus cursu vitæ suæ faeliciter expleto in cœlum assumptus est, & quidē hoc, qui sequitur, ordine.

Proconsulis & pontificis conuersio.

¶ Quum esset beatissimus atque deo dilectus Ioānes Apostolus annorū nonaginta & nouem (anno videlicet imperij Traiani principis secundo) apparuit ei dominus Iesus Christus cum discipulis suis dicēs ei: Veni ad me, quia tempus est vt epuleris in cōuiuio meo cū fratribus tuis. Surgēs autem Ioannes cœpit ire, sed dominus ait ei: Dominica die resurrectionis meæ, quæ post quinque dies futura est, venies ad me. Et quum hæc dixisset, cœlo receptus est. Veniente die dominica conuenit vniuersa multitudo in ecclesiā quæ in eius fuerat nomine fabricata, & à primo pulorum cantu agēs mysteria dei, omnem populum vsque ad horam diei tertiam alloquutus est.

Ioānes anno nono. 99.

Ioannes à Christo inuitatur. Ioannis ad Christū oratio

¶ Post hæc iuxta altare iussit foueam fieri quadratam, & terram foras ecclesiam proiici, & descendens in eam expandit manus suas ad deum, & dixit: Inuitatus ad conuiuium tuum venio, gratias agens quia me dignatus es domine ad tuas epulas inuitare, sciens quod toto corde meo desiderabā te. Vidi faciem tuam & quasi de sepulchro suscitatus sum. Odor tuus concupiscentias in me excitauit æternas. Vox tua plena suauitatis mellifuz, & alloquutio tua incōparabilis est alloquiis angelorum. Quoties te rogavi vt ad te venirem, & dixisti mihi: Expecta vt populū liberes crediturum mihi.

¶ Et custodisti corpus meū ab omni pollutione, & animā meam

Ioānes dī
uino mu-
nere ser-
uatus à
carnis pol-
lutione.

meā semper illuminasti. Et non dereliquisti me quum
in exilium & redire. Et posuisti in ore meo verba veritas
tuas, cōmemorans per me testimonia virtutum tuarum.
Et scripsi ea opera quæ oculis meis vidi, & ea verba quæ
audiui ex ore tuo auribus meis. Et nūc domine cōmemora
tibi filios tuos, quos tibi ecclesia tua, vera virgo & mater
per aquā & spiritū sanctū generauit. Suscipe me, vt cum
fratribus meis sim, cum quibus veniēs inuitasti me. Ap-
pone mihi ianuā vitæ. Princeps tenebrarum nō occurrat mihi
nec veniat mihi pes superbiæ, & manus extranea non con-
tingat me. Sed suscipe me secundum verbū tuum, & pro-
duc me ad cōuiuuium epularū tuarū, vbi epulantur tecum
omnes amici tui. Tu es enim Christus filius dei viuus, qui
præcepto patris mundum saluasti, qui & spiritum sanctum
nobis destinare dignatus es, vt nos de præceptis tuis cō-
monefaceres. Per eūdem spiritum tibi gratias referimus
per infinita secula seculorū. Et quum omnis populus
respondisset, Amen, lux tāta apparuit super Apostolum
ferè hora, vt eā nullius sufferret aspectus. Postea verò
nihil aliud habere in se inuēta est illa fouea nisi māna, quæ
vsque nunc, inquit scriptor, gignit locus ipse.

De obitu
Ioānis sicut
dubita-
tum.

Hinc dubitauere nonnulli num Ioannes mortuus
necne. Quidam enim opinantur mortuum non esse, sed
cum anima simul & corpore, sine morte ad beatorum
gloriam esse trāslatum. Alij trāslatum esse in paradysum
restrem, & in fine mundi cum Enoch & Helia prædicaturū,
& ab antichristo occidendū. Alij verò hunc subter-
ra dormire. Errorē suum per hoc muniētes, quod de
suo loquens dominus ait: Sic cum volo manere donec
veniam, scilicet ad iudicium, vt ipsi opinantur. Quæ omnia
B. Augustino reprobantur. Ait enim:

Ioan. vii.
August.

Quis Christus discipulo quem pro magno munere
ceteris dilexit, tam longum donaret somnū, quum beatus
Petrum per ingentis martyrij gloriā onere carnis ablu-
uerit? Quod autē à saluatore dictū est de Ioanne, sic etiam
volo manere donec veniā, pro gratiæ peculiaris priuile-
gio illi cōcessum est. Porro si vsque ad finem seculi à
terrestri patria exulans diuinę fruitionis beatitudine fruan-
dum, grāde sibi esset detrimentum. De manna aureum
eius

eius
tu m
euen
mēd
Ceter
man
Petro
suum
inter
Sic eū
lēra n
volo
sed su
¶ Qu
mater
omni
beatu
de sar
est Io
de cor
defoss
spiritū
ne ca
sensu
alienū
ctum
illud n
anima
Non e
lum à
¶ Qu
venera
sacrof
nusqua
cum ip
trem s
tri filiu
astitit n
beatis,

eius sepulchro scaturiente, quod dormientis sub terra statu moueri dixerunt, dicit idem sanctus August. hoc id eo euenire, vt per hoc specialiter cōmendetur, quem nō cōmēdat martyrium, vel aliam ob causam nobis incognitā. Cēterum quod de ipso dictum est à domino, sic eum volo manere donec veniam, intelligēdum est, responsionē esse Petro factā, cui quum dixisset dominus (futurū martyriū suum significās) Tu me sequere, ille Christum de Ioanne interrogauit, dicēs: Hic autem quid? Cui ait: Quid ad te? Sic eū volo manere donec veniā, vt videlicet morte violēta me nō sequatur, quo modo tu me sequeris. Ipsum sic volo manere donec veniā, nō ad iudicium in fine seculi, sed suo tempore ad euocandam animam eius ad me.

¶ Quum autem dominus ipse & beatissima virgo Maria *Ioannem* mater eius per mortem trāsierint ad gloriā, sitq; statutum *hinc per* omnibus hominib⁹ semel mori, credam⁹ proculdubio & *mortē mi* beatum Ioannem per mortē corporis hinc migrasse. Vn- *grasse.* de sanctus Hiero. in prologo super Apocalypsum, ait: Hic *Hebr. 9.* est Ioannes, qui sciens superuenisse sibi diem egressionis *Hierony.* de corpore, cōuocatis in Epheso discipulis, descendit in *Ioannem* defossum sepulture suæ locū, orationēq; cōpleta reddidit *sine sensu* spiritū, tam extraneus à dolore mortis, quàm à corruptio- *doloris* ne carnis noscitur alienus. Vbi mortuum quidē, sed sine *mortem* sensu doloris asserit migrasse. Quum autem hūc affirmet *obiisse.* alienum à corruptione carnis, nec permisisse dominū, electum & singulariter dilectū suum videre corruptionem, illud nimirū sentire videtur, sanctū videlicet corpus suū animæ rursus vnitum, & sic totum assumptum ad gloriā. Non enim suspicādum est dilectum hunc Christi discipulum à cæteris apostolis fuisse gloria minoratum.

¶ Quum ergo cæterorū reliquæ Apostolorum in magna veneratione decernente deo habeantur in terris, & illud sacrosanctum atque virgineum beatissimi Ioānis corpus *Ioannem* nusquam omnino gentium veneretur, piē credendum est *corpore* cum ipso domino redemptore à quo (vt dictum est) in fra- *& anima* trem specialiter est delectus, quādoquidē illum suæ ma- *glorifica-* tri filium dedit, qui etiam simul vnā cum virgine matre *tum.* astitit morienti, cum eis, inquam, corpore simul & anima beatis, & ipsum singularis glorię prerogatiua, in corpore

IN FESTO

simul & anima in cœlos assumptū esse & glorificatum. Et quidni credamus hos duos cum Christo perenniter glorificatos & immortales effectos, qui moriēti in cruce domino assistentes, passionis suæ calicem, intima cordis cōpensione faucij, gustauerūt? Et hinc eos, voluerit dominus sine doloris sensu hanc vitam finire, quod satis esset et semel ei cum acerbissimo compassionis sensu fuisse morienti quodāmodo cōmortuos. Hoc enim iustū esse Apostolus Paulus testatur, dicēs: Scimus quoniā si mortui fuimus cum Christo, simul etiā viuemus cum illo, & Christo singulariter compassos æquum est etiam singulariter eidem conglorificari.

Mariā & Ioannem sine doloris sensu emigrasse Roma. 6.

IN DIE SANCTORVM
martyrum Innocentum.

Matt. 2.

Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum. In hac lectione tria nobis beatus Euangelista diligēter & piē cōtemplanda describit. Primum, quomodo Ioseph sanctus oraculo angelico super tuitione infantis Iesu sollicitē præmonetur. Secundū, quemadmodum idem infans Iesus in Aegyptū ab Ioseph transfertur. Tertium, quemadmodū impius Herodes in necē paruuli debacchatur. Primum, à principio lectionis. Secundum, qui consurgens. Tertium, ibi: Tunc Herodes videns. Circa primum dicit, q̄ adorato atque mysticis muneribus honorato Iesu, Magi respōso accepto in somniis redirent ad Herodem per aliā viam reuersi sunt in regnum suā. Qui quum recessissent, inquit, Ecce angelus tibi apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.

Christum ab angelis minoratū fuisse patet.

Galat. 4.

Ubi reuerenter intuēdum est, ut ait Rupertus, quāmiraciter scriptura sancta de Christo domino nostro, dicit: Minuisti eum paulominus ab angelis. Mox enim ut factus ex muliere, factus est sub lege: ita etiam factus est sub legibus naturæ, sub legibus infantix, ut nihil pro seipso libiliter agēs, nihil etiam hominibus per semetipsum loquens, angelos patronos habere dignatus sit, qui agerent pro puero, loquerentur pro infantulo, & hoc duntaxat

som
ante
man
istius
tali
in so
ange
fili D
In for
est) a
cius,
seph
trem
timer
pro H
lex. I
uis de
ter, se
ritatis
veram
maior
vbi ei
lus de
¶ Et n
tame
theus
& mir
nem d
qui di
Qui si
gnatus
stificat
strari,
¶ Nec
quānis
custod
Non e
uerfari
mere p

somnis, qui non præcellentior visionis est modus. Porrò ante & post talem minorationem ipsius legimus angelos manifestè visos esse hominibus, seruis & ancillis domini istius: Interim autè dum minor angelis in assumpta mortalitate nostra factus est, non manifestè apparuerunt, sed in somnis tantùm. Nam vbi descēdit in vterum virginis, angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicēs: Ioseph *Matt. 2.* fili Dauid, noli timere accipere Mariam cōiugem tuam. In somnis nihilominus eidē beato Ioseph (vt iam dictum est) apparuit, dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum. In somnis iudem apparuit Ioseph in Aegyptum, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel. In somnis rursus dum timeret in Iudæam ire, eò quòd Archelaus regnaret illic pro Herode patre suo, admonitus secessit in partes Galilææ. Ita nimirum quasi dedignentur manifestè loqui seruis domini sui, in somnis loquuntur, non tamen dedignāter, sed pro voluntate eiusdem domini sui scripturam veritatis honorantes, vt seipso nō tātum seruis domini sui, verum etiā ipso domino suo socient & recognoscant esse maiores, cuius maioritatis nouissimùm illic fuit indicium, *Luc. 22.* vbi eidem domino in passione agonizātī apparuit angelus de cælo confortans eum.

¶ Et nihilominus angelos sibi ministrasse legimus, dum *Christo* tamen adhuc ab angelis minoratus esset, vbi (sicut *adhuc* *Matt. 2.* Mattheus refert) reliquit eum tentator, & accesserūt angeli, *mortali* & ministrabant ei. Hæc nobis valere debent ad cognitio- *angeli* nem disciplinæ cælestis, & huius magistrivenerationem, *subditi.* qui dicit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. *Matt. 4.* Qui sicut humana conditione, ita & ipso vsu naturæ di- *Matt. 11.* gnatus est angelis suis minor existere: iuxta quod ipse testificatus est, dicens: Quia filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. *Mat. 20*

¶ Nec tamen propter hæc putandum est ipsum dominum *Angelum* quāuis ab angelis minoratum, angelum sibi præsidentem *custodem* custodem habuisse, quomodo habent ceteri mortales. *Christo* Non enim huiuscemodi custodia ei opus erat, quum ad- *nō fuisse.* uersarius nec corpus ipsius diuinitati coniunctum opprimere per violēciam posset, nec intellectum eius à verbo

plenariè illuminatum seducere per astutiã, nec affectum eius plenitudine gratiæ cõfirmatum, per blãditias aurium quarũlibet illecebras inclinare. Nõ ergo egebat de minus angelorum, custode angelo, nec propter corporis defensionem, nec propter intellectus eruditionem, nec propter incitatione affectus. Angeli quippe qui dominũ suberant, nullã prorsus supra illũ sibi præsidentiã vendicabãt. Quòd autem scriptum reperitur angelos Christo sedulos fuisse, de ministrantibus Christo, & nequam præsidentibus accipiendũ est. Nunquam enim sic minorus est Christus ab angelis, vt quisquam angelorum præsumpserit illi præsidere, quum æquẽ sit adoradus in cruce & in sua infirmitate, sicut in suæ deitatis maiestate. Dicit itaq; angelus sic apparẽs Ioseph: Accipe puerum & matrem eius, nimirum puerum ipsi matri præponẽs: quia nõ propter matrẽ puer natus est, sed propter puerũ mater preparata. Et notanter dicit, matrem eius, nõ coniugem eius, sicut priusquam Christum peperisset, vt per hoc matris Christi virginitas astrueretur: propter quod etiam nõ dicit accipe filium tuum & vxorem tuã. Sed puerum & matrem eius accipe, & fuge in Ægyptum.

¶ *Causam fugæ subdit, dicens:*

Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendũ.

*Herodem
in Christi
persequen-
tionem
hæc inci-
tabant.*

Gene. 49.

Danie. 9.

¶ Audiuerat iamdudum à Magis natũ esse regem Iudæum, regẽ vtique de sanguine Dauid legitimũ, verum legitimũ Iudæici regni hæredẽ, Prophetarum oraculo celebri fama pmissum. Nouerat etiã se alienigenã esse, vt potè Antipatro Idumæo genitore, & Arabe matre generatum. Prædictũ insuper erat per os Patriarchæ Iacob, quod auferretur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, nec veniat qui mittendus est, qui est Christus Iesus. Et de rursus per Daniele Prophetã fuerat prænunciatum. Quum venerit sanctus sanctorum, cessabit vnctio vestra. Iam ergo sceptrũ ablatum erat de Iuda, & dux de fœmore eius defecerat, quũ regnaret iste Idumæus Herodes. per hoc veraciter argumenta darẽtur, tempus aduenisse quo Christus erat nasciturus, famulãte nimirum prophetiæ veritati imperio Romano. Siquidem Cæsar Augustus hoc modo famulatus est illi, vt & auferret sceptrũ &

cem
genẽ
desci
deret
in B
famil
¶ Quo
scieba
gni hẽ
tibus
forem
crudel
stirpis
genº, n
securio
ni regi
furius
maniu
stobol
genue
¶ Quis
natum
re vat
licitº in
iam reg
se) & f
de caus
fuerat p
gelicus
Tal
Eoi
Gra
Iuda
Prog
Hoc
Æst
Mox
Nub
Sicu

cem de Iuda, dando regnum Iudææ Herodi huic alienigenæ, M. Anthonio suffragante, & edictum proponeret, vt desciberetur vniuersus orbis, quæ causa effecit vt ascenderet Ioseph cum Maria despôsata sibi vxore prægnante in Bethleem ciuitatem Dauid, eò quòd esset de domo & familia Dauid.

¶ Quoniã ergo se Herodes à regio sanguine alienum esse sciebat (vt iam dictũ est) & iam verum atq; legitimum regni heredẽ & natum esse audierat, & nihilominus indicãtibus Iudeorũ Scribis didicerat natiuitatis locum, successorem suspicatus innouato terrore expauit. Antè siquidẽ crudelis homicida, imò & parricida, ad omnẽ Dauidicæ stirpis odorẽ sæuens & frandès dentibus contra regium gen^o, nec vxori pepercerat, nec socero. Vt enim regnaret *Herodes & vxorẽ necat & filios.* securior, vxorẽ acceperat Marianem cõsanguineã Hircani regis & põtificis, sed quia regij generis erãt, diabolicis furis agitatus hos interfecit. Et quod iis omnibus inhumanius est, etiã à p̄priis filiis, Alexãdro videlicet & Aristobolo, quos ei iam dicta regij sanguinis Marianes vxor genuerat, non se continuit, quin & hos morte damnaret.

¶ Quidni mirum ergo si post hæc omnia & similia, audito natum esse regni heredem, confirmatus proinde de hac re vaticiniis prophetarũ quæ à Iudæorũ sapientibus sollicit^o inquiserat & audierat, expauit nouo timore (qui se *Quæ expauit Herodes.* iam regiæ propaginis stirpem credebatur prorsus excidisse) & saluatori nato insidias moliretur? Quippe qui hac de causa præsignatum à prophetis natiuitatis Christi locũ fuerat perserutatus. Vnde etiam eleganter cecinit Euãgelicus vates, dicens:

Talia Bethleis dum signa geruntur in oris,
Eoi venere Magi, sæuũque tyrannum
Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis,
Iudaicis nuper populis orientis ab axe.
Progenitum fulsisse ducem, hoc cœlitus astra,
Hoc stellam radiare notam, serus arbiter aulae
AEstuat Hebrææ, ratus hunc succedere posse,
Mox sibimet qui primus erat tunc fronte serena
Nubila mentis habens, clamãt mandat vbique requiri
Sicut adorandum, quem tractat fraude necandum.

Sedulius

Pro. 21.
Herodis
malimina
dei sapiē-
tia prae-
nit.
Esa. 37.

¶ Sed nō est sapiētia, non est prudētia, non est consilium
contra dominum. Molimina tua Herodes dominus pro-
uenit. Habitationem tuam, inquit, & ingressum tuū, & in-
troitum tuum ego cognoui & insaniam tuam contra me.
¶ Quum fureres aduersum me, superbia tua ascendit in a-
res meas. Ponam ergo circulum in naribus tuis, & fros
in labiis tuis. Quod tunc factum est Herodi, quum Chri-
stus necem meditatus & iam iamque paraturus in opere quod
dura mente conceperat, à Cæsare Augusto Romam ven-
compulsus est, in hoc etiam diuinae prouidentiae imperio
Romano famulante, vt interim puer Iesus seruandus in
gyptum deferretur. Fuge, inquit angelus, in Aegyptum cum
puero & matre eius. Futurum est enim vt Herodes quae-
ruerit ad perdendum eum.

¶ Circa secundum consequenter dicit:

Vide quid
nos haec
doceant.

*Qui surgens accepit puerum & matrem eius nocte
cessit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis.*

¶ Hic ostenditur quemadmodum infans Iesus ab Ioseph
in Aegyptum à facie Herodis transfertur. Siquidem in
ma paupertate & humilitate nat⁹ de virgine filius deu-
tis & humilis corde, cuius est orbis terrarum & plenitudo
& nos sua inopia diuites, & humilitate sublimes esse
etiam in exilium vnā cum sua matre & sancto Ioseph
fians innocuus proficisci dedignatus non est, quatenus
que ipse nō rapuit exoluens, nos exules & à patria ser-
ternarum felicitatis ob delictum extorres, deo reconcili-
illuc reduceret. Rursum, vt ipsius exemplo æquanim-
feramus, si in hoc mundo prauorum hominum perfec-
tiones & odia sustinentes, pressi & afflicti tanquam
uenarum & peregrini, imò vt exules & nullam prorsus be-
ditatem in terra habentes reputamur.

Maria
quo dolore
saucia.

¶ Sed interim penset mens fidelis & pia, quid tunc
habere poterant amici, & prae cunctis mortalibus
& dilecti dei, Ioseph & Maria, dum impio Herode
biente, trepida mentis formidine anxii incederent
erat ipsa ab angelo, quod filius suus futurus esset
& filius altissimi vocandus, sedem insuper ac regni
Dauid accepturus, & regnaturus in Aeternum. *Angelo*
proinde ab angelo: Quod enim ex te nascetur sanctus
voca-

vocabitur filius dei. Sed quid filio altissimi, filio dei, regi in æternum regnatura cum exilio? An hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Quis peccauit, ipse an parentes eius, vt ad has calamitates nasceretur, cuius mater virgo est, cuius pater fœminam nescit? Summus sacerdos est, qui prophetante lege potius quàm mandate nec super patre, nec super matre polluitur, vt non iniuria ipse cū propheta dicere videatur: Væ mihi mater mea, quare genuisti me virum rixæ & virum discordiæ in vniuersa terra? Non fœneraui. & non fœneraui mihi quisquā (hoc est quæ me a sunt non quæ sui) & omnes maledicunt mihi, infanti adhuc mox è te nato necem molientes. An ne etiam vel viuere licet innocuè volenti viuere, vitæ authori, qui mortem pellere & vitam æternam cunctis offerre veni? Nō veni rapere aliena, sed propria donare, & quæ alii rapuerunt exoluere. Aut quid commeruit putatius pater, ipsius nutritrius pius Ioseph, qui & iustus esse in euāgelio perhibetur, vt tantis vnā cum virgine matre casto sibi & sancto coniugio copulata, afflictionum procellis volueretur? Sed nihil horū est. Verūm propter nos hæc acta sunt, deo aliquid melius prouidente pro nobis vt vel suo & sanctorum secundum carnem parentum suorum exemplo, ad perferenda æquanimiter huius temporis passiones informaremur.

¶ Sanè propter hanc innocui infantis Iesu & sanctæ Mariæ virginis matris eius exilium, diem hunc ritu lugubri, non absurdè putamus ab ecclesia celebrari. Omittuntur quippe lætitiæ cantica, hymnus scilicet angelicus, Gloria in excelsis deo, Alleluia solenne, Te deum laudamus, & ministri altaris nigris induti vestibus procedunt. Porro quòd hæc quæ dicta sunt suo tempore in Christo complerentur, prædictum longe antè fuerat per Esaiam prophetam dicentem: Ascēdet dominus super nubem leuem & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur simula chra Aegypti à facie eius. Scriptum est de Antiocho rege impio, quòd intrauit in Aegyptum in multitudine graui: in curribus & equitibus & elephātis, & accepit spolia terræ Aegypti. Sed nō sic iste rex regū & dominus dominantium, iste mitis & humilis corde, sed saluare veniens vni-

H iij uersos

*Christus
puer cur
persequa
tionem pa
titur.*

*Leui. 2. 1.
Iere. 15.*

*Quæ di
es hæc ri
tu lugu
bri celebra
tur.*

*Christus
gā hanc
ab Esaiā
prædictā
Esa. 19.
1. Mac. 2.*

versos, intraturus Aegyptum ascendit non in multitudine graui, sed modico & humili comitatu Marię matris sue, Ioseph, qui verè iusti, verè innocui, nulli vnquã incubant onerosi, vt ppter hoc nobis leuis vocabulo designentur. Superest & alia quædam causa grãdis defensionis Christi in Aegyptum, quã diuinus Euangelista quaquam prætereundam putans, subiungit:

Osee. 11.

Vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam dicens: Ex Aegypto vocaui filium meum.

Heb. 2.

¶ Puta illum dixisse, vt per omnia fratribus assimilaretur. Debuit enim, vt apostolus loquitur, per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est eis qui tentantur auxiliari.

Gentium manum mysticè in Aegyptum peregrinari.

Quis enim per adoptionem gratiæ dei filius? quis est de ceteris fratribus eius quem non ex Aegypto vocauerit deus? Quum Aegyptus tenebra interpretetur, & diris in ea dominus ille Pharaon, qui dei populum iniqua seruitute captum tenebat, negauerit: in ore fidelis ecclesię frequentissimum est, quia mundus iste propter ignorantiam dei & peccatorum tenebras, quæ abundant in eo, in quo etiam crudelis princeps tenebrarum iniqua peccati seruitute humani generis detinuit captiuum sibi; subiectum: iste, inquam, mundus (in quo quandiu sumus in corpore, peregrinamur à domino) Aegyptus est.

2. Cor. 5.

¶ Quomodo autem vocet deus omnem filium ex Aegypto huius mundi, in illa mundi parte quæ vulgò Aegyptus vocatur, figuratum est. Vocat enim deus filios suos de peccatorum & mundi huius tenebris in admirabile lumen suum, quomodo populum suum qui in Aegypto seruiuit carnis Pharaoni, vocauit deus exinde tam admirabili ordine in terram promissionis. Verum, præter hanc vniuersalem peregrinationem, qua peregrinamur vniuersi in Aegypto humilitati culi propter prauaricationem Adæ, in quo omnes peccauerunt, hoc illi plus habuerunt quòd in illa Aegypto peregrinati sunt, & carneo Pharaoni in luto & latere seruiuerunt propter peccatum proprium, quia vendiderat illum in servitium fratrem suum Ioseph.

Omne filium ex Aegypto quomodo vocat deus.

1. Pet. 2.

Rom. 5.

Exod. 3.

Gen. 37.

Heb. 2.

¶ Ergo quia debuit filius iste vnigenitus per omnia fratribus

tribus assimilari (excepta duntaxat participatione peccati) oportuit illum fugere, & etiam in illa AEgypto peregrinari, & ideo incipiendo taliter totum peragere cursum vite presentis in tentationibus suis, ut veram in semetipso presentaret utriusque peregrinationis similitudinē, nec non & utriusque vel vocationis, vel reuersionis fratrum suorum, qui sunt omnes electi, scilicet & illi^o peregrinationis qua & illi filii Israël in AEgypto peregrinati & exinde vocati sunt, & huius qua oēs in AEgypto huius seculi peregrinamur, & hinc qui filii sunt, quotidie vocantur. Igitur ut adimpleretur (ait) quod dictum est à domino per prophetam dicentem: Ex AEgypto vocavi filium meum, id est ut per omnia fratribus assimilaretur, & pro illorum similitudine per omnia tentaretur absque peccato, qui ad verā promissionis terram vocati vel vocādi sunt, oportuit illū in AEgyptum fugere, & illic peregrinari, peccatū nec originale habentem, propter quod exul in hoc mūdo esse deberet, ut sumus nos omnes: nec actuale, propter quod in illa AEgypto peregrinaretur, ut peregrinatio est propter domesticum (de quo iam dictum est) peccatum populus ille de quo ipse secundum carnē natus est, ut vbi seruiuit exul ille, qui post eam quæ ad Abraham facta est promissionē, primus persecutionem passus est, scilicet Ioseph, & deinde Iacob & omnis domus eius intrauit. Itaque illic exulando, iste passionum vel tentationum suarum initium sumpsit.

¶ Ille populus Israël ex illo AEgypto vocatus, mare transiit, & deinde in deserto. 40. annis tentatus est quia dominum tentauit. Ille puer Israël (sicut propheta dixit, quia puer Israel est & ego dilexi eū) vocatus ex AEgypto postmodum, quali oportuit modo mare transiit, id est, baptizatus est baptismo Ioannis, statimque ductus in desertum à spiritu, non quadraginta annis tentauit, sed tentatus est 40. diebus. Itidem ille populus Israel non antè, sed post tentationibus exercitatus fuit, terrā repromissionis introiit. Ille puer Israel non antè, sed post tentationes superauit, regnum dei appropinquare prædicauit. Et ecce regnum dei intra vos est, inquit. Itaque assimilatus erat fratribus illis, id est, electis prioris populi.

Luc. 17.

¶ Sed

*Christi
alius in
Aegyptum
descensus*

¶ Sed necdum assimilationis finis. Superest enim & Aegyptus, cuius etiam illa terra Aegypti typum gestit. Aegyptus hæc utique infernus est. Illic enim captiuitas tenebatur fratrum eius, id est, sanctorum populus quos omnes statim traduxit per mare rubrum, id est, per sanguinis & aquæ decurrentis ex latere suo sacramentum, & inimicos eorum, id est, peccata eorum operuit mare illud, vsque nunc operit inimicos nostros, qui eodem sacramento baptizati sumus. Nonne ergo per omnia fratribus assimilatus est ut debuit, ut eos assimilaret sibi, qui per multas tétationes ad fratres suos vsque ad infernum descendit, eos faceret cohæredes & cõparticipes sui? Eorum autem omnium quæ pertulit principium illud fuit, quòd in Aegyptum fugit: & idcirco conuenienter Euangelista mentit illius testimonij & retulit ad eum, ut adimpleretur, quiens, quòd dictum est à domino per prophetam dicitur: Ex Aegypto vocaui filium meum.

¶ Circa tertium consequenter dicitur:

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus valde, & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundum quòd expresserat à Magis.

*Fraudulè
tus herodes
dignè
delusus.*

¶ Hic describit Euangelista quemadmodum impius Herodes in necem paruulorum debacchatur, dicens: Tunc Herodes videns quòd illusus esset à Magis, qui locum natiuitatis Christi in Hierusalem præsentem Herode requirentem se venisse cum muneribus natum regem adire. Quos ille (auditis Iudæorù peritis) in Bethlehemiens, mandat quatenus de reperto illic puero renunciet ei, quòd Magi nequaquam fecerunt, sed oraculo commotus admoniti ne rediret ad Herodem, per aliam viam recesserunt in regionem suam.

*Causa magis
re debacchan-
di in
paruulos.*

¶ Sed aduertendum, quòd non mox ut delusus fuit à Magis, paruulos occidit, sed amplius quàm vnus annus spe ab illusione hac vsque ad necem paruulorù intercessit. dicens enim Magos ad se non redire, spe frustratos & confusos fuisse ratus, à nati regis inquisitione animum recesserunt. Sed inualecente rumore natiuitatis Christi perterritus quæ à pastoribus, & à Simeone, & ab Anna propheta

dice
anir
quo
min
in
ctur
stob
nim
in su
Anti
ctar
reg
Ron
ris i
patr
est,
cusa
disc
dire
cess
¶ R
ctus
te e
re. E
vni
deto
pue
& in
tus,
quia
Chr
¶ M
cena
cidi
omn
deto
citu
set c
ad C

dicebantur, magis timuit. Tunc ergo paruulorum necem animo concipiēs, ad scelus perficiendum se accinxit. Sed quoniam (vt supra dictum est) non est consilium contra dominum, Ioseph interim per angelum monetur, vt Christū in Aegyptum transferat. Denique deo disponente tunc factum est, vt duo Herodis filii, videlicet Alexander & Aristobolus de Mariane vna vxorum Herodis nati (plures enim habebat vxores) audito quòd pater praeferret eis in successione, regni filium ex alia matre natum nomine Antipatrum, quum tamen ad eos regnum Iudaeorum spectaret ratione matris, quæ è regali stirpe progenita, dictū regnum ad Herodem attulisse videbatur, apud Augustum Romæ (vbi eos pater tradiderat nutriendos pariter & literis imbuendos) aduersus Herodem patrem, quòd eis Antipatrum anteferreret ad regnum, quererentur. Vnde factum est, vt per epistolam Augusti Herodes citaretur, filiorū ac cufationibus ipso Augusto cognoscere respōsurus. Quūq; disceptatum esset coram Cæsare, filii in omnib⁹ patri obedire iubentur, & ipse quem vellet relinqueret regni successorem.

Hac occasione Herodes remoratus à scelere.

¶ Regressus itaque in regnum, & ex sui confirmatione factus audacior, crudelitatis propositum quod dudum mente cōceperat de paruulorum interfectione, festinat implere. Et quoniam Romam vadens & inde rediens plusquam vnius anni tempus impenderat, mittens qui funestum ac detestabile ministerium exequerētur, iussit occidi omnes pueros in Bethleem & in omnibus finib⁹ eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquiescerat à Magis. Iratus, inquit, est valde, tum quia delusus esset à Magis, tum quia ira de facili accumulatur propter celebrē natiuitatis Christi famam prius turbato.

Hinc Herodes ad scelus audacior.

¶ Magnum itaque atrumque concepti furoris fumum, incendium vorax subsequutum est. Omnes enim iubet occidi paruulos, propter vnius suspectam personam, vt dum omnes pereunt, ille non effugeret. O facinus inauditum, detestabile & legibus piandū. Nouerat ipse Romanis sanctum legib⁹ esse, vt qui in fontē etiam in bello interfecisset capite puniretur, & ideo dissimulator callidus iturus ad Cæsarem metu se cohibuerat, sed quos metus auocat à scelere,

Herodis facinus de testē adum.

Simile. scelere, auidiores facit ad scelus, quæadmodum fera quæ libet mordax postquam diu victa fuerit, violentius foliæ grassatur. Hinc pius versificator canit, dicens:

Sedulius. Ergo vbi delusum se comperit impius, iram
Rex aperit, si iure queat rex ille vocari,
Qui pietate caret, propriam qui non regit iram,
Exceptumq; gemens facinus sibi, ceu leo fremens
Simile. Cuius ab ore tener subito quum labitur agnus,
Nota. In totum mouet arma gregem, mæditque trahitque
Molle pecus, trepidæque vocant sua pignora scætz
Nec quicquam, & vacuas implent balatibus auras,
Haud secus Herodes Christo stimulatus adempto
Sternere collisas paruorum strage cateruas
Immerito non cessat atrox, quo crimine simplex
Turba perit cur qui vix dum potuere creati,
Iam meruere mori? furor est in rege cruento,
Non ratio, primosque necans vagitus, & audens
Innumerum patrare nefas, puerilia mactat
Milia plangoremq; dedit matribus vnum. Post pau
Extinctisque tamen quanuis infantibus absens,
Præsens Christus erat, qui sancta pericula semper
Suscepit, & pœnas alieno in corpore sentit.

*Quæ abi
matu &
infra occi
di iussit.* ¶ Sed quum sciret Herodes iam esse anniculum pueri
Simile. amplius, cur à bimatu & infra, hoc est à paruulis duarum
annorum & infra, ad ætatem quatumlibet modici temp
ris, imò vsque ad paruulos vnus diei, cur, inquã, adeo pu
uulos iussit interfici? Responderetur hoc mandasse Her
odem, primùm propter libidinem sæuendi, quippe qui sem
per in siti sanguinis permanebat, lupo non dissimilis, qu
quum rupto pariete ingressus fuerit in ouile, nõ illi satis
interemisse quod deuorare sufficiat, nisi etiã ingenio
morem gerens, innocui pecoris plurimos trucidarit. Se
cundò, quia puero nato famulari stellas audierat, suspic
tus est ne fortè speciem suam infra ætatem vel supra pu
lò transformaret.

*Par im
pietas He
rodus &
pharao
nis.* ¶ Sed aduertere est, quam fuerit par impietas Herodis
Pharaonis. Idem enim in vtroque diabolus sæuiens, pe
Pharaonẽ electæ gentis stirpem excindere voluit, ne
illa humani generis redemptor secundum promissionem
Abra

Abra
iam
A Eg
pus p
scen
ni se
vnus
paruu
pe fili
¶ Itaq
finibu
Tun
centem
chel pl
¶ Hoc
minu
luctu
quia
folati
cit pr
stus H
uum
de for
piet &
dum
se qui
vt sit
diffus
lorum
¶ Rac
ter Be
chel
cum q
terius
quasi
cuius
quia
corp
accepti

Abrahæ factam aliquâdo nasceretur, per Herodem verò iam natum persequeretur. Præcepit Pharaeo obstetricibus Aegypti, dicens: Quâdo obstetricabitis Hebræas, & tempus partus aduenerit, si masculus fuerit, interficite illû: si fœmina, reseruate. Itémq; populo suo: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite. Vtrobique pro vnus suspecta persona trucidatur multitudo numerosa paruulorû, vtrobiq; qui quærebatur euadit. Moysen quippe filia Pharaonis, Christum Aegyptus seruauit.

Exod. 1.

Mira cõgruitas figuræ & veritatis.

Itaque paruulorum strage in Bethleem, & in omnibus finibus eius completa, subdit Euangelista dicens:

Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem: Vox in rama audita est, ploratus & vlulatus multus. Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

Ierem. 31.

Hoc taliter apud Ieremiam scriptum est: Hæc dicit dominus, Vox in excelsis audita est lamentationis, fletus & luctus. Rachel plorantis filios suos, & nolentis cõsolari, quia nō sunt. Paucisq; interpositis quæ pertinent ad consolationem lamentantis, causam illam satis euidenter dicit propter quam pueros iuxta veritatem Euâgelij funestus Herodes occidit, dicens: Quia creabit dominus nouum super terram, fœmina circumdabit virum, id est, non de foris semen admittet, sed intus de spiritu sancto cõcipiet & pariet filiû. Vox, inquit, in rama audita est. Secundum B. Hieronymum, nō putemus Rama nomen loci esse qui est iuxta Gabaa. Sed rama excelsum interpretatur, vt sit sensus: Vox in rama audita est, id est, longè latèque diffusa, ploratus & vlulatus multus: ploratus fletû paruulorum, vlulatus autem matrum lamenta significat.

Prophecie & euangely consonantia.

Hierony.

Rachel plorans filios suos. Rachelis vocabulo, ipsa mater Bethleem accipitur, eò quòd iuxta Bethleem Rachel sepulta sit. Hinc enim B. Hieronymus super hunc locum quærit, dicens: Queritur quomodo Rachel filios alterius tribus (scilicet Iuda, in cuius sorte est Bethleem) quasi suos ploret, De Rachel enim natus est Benjamin, in cuius sorte non est Bethleem. Respondemus breuiter, quia sepulta fuit iuxta Bethleem in Efrata, & materni corpusculi hospitium (scilicet Bethleem) nomen matris accepit, vt ipsa Bethleem vocetur Rachel, vt dictum est,

Bethleem cur Rachel dicatur.

Hierony. Gene. 35.

Ibidem.

Siue

Siue quoniam Iuda & Benjamin duæ tribus iunctæ erant
Et Herodes præceperat non solum in Bethleem inter
cipuos, sed etiã in omnibus finibus eius. Vnde per
causationem illorum de Bethleem, intelligimus multitu
tiam de Benjamin fuisse occisos.

*Rachel
plorans,
quid.*

¶ Sed nunquid propter istum quem foemina circunda
virum, propter istum qui de virgine natus est regem Iude
rum soli infantes illi in Bethleem, & in omnibus finibus
eius occisi sunt? Imò innumera in orbe terrarum milia
tyrum, sed illi primitiæ fuerunt, quos omnes Rachel
est, mater ecclesia nunc vsque deflet, & non vult cõ
ri, quia non sunt, donec resurgant & immortaliter
illo viuât qui est, quem admodum ipse dicit: Ego sum
sum. Qualiter autem talis mater, scilicet ecclesia præ
loco nominari debuit Rachel, hoc est in causa, quare

*Exo. 3.
Quis Io
seph, my
sticè.
Gene. 37.*

ter illius qui primus à tempore promissionis (vt supra me
nimus) persecutionem propter iustitiã passus est, in
uum quippe venundatus est Ioseph, humiliauerunt in
pedibus pedes eius, ferrum pertrãsit animã eius, ma
inquã, illius dicta est Rachel. Itaq; & mater ecclesia
etiam anima quæcunque persecutionem patienti
pter iustitiam Christiano compatitur, rectè apud prop
tam istum dicitur Rachel. Et omnis ille quicumque pe
quitionem propter iustitiam patitur, rectè nihilominus
apud alium prophetã, scilicet Amos dicitur Ioseph. *Amos. 4.*
tes, inquit, in phialis vinum & optimo vngueto delib
& nihil patiebantur super contritione Ioseph. Non de
Nihil patiebantur super cõtritione fratris, sed posuit
pro fratre Ioseph, vt quilibet frater, siue matris eccle
lius, eius proprio nomine significaretur, cuius ex fra
bus præclara fama est, vel in malis quæ pendit, vel in
nis quæ repedit. Et hoc miro de core dixit, videlicet,
(vt iam dictum est) primus iste à tempore promissionis
cõtritionem, id est, persecutionem propter iustitiã pati
est, ita vt ferrum animam eius pertrãsiret.

¶ Sed ad istos innocentes Bethleemitas conciuos
cios, & verè coronatos milites paruuli nostri Christi
su, sermo recurat, quos martyrum Christi nomine cõ
nequaquam vereamur. Nam vt habet vsus ecclesie
ccc

centes ipsi martyres Christi præconium & si nõ loquendo, certè moriendo confessi sunt. Sunt enim martyres in triplici genere. Quidam sunt & voluntate pariter & actu martyres, vt Stephanus. Quidam voluntate tantum non actu, vt beatissimus Apostolus Ioannes, cui prædixit ipse ꝑ calicem suum esset bibiturus. Quidam verò sunt actu duntaxat martyres, & si non voluntate, vt isti, qui tamen & si volũtate martyrium non elegerunt, voluntate tamẽ non contradixerunt, quod satis fuit illis ad coronam, qui per atatem libera voluntatis vsũ nondum habebant. Gloriam ergo martyrij quam in adultis voluntas sancta meretur, paruuli isti propter Christum occisi, per dei gratiam sunt assequuti. Effusio nõpe sanguinis propter Christum baptismi vicem gerit. Vnde sicut infantibus baptizatis per gratiã baptismalem meritum Christi cooperatur ad gloriã, ita in istis propter Christum occisis paruulis, cooperatur ad palmam martyrij obtinendam. Vt etiã ait beatus Augustinus: Ipse eis fuit causa pœnẽ, qui extitit & coronã. Ille odij causa, qui & præmiũ. Et rursus: Ille, inquit, de vestra corona dubitabit in passione pro Christo, qui etiam paruulis baptismum prodesse nõ extimat. Nõ habebatis atatem quã in Christum passurum crederetis, sed habebatis carnẽ in qua pro Christo passuro passionem sustineretis. Et rursus: Ecce, inquit, prophanus hostis nunquam beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. Nã sicut sacra præsentis diei festa manifestat, quantum contra beatos paruulos iniquitas abundauit, tantum in eis gratia diuinẽ benedictiõis effulsit. Beata es ò Bethleem terra Iuda, quæ Herodis regis immanitatẽ in puero- rum extinctiõne perpeffa es, quæ sub vno tempore candidatam plebem imbellis infantix offerre deo meruisti. Dignè tamen natalẽ illorum colimus, quos beatus æternæ vitæ mundus edidit, quàm quos mundo maternorum viscerum partus effudit.

*Martyres
in triplici
genere.*

*Effusio
sanguinis
quid va-
luit his
paruulis.
August.*

IN DIE CIRCUNCISIONIS Christi.

consum.

Luc. 2.

Consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer.
 ¶ In hac lectione facer Euāgelista primò de fili
 Christi secundum carnem circuncisionem. Sec
 dò, venerādi nominis eius (quod super omne nomen
 appellationem, quum videlicet post præmissa subitum
 Vocatum est nomen eius Iesus.

*Christum
 propter
 quatuor
 voluisse
 circūcidi.*

¶ Circa primum est aduertendum Christum dominum
 tametsi non indigeret, circuncisionem tamen voluisse
 scipere hisce de causis, videlicet, Primò, propter con
 tationem Iudaicæ malignitatis. Secundò, propter fir
 mentum nostræ fidei & charitatis. Tertio, propter ex
 plum nostræ humilitatis. Quarto, propter documentum
 nostræ salutis.

Roma. 15.

¶ Primum igitur ostendendum est, quemadmodum
 pter Iudaicæ perfidiæ cōfutationem Christus voluit
 circūcidi. Futurū erat enim vt per semetipsum Iudæis
 gelizādo, minister foret circūcisionis propter veritas
 fidei, & ad implēdas promissiones patrum. Ne ergo
 causam prætere viderentur, quare Christū non
 perent, q̄ videlicet dissimilis esset patribus, q̄ de pop
 Israel nequaquam esset, cuius præputij caro secundum
 legis præscriptum octauo die circūcisa non esset, nō
 esse de semine Abrahamæ, nec David, ac per hoc nec
 esse Christum: vt inquā huiuscemodi loquentium im
 os obstrueretur, nec quicquā illis relinqueretur quod
 lignitatis suæ perfidiā possent aliquatenus excusare.
 filius in quem peccatum nō cadit, circuncisionem
 quæ cæteris peccatis remediū erat, aspernatus nō
 hāc suscepit, in sese illā terminaturus & exinde hāc
 suscipere vt superuacua omnino sublaturus. Signum fuerat
 circūcisio q̄ de semine Abrahamæ nasciturus foret. Chri
 quo nato nefas est cum quasi nondum natum per
 uationē circūcisionis significare venturum. Deus
 cum Abrahamā fœdus iniit, pollicens q̄ in semine eius
 nedicēdæ forent omnes gentes, cuius pactionis signum
 circūcisionē ipse suscepit. Solēt enim qui inter se
 aut pactionē faciūt, in signum firmitatis vel de super
 factas literas signare, vel quamlibet aliam rem nota
 quæ pactionis memoriam referat, statuere perma

*circūci-
 sionē Chri-
 stus termi-
 nauit.*

*circūci-
 sio cuius
 rei signū
 fuit.*

Gene. 12.

¶ Circa primum est aduertendum Christum dominum
 tametsi non indigeret, circuncisionem tamen voluisse
 scipere hisce de causis, videlicet, Primò, propter con
 tationem Iudaicæ malignitatis. Secundò, propter fir
 mentum nostræ fidei & charitatis. Tertio, propter ex
 plum nostræ humilitatis. Quarto, propter documentum
 nostræ salutis.

¶ Vn
 quit
 Tuli
 xitq
 fec
 caui
 vter
 Tum
 catur
 ¶ Pon
 ptura
 missa
 dum
 est C
 credi
 & fec
 secur
 in nu
 nam
 inter
 quia
 deo
 ¶ Ab
 vt eg
 tenti
 & qu
 omni
 se, sic
 ipso,
 parte
 semi
 fide,
 est ei
 dicit
 signu
 fidei.
 thesa
 missi
 signa

¶ Vnde Laban cum Iacob fœdus pacis initurus: Veni, inquit, & ineamus fœdus, vt sit testimoniũ inter me & te. Tulit itaque Iacob lapidem, & crexit illum in titulum, dixitque fratribus suis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum. Quem vocauit Laban tumulũ testis, & Iacob aceruum testimonij, vterque iuxta proprietatem linguæ suæ. Dixitque Laban: Tumulus iste testis erit inter me & te hodie, & idcirco vocatum est nomen eius Galaad, id est, tumulus testis.

¶ Porro fœdus triplex cum hominibus iniisse deum scriptura testatur, quod signis mira opportunitate ad rem promissam cõgruentibus stabiliiuit. Primum cum Noë. Secundum, cum Abrahã. Tertiũ, pepigit cum semine eius quod est Christus. Siquidem Noë quia dicere domino futurum credidit diluuium, & credens obediuit arcã fabricando, & fecit omnia quæcunque præcepit ei deus, accepit signũ secundum rem fidemque suam congruum, scilicet arcum in nubibus cœli positum, dicente deo: Arcum meum ponam in nubibus cœli, & erit signum fœderis inter me & inter terrã, & recordabor fœderis mei quod pepigi tecũ, quia videlicet potissimũ de nubibus defluxit ipsum quod deo loquente futurum crediderat diluuium.

¶ Abraham verò quia credens obediuit deo præcipienti, vt egrederetur de terra & de cognatione sua, & promittenti quòd benedicēs benediceret & multiplicaret eum, & quòd in semine eius (vt iam dictum est) benediceretur omnes gentes, signum accepit fœderis dei, nõ iam extra se, sicut Noë qui accepit signum in nubibus, sed in semetipso, veritatem in carne exterius, in ea dũtaxat corporis parte, per quam semen traducitur, cõgruè scilicet, quia in seminis promissione non dubitauerat, sed cõfortatus est fide, sicut scriptũ est: Credidit Abrahã deo, & reputatum est ei ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Super quo dicit Apostolus, quia signo circuncisionis signatus est, & signum, inquit, accepit circuncisionis signaculũ iustitiæ fidei. Signatus est enim tanquam vas iustitiæ, continens thesaurum fidei, quam deo iam obtulerat in pretium promissionis, vt hoc signo testamētũ eiusdem promissionis firmaretur, vt iure teneretur debito qui promiserat deus.

Dei cũ hominibus tria fœdera.

Gene. 6.

Fœd' dei cum Noe.

Gene. 8.

Fœd' dei cum Abraham.

Gene. 12.

Gene. 17.

Gene. 15.

Roma. 4.

- Quum enim dixisset deus: Circumcidite ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vestri, statim addidit, vt sit signum federis inter me & vos. Bene ergo ait Apostolus, quia signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei. Quid autem deus promiserat illi, vel quum credendo iustificatus est, vt hoc fidei signum acciperet, nisi semen quod possideret portas inimicorum suorum, & in quo benediceretur omnes cognationes terrarum?
- Roma. 4.* ¶ Cõstat ergo quia circumcisio eiusdem promissi seminis expectandi professio est, & quisquis circumciditur, semen illud se expectare profiteretur quod est Christus. Nõ enim promissio facta est de seminibus, quasi de multis, sed de semine vno quod est Christus. Quisquis autem se hoc semine profiteretur venturum expectare, profecto negat venisse, vt dictum est. Igitur quicumque Christum in carne venisse cõfitemur abolita circumcisio, eiusdem Christi dñi nostri solo sacramento indigemus, de quo ipse ait. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Quod si circumcideremur, Christus nihil nobis proderet, quia videlicet hoc signo profiteremur venturum nos expectare, ac per hoc venisse negaremus.
- Gene. 15.* ¶ Quod si obiiciat Iudæus, & dicat: Deus statuit circumcisionem in fœdus æternum, dicens ad Abraham: Statuam pactum meum inter me & te, & semine tuum post te in generationes suas fœdere sempiterno. Et post pauca: Eris patrem multarum gentium, & tuus erit fœdus meum in carne vestra in fœdus æternum, Igitur, inquit, non est hic à deo qui & per semetipsum sabbatum non custodit, & per baptizatos vel baptistas suos sempiternum pactum dissolutionis pactum dissoluit. Quibus respondemus, quod nequaquam deus circumcisedi ritum indixit æternum. Quum enim nascendi & generandi successio æterna non erit, circumcisedi lex æterna esse quomodo poterit? Sed si scripturæ verba inspicimus, non ipsam circumcisioem, sed fœdus seu pactum suum æternum esse deus statuit, cuius fœderis circumcisio signum est duntaxat, non fœdus ipsum.
- Circumcisio profectandi seminis, quod est christus*
- Mar. 7. Gala. 5.* ¶ Quum enim dixisset deus, circumcidetis carnem præputij vestri, statim adiecit, vt sit signum federis inter me & inter vos. Non ergo (vt iam dixi) circumcisio fœdus est, sed signum fœderis. Quantum enim distat inter testatoris scriptum, & ipsum quod
- Obiiciunt Iudæi.*
- Gene. 17.*
- Responsio.*
- Circumcisionem non posse esse æternam.*
- Gene 17.*
- Simile.*

quod impressit sigillum, tantum distare certum est inter eam quæ ad Abrahamã facta est seminis (quod est Christus) promissionem, & ipsam circuncisionem. Promissio namque occurrente alacriter fide Abrahamæ, pactum vel fœdus est, circuncisio verò huius fœderis signum. Et quidẽ pactum dixit deus fore sempiternum: quum autẽ dixisset, vt sit signum fœderis inter me & inter vos, nõ addidit æternum. Nunc autẽ pactum quidẽ æternum est, quia semen æternum promissum & creditum atque datum est. Circuncisio verò quæ pacti vel fœderis signũ est, nec æternaliter exerceri potest, nec iam postquã illud semen quod promissum fuerat venit, exerceri debet, vt dictum est.

pactũ dei æternum esse, nõ autem signũ pacti.

Quare etiã nos nõ circuncidimur.

Luc. 2.

Respõsio.

Roma. 15

Galat. 4

¶ Quod si rursus obiiciat Iudæus & dicat: Quare vos circuncisionem nõ admittitis, quã Christum vestrum admisisse negare non potestis? Mirum si non & illud obiiciant, quur nõ par turturũ aut duos pullos colubarũ offeramus in sacrificium pro paruulis nostris, quum & ipse Christus noster huiuscemodi hostia secũdum legẽ Moysi expiatus sit. Sic ad prædictam abiectionem & similes, respondẽtes dicimus cum Apostolo, Christum ministrũ circuncisionis datũ propter veritatẽ fidei ad confirmãdas promissiones patrũ, qui & idcirco sub lege factus, & rectẽ legaliter circuncisus est, vt (sicut supra dictũ est) circuncisus legitimus & irreprehensibilis minister salutis suæ gratiã prædicaret.

Gene. 15.

Nu. vlti.

Genealogia cur-

observa

ta.

¶ Proinde & hoc subiungimus, quia semen quod Abrahamæ promissum est, ipse Christus est, semen vnũ, propter quod donec veniret generationes cõputare, tribus, & familia, cognationes ac domus seorsum distinctæ, & diligenter obseruatae sunt, ne quum Christus veniret, incertum non esset, quin de semine Abrahamæ, de tribu Iuda, de familia Phares, de domo David (cuius fidei nihilominus fuerat repromissus) existeret. At ipse Christus qui secũdum carnem neminem genuit, generationes carnis Abrahamæ in se vno semine quod illi repromissum fuerat ostẽdit cõsummatas. Igitur, sicut Christus secundũ carnẽ neminem genuit, ita cõsequenter secundum carnem neminem circuncidere debuit. Ab eis tamen è quibus secundũ carnem natus est, rectẽ etiã secundum carnem circuncisus est. Proinde, vbi Christus hæres æternus datus est, prius sicut ge-

neratio carnis in illo desit, sic circumcisio carnis iure defecit. Alteri^s autē, id est, spiritualis genealogiē principū ipse, ac proinde alteri^o quoq; sacramēti nobis author est.

Fœd^o dei cum christo. Tertio pepigit fœdus deus ipse cum Christo. Is enim quia fideliter seruiens factus est obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis, accepit, imò & dedit fœderis æterni signum sempiternū, iam neque extra hominem, nec in parte hominis ponendū, sed quo totus homo intus & exterius visibili sacramento pariter & inuisibili virtute regeneratur & sanctificatur.

Propter fulcimentū nostræ virtutis. Secundo, voluit Christus circumcisionē admittere propter fulcimentū nostræ fidei & charitatis. Ostendit enim in se humanæ carnis veritatē, contra blasphemias hæreticorum, præsertim Manichæorū, qui duntaxat fantastici corpus (id est, apparens tantum, & nō existens) Christum habuisse mentiti sunt, & cōtra Apollinarem similiter hæreticum, qui dicit corpus Christi consubstantialia esse diuinitati. Et nihilominus contra Valentinum, qui asseruit Christum corpus de cœlo attulisse. Proinde mirū in modum sui circumcisioe nostrā sibi dominus vendicat charitatem. Nam (vt ait Bernard.) non iam est quærere Christianis, quid voluerit dominus circumcidi. Propter hoc si quidē circumcisus est, propter quod natus, propter quod passus. Qui natiuitatis suę die paulò minus minoratus ab angelis, habitu inuēt^o est vt homo, hodie ab angelis multo minoratus, nō solum formā hominis, sed etiam formā

Bernard. habet peccatoris. Quid enim est circumcisio nisi superfluitatis & peccati indicium? Sed in te domine Iesu quid est superfluum quod circumcidatur? Nōne tu verus deus et de deo patre, homo verus sine omni peccato de virgine matre? Quid facitis circumcidētes eum? Putatis quod super eum possit cadere illa sententia, Masculus cuius preputij caro circumcisa nō fuerit, peribit anima ipsius de populo suo? An posset pater obliuisci filij vteri sui? Nihil horum est, sed caput pro membris accepit curationē, quam in seipso non habuit necessariam. Nōne & in membris nostris sæpe pro vnus infirmitate alteri adhibetur curatio? Dolet caput, & in brachio fit, vel incisio vel alligatura. Dolent renes, & fit in tibia. Ita & hodie pro totius corpore

Gene. 17. *Simili.*

po
in
cir
E
si
an
nar
E
mi
ne
Qu
xen
ma
per
ma
qu
go
om
tan
ner
E
scir
eti
ipse
sine
di a
tiam
pei
ded
mus
& n
qua
non
par
tus
ton
era
retu
rire

poni

poris curada putredine, cauterium quoddam infixum est in capite. Denique quid mirum si pro nobis, dignatus est circuncidi pro quibus dignatus est mori?

¶ Ecce iam in aetate infantili primitias sui sanguinis, quasi arram effundit & offert, pro te patri, totum post triginta tres annos pro tui redemptione profusus. Totus, inquit, Bernard. mihi datus est, totus in meos usus expensus est.

¶ Tertio, voluit circuncidi propter exemplum nostrae humilitatis, unde ait Bernard. Ad quid enim tibi circuncisio necessaria, qui peccatum non commisisti nec contraxisti? Quod ipse non feceris, aetas manifestat: quod non contraxeris, multo certius probat patris diuinitas & integritas matris. Summus sacerdos es, quem nec super patre nec super matre contaminandum, prophetatum est in lege potius quam mandatum. Est enim tibi pater ab aeterno, sed deus est in quem peccatum non cadit. Est & mater ex tempore, sed virgo, nec parere potuit corruptio corruptelam. Super haec omnia circunciditur puer, agnus sine macula: & si non eguit, tamen voluit circuncidi. Nec vestigium quidem vllum vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris.

¶ Sed non sic agit peruersitas elationis humanae. Erubescimus vulnerum alligaturam, qui de vulneribus interdum etiam gloriamur. Quem nemo potest arguere de peccato, ipse peccati remedium & verendum pariter & austerum sine ulla necessitate suscepit. Nos e contrario, inuerecundi ad obscenitatem culpae, erubescimus agere poenitentiam (quod extremae demeritiae est) male prouisi in vulnera, peius in remedia verecundi. Qui peccatum non fecit, non dedignatus est peccatorem se reputari: nos & esse volumus, & nolumus aestimari. Itane sano opus est medicina, & non potius male habentibus? Sed Christus patienter quae non rapuit exoluit, qui venerat purgationem facere, non suscipere, delictorum. Sed dicas: Qui dñi susciperet paruulus? imò verò qui dñi susciperet humilis & mansuetus? Qui dñi obmutesceret coram circuncidente, qui coram rudente obmutuit, coram crucifigente siluit? Alioqui non erat ei difficile carnem suam integram seruare ne scinderetur, qui fecerat ne vaginalis vteri porta in exitu suo aperiretur. Non erat difficile paruulo prohibere ne caro illa

circunciditur propter exemplum nostrae humilitatis.

Leuit. 21.

Humana superbia retunditur Ioan. 8.

Psal.

Hebr. 11.

Esa. 53.

circuncideretur, quando nec mortuo difficile fuit custodire ne corrumperetur.

Circunciditur propter documentum nostrae salutis.
Bernard.
 ¶ Quarto, voluit Christus circuncidi propter documentum nostrae salutis, ut videlicet nos doceat spiritualiter debere circuncidi. Vnde ait idem Bernard. In circūcisione domini fratres charissimi, habent⁹ & quod amem⁹ & quod imitemur. Patet in ea magnae dignationis beneficiū, vnde gratias agamus, latet aliquid clausum, quod in nobis implere debeamus. Venit naque dominus propter nos, non solum redimēdos sui sanguinis effusione, sed & docēdos verbis, & exemplis nihilominus instruendos. Sicut enim penitus erat inutile viam scire si detineremur in carcere, ita redimi nō prodesset, si viē ignaros qui primus inueniret, primus seduceret in carcerē cōiiciendo. Itaque in maiore quidē aetate patiētiae & humilitatis, & super omnia charitatis ceterarūq; virtutū manifesta dedit saluator exempla, in infantia verò figuris velata. Inter cetera autē quae nobis infans Christus reliquit documēta, non minima sunt ea quae nobis in sua circūcisione cōtradidit. Nam praeter illa quae iam dicta sunt, nimirum circūcisionē spiritualē nobis cōmendauit, eam scilicet, de qua dicit Apostolus, quod non litera, sed spiritu perficitur. De qua tria sunt cōsideranda. Primum, quid debeat in nobis circuncidi. Secundum, quando debemus spiritualiter circuncidi. Tertium est, propter quid circuncidi debemus.

Deut. 10 ¶ Circa primum nouerimus corda nostra imprimis debere circūcidi, dicēte domino: Circuncidite prēputiū cordis vestri. Circuncidi quippe corde debemus ab iniqua cogitatione & mala voluntate. Hęc enim sunt prēputia, id est, superflua cordis & prorsus amputāda. Vnde dñs ipse per
Terem. 4. Prophetā queritur, dicēs: Usquequo morabūtur in te cogitationes noxiæ? Nō tam cogitationes noxias quā mō
Esa. 1. ram arguēs. Et iterū: Auferte, inquit, malum cogitationū
Hebr. 4. vestrarū ab oculis meis, dicit domin⁹: Omnia enim nuda
Eccle. 23. & aperta sunt oculis eius. Vnde & per Sapiētem dicitur: Oculi domini multō lucidiores sunt sup solē, circūspiciētes omnes vias hominum, corda intuentes in abscondito.
 ¶ Circuncidi etiā debemus ore ab incauta & indebita loquitiōe. Hinc enim Moyses apud dominum queritur, di-

cens:

rens: En circuncifus labiis ego sum. De hac circuncifione nos communefacit Apostolus dicēs: Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Circuncidi proinde debemus auribus, ne ad dei verbum absurdescamus, quomodo illi quibus dictum fuit: Dura ceruice, & incircuncifi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis.

*Exod. 6.**Ephe. 4.**Act. 7.*

¶ Circuncidi denique in opere debemus à luxuriæ coinquinatione. Scriptum est enim: Masculus cuius præputii caro circuncifa nõ fuerit, peribit anima illius de populo suo. Hinc & B. August. ait, Circuncifio Christi quid est, nisi castitas nostra qua deus delectatur in nouissimis tēporibus. Nam in illo antiquo seculo dictum est: Crescite & multiplicamini & replete terrā, Nunc verò nobis dicitur: Qui habent vxores, tanquam non habentes sint.

*Gene. 17.**Gene. 13.**Gen. 9.**1. Cor. 7.*

¶ Circa secundum, videlicet quando circuncidi debemus, scriptum est: Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Væ tibi, quisquis es, qui in peccatis inueterasti. Ecce infans qui adhuc peccare non potest, circuncidi iubetur, nõ quidem à peccato peracto, sed solùm cōtracto, & tu qui inueterasti in terra aliena, qui coinquinatus es cum mortuis, & deputatus es cum descendētib; in infernū, qui dereliquisti fontem sapientiæ, pœnitentiæ remedium, mutationem vitæ, id est spirituales circuncifionem auerfaris. Potest tamen homo spiritualiter à peccatis non modò in infantia, imò & in adolescentiâ & iuuentute, & etiam ætate decrepita, circuncidi, sicut in circuncifione domus Abrahamæ significatum est. Isaac enim infans octo dierum circuncifus fuit, Ismahel annorū tredecim, serui, iam adulti & in ætate virili, Abraham ipse nonaginta & nouem annorum.

*Quando circuncidi debemus.**Gene. 17.**Baruch. 3.**Gene. 21.**Gene. 17.*

¶ Circa tertium, videlicet quare circuncidi debeamus, sciendum quòd quatuor ob causas debemus circuncidi. Primò, pro aternæ mortis euasione, sicut iam ex legis præscripto recitatum est. Masculus cuius præputii caro circuncifa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, id est, de cœtu fidelium saluandorum. In iudicio enim sæuera hos districtione & discutiet & iudicabit, sicut per Ieremiam dicit: Visitabo super omnem qui incircuncifum habet præputium.

*Adquid circuncidi debeamus**circuncidi debeamus**Iere. 9.*

IN FESTO

Iere. 9. Porro speciatim exprimit, Primò, Aegyptum, quod interpretatur tenebræ. Visitabo, inquit, super Aegyptum, est, eos quorum sunt in tenebris opera & dicunt: Quis uidet nos? Huiuscemodi sunt, proditores, fraudulentæ, hypocritæ, simulatores & callidi iram dei prouocantes, impudici, & vitiis enormibus addicti, & latentes in tenebris.

Iuda. Secundò dicit: Et super Iudam, quod in vna suarum significationum interpretatur glorificans, & designat arrogantes, & superbos quosque sese prædicantes atque iactantes.

Edom. Tertiò dicit: Et super Edom, quod interpretatur sanguineus, & significat omnes quorum veloces sunt pedes effundendum sanguinem. Quibus dicitur: Quum multiplicaueris orationem non exaudiam, & quum extenderis manus vestras nõ aspiciam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Huiuscemodi sunt non modò qui vel manu vel mandato, vel consilio, vel cõsensu, palàm vel occultè fundunt sanguinem, vel homicidium committunt, sed etiam qui opprimunt pauperes per potentiam, iudices iniusti, qui iustificat impium pro muneribus & iustitiam iusti auferunt ab eo. Quin etiam qui effundit sanguinem & qui facit fraudè mercenario, fratres sunt. Et iterùm: Panis egentum, vita pauperis, qui defraudat illũ homo sanguinum est. Et rursus: Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.

Esa. 5. Quartò dicitur. Et super Amon, quod interpretatur populus murmurationis, & significat detractores, seminatores discordiæ, susurriones, de diuina dispositione querentes & indignantes: item eos qui inuida mente proximorum quacunq; aut quantumuis benefacta intuètes cõtaminant omnia deniq; diiudicantes præterquam semetipsos. Quintò dicitur: Et super Moab, quod interpretatur ex patre, & eos significat, qui vel prauas patrum suorum vias eligunt vel qui ea quæ ab illis iniuste sciunt esse acquisita, ipsi quasi sua sint possident. Sextò dicitur: Et super omnes qui cõtrouersi sunt in comam habitantes in deserto, per hos significatur clerici & claustrales, qui professione sua videntur seculo renuntiasse. Itaque in visitatione horum incircumcisorum pœnitentiam summus iudex iniunget, non panis & aquæ, sed ignis eterni, vbi nec aquæ gutta in refrigerium poterit

*Attõsi
in comã.*

Moab.

*Eccle. 34.
Amon.*

Esa. 5.

Esa. 1.

*Edom.
Esa. 1.*

Iuda.

*Aegyptus
Esa. 29.*

Iere. 9.

po
ph
Ci
fr
d
qu
¶ S
ani
lite
Si
tan
cet
gue
& n
ma
tati
sion
¶ H
id e
de p
cap
lio
hoc
nem
¶ De
des.
gun
¶ Ve
tate
qua
(scil
em
quer
Chri
circu
tine
¶ Ips
cucif
mosy

poterit vnquam obtineri. Sed modo clemēter hos per prophetam suum vt conuersi resipiscant, cōmonefacit, dicēs.

Circuncidimini domino, & auferte pręputia cordium vestrorum viri Iuda & habitatores Hierusalē, ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiā cogitationum vestrarum. *Iere. 4.*

¶ Secundò, debemus spiritualiter circūcidi pro nostrarum animarū eū Christo fœlici copulatione. Vnde illud moraliter accipere possumus quod in Deutero. scriptum est, *Propter desponsationem. Deut. 21. Figura.*

Si mulierem pulchram post bellum victis hostibus captam voluerit qui eam cœperit habere vxorem, introducet in domum suam, quæ radet cæsariem, & circūcidet vngues, & deponet vestem in qua capta est, & flebit patrem & matrem mense vno, & sic erit illi vxor. Mulier ista, anima est, pulchra quidem per imaginem pulcherrimæ trinitatis, quam victis principibus tenebrarum in bello suę passionis Christus cœpit.

¶ Hęc si Christo cupit desponsari, primùm in domū eius, id est, Ecclesiam debet per fidem introduci. Debet proinde pilos superfluarum aut certè malarum cogitationū de capite mentis abraderi, ne fortè cōcupiscentiarum aut aliorum quorumlibet vitiorū vermes, pruritū ac scabiem, hoc est infamiam & mentis inquietudinem & remorsionem excitantes, illic succrescant. *Vt anima nostra christo desponsetur*

¶ Dein vngues circuncidat, id est, prauorum operum sordes. Illud enim in vnguibus circunciditur, vbi sordes colliguntur.

¶ Vel tum sordes pręscinditur de manibus, quum cupiditates colligentes sordes iniustarum opum amputantur, quæ verè sordidæ sunt. Ait enim Apost. AEstimo omnia (scilicet quæ mihi fuere lucra) detrimentum esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia, detrimentum feci & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Et sicut vngues nō semel sed sæpi⁹ circuncidimus, sic & spiritualis circūcisio sæpius, imò continenter fiat. *Philip. 3.*

¶ Ipsa etiam bona actio nostra quæ in abscondito est, circūcisione non minus indiget, ne quum ieiuno, oro, elemosynam facio, gloriam extrinsecus quæram. Nam si in angulis

angulis platearum sto, faciem demolior, tuba ante me et
no, vt videar & lauder ab hominibus, foris quidem circum-
ciscus appareo, sed immundus in corde permanens, potius
Gene. 34. in super simulatae sanctitatis incurro, ad morem Sicut hem-
tarum, qui quum patriarcharum circumcisionem videretur
imitari, quia non ob domini testamentum, sed ob cas-
sam fecere luxuriae, non modo nil acquirere mercedis, vi-
rum tertia die quando grauissimus vulnere dolor est, a-
ter suae ciuitatis periere ruinas. Tales nempe obliu pro-
pheticae monitionis, Circumcidimini domino, & aufer-
praeputia cordium vestrorum, vbi tempus resurrectionis
ingruerit, euacuatis quibus confidebant virtutibus, in mor-
tem mittetur aeternam. Denique vestem deponit, dum ve-
Eph. 4. tustam consuetudinem relinquit, iuxta quod Apost. mo-
net, dicens: Deponite secundum pristinam conuersatio-
nem veterem hominem, qui corrumpitur secundum deli-
deria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestrae,
induite nouum hominem qui secundum deum creatus est
in iustitia & sanctitate veritatis. Demum patrem flebit
matrem, id est, diabolus & concupiscentiam malam a qua
bus decepta est.

*Propter
Eucharis-
tiae di-
gnam per-
ceptionem.*

Exo. 12.

¶ Tertiò, debemus spiritualiter circumcidi pro Eucharis-
tiae digna perceptione. Hinc enim in Exodo scriptum est.
Hec est religio Phae: Omnis alienigena non comedet
eo. Omnis autem seruus circumcideretur & sic comederet.
Uena & mercenarius non comedit ex eo. De corpore Chri-
sti non comedit alienigena, id est, Gentilis, Iudaeus, Schi-
maticus, Hereticus, excommunicatus, seu peccator notorius
& publicus: Nec aduena, hoc est, is qui nuper uenit in
fidem nec ad huc firmus est, vel qui quum diu enormis
publicus peccator fuit, de cuius resipiscentia nondum
quid constat, impudenter se mox vult coram omnibus
mensam domini ingerere. Nec mercenarius, id est, qui pro
lucris temporalibus domino seruit, vel quilibet hypocrita
qui ex iustitia vel religione sua, famae pretium sectatur.
1. Cor. 6. Porro seruus emptitiuus qui emptus est pretio magno,
delicet precioso sanguine Christi, circumciscus ab omni
peccato per veram resipiscentiam comedit.

Propterea

¶ Quartò, debemus spiritualiter circumcidi propter

nae v
Circu
dilig
ma t
Qu
felic
picè
qui d
ram
diuic
¶ Et
otio
nem
se. S
iam
(sicu
nim
uit, n
hoc
figu
ater
nim
& fa

V
verbo
carne
eius
festa
nom
stam
sua c

nae vitae adeptionem. Vnde in Deutero. scriptum legimus: *terne vite*
 Circuncidet dominus deus cor tuum, & cor feminis tui, vt *t. ea sequi*
 diligas dominum deum tuum in corde tuo, & in tota ani- *tionem.*
 ma tua, vt possis viuere, vtique spiritualiter & eternaliter.
 Quodd autem per mysticam hanc circuncisionem ad pos-
 sessionem promissae nobis terrae viueticum pertingat, ty-
 picè per hoc innuitur quodd domino iubente, Iesu filius Nū
 qui & Iosue, populum Israël circuncidit, prius quàm ei ter- *Iosue. 5.*
 ram lacte & melle manantem in funiculo distributionis
 diuideret possidendam.

¶ Et quidem valde mirum est, sed à grandi mysterio non
 otiosum, quodd Moyses ipse qui passim in lege circuncisio- *Nō Moy*
 nem mandauit, Nusquam quempiam reperitur circūcidit- *ses, sed Ie*
 se. Sed hoc fecit (& quidem lapideis cultris) successor ei⁹ *sus, popu-*
 iam dictus Iesus filius Nū, vt per hoc intelligamus, quodd *lū circū-*
 (sicut ait Aposto.) nihil ad perfectum adduxit lex. Non e- *cidit.*
 nim illa totum hominem spirituali circuncisione munda- *Ioan. 10.*
 uit, nec in promissam viueticum regionem introduxit. Sed *1. Cor. 10.*
 hoc Christo Iesu vero & aeterno Saluatori (cuius ille Iesus
 figuram praetulit) seruatum est, qui ouibus suis dat vitam
 aeternam: vt ipse testatur. Qui & ipse petra est, qua vera a
 nimae circuncisio, hoc est, perfecta à peccatis purificatio,
 & sanctificatio vera perficitur. Petra enim erat Christus.

IN DIE CIRCUNCISIO-
 nis, de nomine Iesu,
 HOMILIA SECVNDA.

Luc. 2.

Vocatum est nomen eius Iesus. Quod vocatum est ab ange-
 lo, priusquam in utero conciperetur.

¶ In Homilia praecedenti tractata sunt euangelistae *philip. 2.*
 verba, quibus memorat Christi saluatoris nostri secundum *Gene. 21*
 carnem circuncisionem. Hic describet venerandi hominis *Gene. 17.*
 eius quodd super omne nomen est appellationem & mani *Circūcisō*
 festationem. Ab Abraham exortū est, vt in die circūcisionis *parvulo*
 nomen parvulis aptaretur. Quia & ipse quum à deo te- *nomē ac-*
 flamentum circuncisionis acciperet, eadem prius die cum *cipiunt.*
 sua coniuge nominis augmentū promeruit, vt qui eaten⁹
 Abram



Abram, id est, pater excelsus vocabatur, deinceps ob meritum fidei Abraham, hoc est, pater multarum gentium cuparetur. Sarai quoque Sara diceretur. Hinc est quod Christus domini nostri (qui à deo promissus fuerat Abraham de femine suo nasciturus, cuius etiam ipsa circumcisio, cōplēta promissionis signum data fuerat) ipsa suæ circumcisione die nomen, cœlo & terræ venerandū vocatū est Iesus. Vocatum, inquam, ab hominibus, non autē ab hominibus positum, ut enim Iesus vocaretur, à patre nomē hoc ei inpositum est. Vnde per Esdram prophetam loquens ait: Uelabitur filius meus Iesus cum his qui cum eo iocundabuntur. Et vnde Abacuc propheta ait: Ego autem in domino gaudebo, & exultabo, in deo Iesu meo. Et rursus alibi loquitur deus: Et erit, inquit, post annos hos, & occidetur filius meus Iesus, & conuertetur seculum.

Iesu nomē pater imposuit.

Abac. 3.

Luc. 1.

Mat. 1.

Bernard.

Ima summis christo sociantur.

Quod vocatū est, inquit, ab angelo priusquam in utero conciperetur. Ait enim ad Mariam matrem priusquam in utero conciperet: Ecce concipies in utero & paries filium & vocabis nomen eius Iesum. Cuius nominis rationem angelus postmodum B. Ioseph exposuit, dicēs: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugē tuam. Quia enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluū faciet populum suum à peccatis eorum. Iesus enim saluator interpretatur. Magnum, inquit Bernardus & mirabile sacramentum. Circunciditur puer, & vocatur Iesus. Quid sibi vult ista connexio? Circuncisio nēpe saluandi magis quam saluatoris esse videtur, & saluatorē circūcidere magis deum quam circūcidi. Sed agnosce mediatorem dei & hominum, qui ab ipso suæ natiuitatis exordio, diuinis humanis sociat, ima summis. Nascitur ex muliere, sed cui fecunditatis fructus sic accedit, ut non decidat flos virginitatis. In uero inuoluitur, sed ipsi pāni angelicis laudibus honoratur. Absconditur in præsepio, sed p̄ditur stella radiāte de caelo. Sic & circumcisio veritatē probat susceptę humanitatis & nomen quod est super omne nomen glorię indicat maiestatis. Circunciditur tanquam verus Abraham filius, Iesus vocatur tanquam filius dei. Hoc autē nomen, verbum, deus tunc habuit, ex quo caro vel homo factus est. Sed carum

qu
hum
uat,
tūm
nis
cōto
plan
caci
Iesu

Qu
hoc
sus e
bis f
huiu
Esaie
tum.
& m
num
detr
voca
tis, p

In
omn
fufur
dicit
iis or
cari p
set. V
Psaln
ri om
de m
muru
signa
De
citur,
quod
ro fac
& hic

quor factō hominis tale nomen positū est, non ex natura humana, sed ex diuina virtute pendet. Vnde enim nos saluat, aut saluator noster est, nisi ex eō quōd non homo tantū, sed etiā deus est? Itaque ad laudem & gloriā nominis Iesu tria de eodem ex scripturis diuinis, attenta mēte cōsideremus. Primum sit de huius venerādi nominis explanatione. Secundū de eiusdem salutiferi nominis efficacia & virtute. Tertium de eiusdem magnifici nominis Iesu prāfiguratione.

¶ De venerādi nominis Iesu explanatione.

¶ Quoniā grande est & exuperans omnem sensum, quōd hoc nomine Iesus comprehenditur (panis quippe vitē Iesus est, quē quia sumus paruuli, minutim quōdāmodo nobis frangi necesse est, vt eo pascamur) aduertamus vnus huius nominis, Iesus, mysterium pluribus ante nominib⁹

De nominis Iesu explanatione.

Esaie Prophetē diuinitus reuelatis fuisse clarius explanationem. Ait enim: Vocabitur nomē eius emmanuel, butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

Esa. 7.

Ait idem rursus: Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prādari. Tertio per eundē dictum est: Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis.

Esa. 8.

Esa. 9.

¶ In quibus omnibus vnum illud nomen quod est super omne nomen inuenies, sed expressum quōdāmodo & effusum. Nempe ipsum est de quo sponsa in Cātico amoris dicit: Oleum effusum nomen tuum. Habes ergo vnum ex iis omnibus appellationibus Iesum. Nec omnino aut vocari posset, aut esse saluator, si quippiam horum defuisset. Vnde quum multa scripta sint in lege & Prophetis & Psalmis de puero hoc: iuxta quod ipse ait, Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me: attamen apud nullum Prophetarum, in nullo Psalmo, nusquam in tota lege, sic vt hic apud Esaiam designatur ex nomine.

Nomen Iesus aliis nominib⁹ expressū.

Cant. 1.

¶ De nomine Emmanuel, quoniā hoc interpretatum dicitur, nobiscū deus, idē sentire debemus quod & de illo quod apud Ioannem habes verbo, videlicet: Et verbū caro factum est, & habitauit in nobis. Hoc tale vocabulum & hic eius sensus pulchrē nobis aperit quod mysterij cō-

Luc. vlt.

Emmanuel.

Ioan. 1.

tiv. cat

- Exod. 16* tineat illud quod (vbi appellauit domus Israel nomen
nis, quæ illis de cælo pluit dominus, Man, quod erat quæ
semen coriandri album) ita subiunctum est: Gustusq; es
quasi simillæ cum melle. Quid enim est iuxta mysteri
prædictum similla cum melle, nisi caro huius Emman
cum diuinitate? Qualis est gustus vbi talis Emmanuel
detur? Etenim visio eius, & sanctorū angelorū, & omni
beatorū vitalis est cibus, & immortalis & indeficiens
stus. Quod nos & si credimus, & vtcunque scimus, imp
sibile tamē est scire sicut est, donec vidēdo māducent
atq; ita manducando experiamur, quia verē est similla
melle, id est, vera & mūda humanitas cum dulci & sa
diuinitate. Et vide huius ceterorū nominū, quā pulch
& quā rationabilis ordo sit. Primū, Emmanuel, id est
biscum deus, pro causa videlicet quæ prima est in ordine
quia habitauit in nobis deus homo factus. Secundū, ac
lora, spolia detrahe, festina prædari, ea videlicet pro ca
sa, quia moriēdo fortē armatū diabolū superauit, & spo
ei⁹ distribuit. Tertiū, admirabilis, videlicet, quia surre
à mortuis, & ascendens in cælum gloria & honore con
natus, sedet à dextris dei. Quartū, consiliarius, ex eo
licet quòd dans paraclitum sanctum Apostolis suis, co
filium habuit cum eodem spiritu consilij, de reproba
Iudæis & vocandis Gentibus ad fidem. Quintum, de
quia exinde omni mūdo adoratur vt verē deus. Sextum
fortis, quia verē fortis in iudicio (quo expectatur ven
rus) apparebit. Septimum, pater futuri seculi, quia nū
peractō iudicio, non iam vt dominus seruorum, sed vt p
ter filiorū regnabit. Octauum, princeps pacis, quia re
ra laudabitur in æternum, & grates habebit vt author
cis, quæ deo sumus recōciliati per mortem eius, qui p
fueramus inimici.

¶ De salutiferi nominis Iesu efficacia & virtute.

¶ Rectē meritō in nomine Iesu omne genu flectatur, im
taliū præsertim, qui credunt in nomine eius. Siquis
per huius salutiferi ac viuifici nominis virtutem quatuor
hæc possumus consequi, videlicet veniam peccatorum
gratiam donorum, victoriam aduersariorum, gloriā pa
miorum. Secundum has quatuor virtutes huius nominis
reperimus

reperimus illud ab angelis in Euangelio quatuor vicibus pronunciatum, videlicet, Mariæ, Ioseph, Sanctis mulieribus & Apostolis.

¶ Nam secundum quòd per hoc nomen consequimur veniam peccatorum, nominatū est ipsi Ioseph ab angelo dicente, Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Pauperē, inquit, & humilem saluum faciet. Hinc etiam B. Ioānes ait: Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata in nomine eius. Et vnde rursus B. Petrus ait: Nō est aliud nomen sub cælo datū hominib⁹, in quo oporteat saluos fieri credētes. Et rursus idem ait: Huic omnes Propheta: testimonium perhibēt, remissionē peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credūt in eum. Omnibus ergo Prophetis crede, sed neq; de omnibus peccatis despera, licet tam multa sint, vt etiā arenam maris excedere videatur. Oravit in carcere Manasses, dicēs: Peccauit super numerum arenæ maris, & multiplicata: sunt iniquitates meæ. Tu ergo quisquis es cuius multiplicata sunt peccata, dic fiducialiter cū Propheta: Si iniquitates nostræ responderint nobis, Domine, fac propter nomē tuum, quoniā multæ sunt auersiones nostræ. Et cum Dauid: Propter nomen tuum domine ppitiaberis peccato meo, multū est enim. Hinc per semetipsum loquitur dicēs: Si quid petieritis patre in nomine meo, dabit vobis. In nomine Iesu petere, est illud petere propter quod ipse qui hoc nomē sibi elegit descendit de cælis, & incarnatus est, & homo factus est, crucifixus, mortuus, & sepultus est, & resurrexit tertia die, & ascēdit in cælum & sedet ad dexterā patris. Quare autem hæc omnia facta sunt, nisi vt per nomen eius remissionem peccatorum acciperemus?

¶ Secundò, per nomen Iesu consequimur gratiam cælestium donorum, & secundum hoc vocatum est ab angelo Mariæ, cui ait: Inuenisti gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hinc ipse Saluator ait: Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Si mendici vrgente fame per nomina sanctorum (sicut videmus) tam obnixè supplicant vt accipiant vel

Per nomen Iesu peccatorū remissio.
Matt. 1.
Psal.
1. Ioā. 2.
Act. 4.
Act. 10.

2. Pa. 71.

Iere. 14.

Psal.

Ioan. 14.

Quid est petere in nomine Iesu.

Per nomen Iesu gratiæ collatio.
Luc. 1.

Ioan. 14.

Simile.

fragmen

fragmen panis, quæ est hæc tanta ignauia quòd peccato
(cuius cor aruit, quia oblitus est comedere panem suum
per nomen Iesu supplicando non petit spiritum sanctum
vtique gratiarum authorem & fontem, & spiritum vni-

*Luc. 11.
Nisi per
nomē Iesu
nil posse
impetrari*

Dicit nobis Saluator: Petite & accipietis: pater enim da-
bit spiritū bonum petētibus se. Sapius enim replicando
suīsque discipulis inculcādo, dominus noster vt in nomi-
ne suo petendum esse nouerint, si quid patrem petere vo-
lint, mediatorem dei & hominum, sese salubriter cog-
noscere, adeò necessariū, vt nemo ad patrem venire
per illū: nemo à patre quicquā possit impetrare, nisi per
nomē suum. Vnde mos iste sanctus in Ecclesia catholica
circa orādi ritum ab antiquo semper obseruatus est, vt
omni oratione quā ad patrem dirigit, subiungat: Pater
nostrum Iesum Christum filium tuum. Quia vbi
licet præter hūc nulla via, nullūque est aliud ostium

psal.

quod respiciēs efficaciter dicat: Dirigatur oratio mea
cut incensum in cōspectu tuo. Eleuatio manuum mea
sacrificium vespertinum. Solūm huius vnigeniti filij
men quod est Iesus Christus necessariū vniuersæ orati-
onis est vehiculū, quo in cælū directo cursu perlata con-
stat ante patris cōspectū, salutēque de sinu eius &
tiam suggerere valeat spiritualiū charismatū atq; do-
rum. Dum autē dicit: Si quid petieritis à patre in nomine
meo, dabit vobis: econtrariò subaudiēdum est, quia nisi
pater dabit vobis, nisi orantes in nomine meo petieritis.

*per Iesu
nomen vi-
ctoria.*

*Luc. 10.
1. Reg. 17*

¶ Tertiò per nomen Iesu consequimur victoriam adue-
sariorū: Domine (inquiūt discipuli) in nomine tuo etia
dæmonia subiiciuntur nobis. Dæmones autem nō sub-
iiciuntur, nisi vincantur. Non autē vincuntur, nisi in nomi-
ne Iesu. Vnde ait Dauid ad Goliath: Tu venis ad me cum
gladio & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomi-
ne domini exercituum dei Israel. Iste fortis armatus, &
bolū significat. Porrò Dauid quilibet fidelis est, qui in
oratione nominis domini in oratione & baculo crucis,

*Aduersa
per nomē
Iesu su-
peramus.*

pia vulnerum Christi recordatione, & imitatione Christi
deuota confusus diabolū vincit: iuxta illud, In nomine
tuo spernemus insurgētes in nobis. Aduersa nihilominus
huius seculi & paffiones huius temporis in nomine Iesu
(si huius)

(si h
Hæ
res
quo
pa
pati
prop
gunt
dict
ta, ta
& an
¶ Gl
pati
na in
ni p
mē i
sequ
cien
tibus
fient
terra
inqu
tis &
mini
omn
nus a
cora
quit,
ne ei
mus
nom
est n
ne: I
nō ei
etian
¶ Qu
rum.
stolis
assun

(si hunc diligimus) superamus. Vnde audimus dicentem: *Ioan. 15. Act. 5.*
 Hæc omnia faciēt vobis propter nomē meum. Illi victores euadebant, qui ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati. Magna planè cōsolatio, & ad informandam piorum patientiam sufficiens, quod ait: Hæc omnia facient vobis propter nomen meum. Nam & si Christi dilectorem angunt hominum odia, fatigant opprobria, molestāt maledicta, affligunt rerum damna, vel etiam corporis tormēta, tamē hæc omnia temperat, & leuia reddit nomē Iesu, & amor ipsius, & securitas præmiorum.

¶ Gloriosa nēpe nominis Iesu dignitas, cuius gratia hæc patimur, opprobria cōdecorat, maledicta sanctificat, dāna in lucra, tormēta in magnæ spei vertit delicias. Quidni ppter hæc & inter hæc ille gaudeat, cui ob Christi nomē inferuntur? Si me persecuti sunt, inquit, & vos persequentur, blasphemabunt, calumniis & cōtumeliis afficient, lapidabunt, crucifigēt, & occidēt vos, & de ciuitatibus suis pellent, & ita fugietis de ciuitate in ciuitatem stentes & cōsistentes quòd peregrini sitis & aduenæ super terram, nō habentes hic manentem ciuitatem, sed futurā *In rebus aduersis cōsolatur*

inquiretes, vestris etiam parētibus & fratribus & cognatis & amicis incogniti, à quibus ad mortem quoque trade mini, & ita ppter me talē dominum vestrum illis exosum omnibus odio eritis. Ad hæc quid dicat ille, de quo dominus ait: vas electionis mihi est iste, vt portet nomē meum coram gētibus & regibus & filiis Israel, aduerte: Ego, inquit, nō solūm alligari, sed & mori paratus sum p nomine eius. Et rursūm alibi: Sed in his omnib⁹, inquit, superamus propter eum qui dilexit nos. Secundū hoc ergo q̄ in nomine Iesu huiusmodi victoriā cōsequimur, nunciatū est nomē Iesu ab angelo sanctis mulierib⁹ in resurrectione: Iesum, inquit, queritis Nazarenū crucifixū, surrexit, nō est hic. Victor certè mortis extitit qui surrexit. Victor etiam diaboli, qui crucifixus fuit. *10an. 15.*

¶ Quartò, per nomen Iesu consequimur gloriā præmiorum. Et secundum hoc annunciatum est nomē Iesu apostolis ab angelis in ascensione. Aiunt enim: Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quēadmodum *Heb. 11.*

vidistis *Act. 9. Act. 21.*

Roma. 6.

Mar. 16.

per nomē Iesu gloria. Act. 1.

- vidistis eum euntem in cœlum. Quisquis ergo in cœlum
ascendere desiderat, fiducialiter & suppliciter inuocet
Act. 7. mē Iesu, quomodo fecit ille, qui ait: Domine Iesu, accipe
spiritum meum. Quod autē in nomine ipsius victores
Ioan. 10. gloriā perueniāt, ipse insinuat qui de victoria iam secum
ait. Cōsolidite, ego vici mundū. Porro quid victoribus po-
Apoc. 2 liceatur aduerte: Vincētī, inquit, dabo manna absconditū
id est, gustū & fruitionē suauitatis æternæ. Nō autē habe-
Hebr. 9. mus accessum in introitum sanctorum nisi per sanguinem
ipsius, quā inuitauit nobis viam nouam. Vnde & Psalmist
psal. ait: In nomine domini dei nostri magnificabimur. Et
Apoc. 3. Apoc. loquitur, dicēs: Qui vicerit sic, vestietur vestimen-
tis albis, & non delebo nomen eius de libro vite. Si ve-
tu neglexeris nomen eius, & ipse delebit nomen tuum.

¶ De magnifici nominis Iesu celebri præfiguratione.
Tres hoc nomine Iesu illustres. ¶ Quauis plures in testamento veteri hoc nomen Iesu
pertulerint, attamē inter eos tres elucēt hoc nomine il-
lustres, qui nō modō nomine, sed etiā gestis verū mundi sal-
uatorem Christum Iesum præfigurant, quorum primus
fuit bellorum domini depugnator & dux fortissimus. Se-
cundus, fuit doctor populi sapientia clarus. Tertius, fuit
sacerdos pro salute populi ante eum mediator sedulus.

primus Iesus fortissimus bellator. ¶ De primo scriptum legimus: Fortis in bello Iesus filius
Naue, successor Moyſi, qui fuit magn⁹ secundū nomē
maximus in salutē electorum dei, expugnare inſurgē-
tes hostes, vt cōsequeretur hæreditatē Iſrael. Et quidem
Eccle. 46 omnia in illo Iesu filio Naue tēporaliter impleta sunt
Deut. 31 in Christo Iesu solo & vero saluatore mirabili mysterio
Iosue. 5. 6 rificātur. Ille siquidē in principatu Moyſi, cui fuerat
8. & 10. ster successit, populū circuncidit, hostes superauit. In
Iosue. 13. eos expugnādo solē stare inſit, hæreditatē deniq; in
niculo distributionis populo diuisit, & ppter hæc magn⁹
secundū nomē suum, imō maximus in salutē electorum
fuisse memoratur. Sed hæc omnia in Christo Iesu magis
plenius & perfecti⁹ (vt iam dictū est) cōstat esse cōpleta.

in principatu Moyſi successit. ¶ Ipse nāque Moyſi successit in principatu populi dei,
Deut. 18. cut ad Moyſen loquutus est dominus, dicens: Propheta
scirabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & p-
verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia que
cep

cepero illi. Qui autē verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existā. Iste ppheta omnino procul dubiō Christus Iesus est, quem de gente Israel fratrem illius suscitauit dominus, vt quomodo Moyfes, ita & ipse populi credentis gubernet ecclesiam, & hoc quidem defuncto Moyse, id est, figurali ceremoniarū & legis ritum cessante. Qui & ipse Moyse minister antē fuerat, quia nimirum sub lege factus, in semetipso legem impleuit.

¶ Proinde ipse nos lauans à peccatis nostris in sanguine suo, mores quoq; nostros operibus suis simul & doctrinæ verbis instituens, plenariē circūcidit. Moyse enim (vt supra memoratum est) qui legem circuncisionis & patribus à deo datam, & sibi toties inculcatam refert, toto ducatus sui tempore neminē legitur circūcidisse, sed omnes qui in eremo nati sunt, successuro sibi Iosue (aliās Iesu) reliquit circūcidendos, morem videlicet diuinitus imperatum quadringentis & sex annis obseruatum, & auita sibi successione cōtradictum annis quadraginta cōtinuis intermittens. Quod nequaquam frustra, imō magno mysterio factū esse nouerimus. Ait enim Beda: Moyse circūcisionem prædicat, sed Iosue perficit, quia lex per Moysen data est, gratia autē & veritas per Iesum Christum facta est. Nihilque prodest litera iubens, nisi adfuerit gratia iuuans. Moyse prædicatē præputiū crescit, quia sicut Apostolus ait: Ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Et iterum: Peccatum nō imputabatur quum lex non esset. Et iterū: Lex autem subintrauit vt abūdaret delictum. Nam cōcupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non cōcupisces. Occasione autem accepta per mandatum, peccatum operatum est in me omnem concupiscentiam.

¶ Sed Iosue (qui & Iesu) præputiū quod sub Moyse creuerat, cultris petrinis incidit. Quia vbi abūdauit peccatum, superabūdauit & gratia. Nam quare petrinis ad circūcidendum Iosue cultris vtatur intelligat qui legit, quia petra erat Christus. Et super hāc petrā, inquit, ædificabo ecclesiam meā. Quod enim impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, deus filiū suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum

*Apoc. 7.
Christus
vt nos cir-
cūcidit.*

*Beda.
Cur Moy-
ses nemi-
nem cir-
cūcidit.
Iou. 1.
Roma. 3.
Rom. 4. 5.
Ibidem.*

Roma. 7.

*Iosue vt
populum
circūci-
dit.*

Iosue. 5.

Roma. 5.

1-Cor. 10.

Mat. 16.

Roma. 8. in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

¶ Hęc autem Christi gratia non solum fideles noui testamēti iustificat, verum quicūque in lege perfecti fuerent, ex operibus legis, sed eadem Christi in carne vēturi gratia sunt salui facti per fidē. Et hos populus à Iosue circūcisus, illos Moysi filius designat, quē mater arrepta per acutissima, ne à domino feri eretur, circūcidit. Hi enim legis seueritate coacti, discerent Christi gratiā flagrantē quasi impendentē domini gladium, petra circūcisione vitabant, Petro attestante, qui de iugo legis loquens,

Act. 15. Quod neq; patres nostri neq; nos potuimus portare, sed per gratiam domini Iesu credimus saluari quemadmodum & illi. Et Psalmista, qui quasi carcerali legis custodia conclusus, & viā euadēdi nullam, nisi in gratia Christi reprensens exclamat: Dum anxietur cor meum in petra, peccasti me. Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris multitudinis à facie inimici.

Psal.

¶ Non solum autem Iesus ille filius Naue domini noui typum gessit in eo q̄ populū petrinis (vt iam dictum est) circūcidit cultris, sed etiā quia hostes populi bello superauit. Ille enim superatos p̄sigauit Chanaanos, iste percipies tenebrarū expoliatos triūphauit. Vicit quippe super armatum, qui perniciosa pace prius omnia possederat.

Hostes

Iosue superauit.

Iosue. 12.

Coloss. 2.

Luc. 11.

Iosue. 10.

Sapiē. 5.

Matt. 25

¶ Porro quod ille quum hostes cederet solem stare iussit & stetit, quid aliud designat, nisi quod quum iudicij tempore reddet Christus Iesus vltionē hostibus suis cessante motu & reuolutione cœlorū, sol & luna immobili stant persistēt? Tunc ceciderunt super populi illius hostes, pedes grandinis valentes etiam armatos interficere. Quorū iudicāte Christo ante faciē eius quis sustinebit, qui pro eo pugnabit orbis terrarum contra insensatos? Quis enim poterit illorum verborum pondus sustinere: Ite ledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius? Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare & cetera quę sequuntur. Horum quippe intolerabile verborum pondus mox impios vniuersos demerget in ignem, vnde in aeternum non consurgēt. Denique electi per ipsum, vt dictum est, prius à peccato, ac tum demum

in bo

in beata resurrectione à mortalitatis corruptione circum- *Hæredita-*
 cis omnino & liberatis, æternâ distribuet hæreditatem, *tem circû-*
 dicēs: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vo- *cisis di-*
 bis regum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedi- *stribuit.*
 stis mihi manducare, & cætera quæ sequuntur.

¶ Secundus, qui nomine suo Iesum saluatorē mundi præsi- *Mat. 25.*
 gurauit doctor fuit sapientia clarus, scilicet Iesus filius Si *secundus*
 rach author libri, qui Ecclesiasticus intitulatur. Siquidem *Iesus do-*
 Christus Iesus non modò fortis & potens (utpote virtu- *ctor sapi-*
 tum dominus) est in prælio, sed etiã per ea quæ habet verentia cla- *tor sapi-*
 ba vitæ æternæ, per euangelicam videlicet doctrinam lux *rus.*
 mundi est, quem iure & magistrum vnicum & dominum, *Ioan. 6.*
 & cognoscimus & confitemur. Et rectè quidem in duob⁹ *Ioan. 10.*
 istis Christus Iesus figuratur, qui nimirum & dei virtus, & *1. Cor. 1.*
 sapientia est. *Mat. 11.*

¶ Cuius doctrina tria cõmendant, scilicet, Facilitas, infal- *Ioan. 16.*
 libilitas, vtilitas. Facilis est enim magistri huius cœlestis *Christi do-*
 doctrina, magistri, inquam, mitis & humilis corde. Primò *ctrina sa-*
 ad intelligendum. Palàm, inquit loqueris, neminem ab in *cilis intel-*
 telligentiã tuã disciplinã repellens. Non sic dogmata te- *ligi.*
 nebris obsusa huius seculi philosophorum, de quibus ca- *Psal.*
 nitur: Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambu-
 lant. Quorum sicut intelligentiã fons turbidus est, ita &
 riuiulus doctrinæ.

¶ Tum ad retinendum, quia brevis est, & ab ipso ad eam *Facilis re-*
 ducta breuitatem, ut diceret: Diliges dominum deum tuũ *tineri.*
 ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mēte tua,
 hoc est maximum & proximum mādātũ. Secūndum autē si *Mat. 22*
 mile est huic: Diliges proximũ tuum sicut teipsum. In his *Facilis*
 duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Tum *perfici.*
 etiã ad faciendum facilis est, quod videlicet sola dilectione
 adimpletur. Sed quid facili⁹ quàm amare, imò quid delectabi-
 lius, quid minus fastidiosum? Hæc est, inquit Ioannes cha- *1. Ioan 5.*
 ritas dei, ut mandata eius custodiamus, & mādata ei⁹ gra-
 uia non sunt.

¶ Porro quàm sit stabilis, imò & infallibilis doctrina *Doctrina*
 Christi, ipse insinuat, ubi ait: Cælum & terra transibunt, *Christi*
 verba autem mea non transibunt. Cuius nihilominus do- *stabilitas.*
 ctrinæ veritas, innumeris quæ credibilia facta sunt nimis *Luc. 21.*

testimoniis, per signa virtutū satis superque diuinitus et confirmata. Pro cuius etiam assertionē sancti apostoli, & innumeri per orbem terrarum martyres, quæcunque tormentorum & cruciatuum genera subire, & tādē effusū sanguine mortem perpeti non dubitauerunt.

Doctrina christi vtilitas. ¶ Denique quanta sit huius cœlestis doctrinæ vtilitas patet, quādoquidem hæc vna ad gloriam æternæ beatitudinis (bonum cunctis desideratum) perducat, sicut ille scripsit qui ait: Domine verba vitæ æternæ habes, & quòd bibemus? si videlicet discesserimus à te? Mortalium artes quæ ad lucrum amplius cōducunt, cæteris artibus præferuntur.

Ioan. 6. Sed quid prodest homini si mundum vniuersum lucretur animæ verò suæ detrimentum patiatur? Porro quo maius est bonū quod instituto Christi homo adipiscitur, eò facilius ceteris omnibus institutis, & artibus sacra Christi Iesu doctrina vtilior esse probatur. Illius autē doctrina quòd est aduerso est inimici, contrarias habet conditiones. Difficilis enim est, incerta, & fallibilis, & inutilis.

Doctrina diaboli qualis. ¶ Auaris quippe diabolus doctrinā tradit laboriosam & difficilē, quos incessanter ardentibus cupiditatum stimulis exagitat & inquietat.

¶ Luxū verò atque corporis voluptati deditis, suggerit dogma fallibile & incertū. Nō enim certiores esse possunt carnalium hominū voluptates, quàm sit eorū subsistentia fragilis, & vita fugax, breuis, caduca. Voluptatibus enim furibunda mors insperato succedens, ita cunctis finē imponit, vt quum esse desierint, non fuisse putentur. Hoc probauit diues ille, cuius ager quum vberiores fructus attulisset, ait intra se, dicēs: Cōgregabo omnia quæ nata sunt mihi bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita ī annos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animam tuā repperit à te, quæ autē paraasti, cuius erunt? Refellit hunc promissio vana, dogma mendax, & fallere solers.

Luc. 12. ¶ Denique doctrinam inutilē superbis tradit, quos dotes bonorum fastigia ambire, ascēdere in altum, vt lapsu grauiore ruant, quos super ventū ponit, vt elidat validè. Huiusmodi enim huius seculi, quasi quidam ventus sunt. Quis enim (vt beatus Augustinus ait) nesciat superbos quos ventus

Iob. 30.

August.

enim (vt beatus Augustinus ait) nesciat superbos quos ventus

ven
tur
nis
steri
¶ H
uer
est,
quit
lem
hatio
qui h
¶ Te
cerd
vide
prop
dos
sum
Iesu
vt ad
tus v
stim
plun
¶ In
fit ar
ster
dictu
ordie
frusta
habe
cum
met
coni
pecc
& cu
vtiq
deu
talit
Con

vento distentos? Sed quoniã superbi quod maximè sectantur adipisci nequeunt, rectè dixerim diabolicæ suggestionis doctrinam quæ hos frustra impellit, inutilè prorsus & sterilem deprehendi.

¶ Honorem quippe venantur, quo ceteris appareant reuerendi, sed incurrunt despectionem. Honor enim umbra est, quæ se inseque'tem incomprehensibiliter effugit & sequitur fugientè, iuxta quod per Sapientem dicitur: Humilem spiritu suscipiet gloria. Superbũ verò sequitur humiliatio, & despectio hunc (decernente deo) comprehendit, qui hanc summè formidans & fugiens ad alia festinabat.

Prov. 19.

¶ Tertiº, qui suo nomine Christum Iesum præcurrit, sacerdos erat pro salute populi ante deũ sedulus & deuotus videlicet Iesus filius Iosedech. Cui a domino per Haggeũ prophetam dictum est: Cõfortare Iesu fili Iosedech, sacerdos magne dicit dominus exercituum, quoniam ego tecũ sum. De quo etiam Zacharias ait: Ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum, & satan stabat à dextris eius ut aduersaretur ei. Et post pauca subdit: Et Iesus erat indutus vestibus sordidis. Et ait angelus domini: Auferte vestimenta sordida ab eo. Iste Iesus dirutum à Chaldæis templum postliminio reuersis reedificauit.

Tertius Iesus sacerdos deuotus.

Zacha. 3.

Hag. 1.

¶ In quibus omnibus quàm significatæ Christi typum gefsit animaduertere promptum est. Ipse enim dominus noster Christus Iesus verè solus & summus sacerdos est, cui dictum est à patre: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Huic satan aduersatus est, sed frustra: Venit, inquit, princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quid enim posset satan aduersus eum cum quo deus est in vnitate personæ coniunctus? Qui tamen meti verus homo esset & nostræ subiectus mortalitati, coniuncta sibi tamen diuinitate confortatus est. Qui quò peccata nostra præferret in corpore suo, super lignum, & cum iniquis deputatus inter latrones crucifigeretur, & tunc vestimentis sordidis indutus erat. Sed quum deuiçta morte tertia die resurrexisset, sordida nostræ mortalitatis vestimenta mutauit. Hinc enim ipse ait ad patrè Conscidisti sacco meum, & circumdedisti me laritia.

Christo satan aduersatus.

Ioan. 14.

1. Pet. 2.

Esa. 53.

Ioan. 19.

psal.

K iij ¶ Templo

IN FESTO

*Iesus eccle
siae templū
adificauit*

¶ Templo nihilominus Iudaicæ synagogæ abolito atque
probato, nouum Ecclesiæ credentiū sacerdos hic magnus
Christus Iesus, confutato satana, templū edificauit. Dicitur
è diuerso templi huius parietes (è Iudæis, scilicet & genti-
bus) in se lapidem vnum angularem copulās atque con-
iungens, viuum diuinę in habitationi ædificium stabilis-
simum.

*Iesus pon-
tifex fide-
lis.*

¶ Fidelis proinde pontificis munus exequens apud patrem
interpellat pro nobis. Aduocatum, inquit Ioannes, habemus
apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio
pro peccatis nostris.

*Rom. 8.
1. Io. 2.*

IN DIE EPIPHAN-
niæ Domini.

Mat. 2.

Quom natus esset Iesus in Bethlehẽ Iudæ, in diebus Herodis
regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam.

¶ In hac lectione B. Euangelista quatuor per ordinem
describit. Quorum primum est, Nati saluatoris per indicium
nouę stellę pia per Gentium sapientes inquisitio. Secundum
est, Turbati regis Herodis aduersus hunc dolosa machinatio.
Tertium est, Magorum in Bethlehem per ipsum Herodem
destinatio. Quartum est, Saluatoris inuenti per Magos
mystica veneratio. Secundum, ibi: Audiens autem Herodes
reges. Tertium, ibi: Et mittens illos in Bethlehem, Quatuor-
tum, ibi: Qui quum audissent regem.

¶ De nati saluatoris pia inquisitione.

¶ Circa primum tria facit euangelista. Primò enim circum-
scribit id quod factum esse memorat, ponit circumstantiam & locum
& temporis. Dein sollicitudinem pię inquisitionis.
Postremò, commemorat stellam indicem Dominicę natiuitatis.
Secundum, ibi: Ecce Magi ab Oriente. Tertium, ibi: Vidimus
enim stellam eius.

*Natiuitas
Christi
tempus &
locus.*

¶ Circa primum dicit: Quom natus esset Iesus in Bethle-
hem Iudæ in diebus Herodis regis. Mirè ad rem pertinentem
quòd Euangelista quom Christi natiuitatem commemorasset,
cõfestum & locum natiuitatis & tempus expressit
dicendo: In Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis.
Hoc enim pertinet ad veritatem dei, qui per prophetas
fuit

fu
Ber
bus
Ista
pr
& d
Qui
que
rum
Iuda
pare
Nor
ris A
Herc
¶ Pro
mor
mæc
Iudæ
verit
eri, i
pore
tatis
voce
cui n
la ciu
& M.
scere
mod
famul
latus
de re
M.
bus E
tur vi
seph
leher
Dau
verit
qu an

suum locum designauit huiusce natiuitatis, dicens: Et tu *Mich. 5.*
Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principi
bus Iuda, Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum *Gene. 49*
Israël. Sed & tempus similiter per os patriarchæ Iacob ita *Gen. 22.*
præloquutus est, dicens: Non auferetur sceptrum de Iuda, *Christo*
& dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est. *nascente*
Qui etiam Abraham & Bethlehemitæ Dauid promisit at- *sceptrum*
que iurauit hunc Iesum Christum de suo semine nascitu- *de Iuda*
rum. Ergo non antè debebat auferri sceptrum & dux de- *defecerat.*
Iuda, donec iste veniret, alioqui fidelis & verax non ap-
pareret deus, qui in patriarchis & prophetis loquutus est.
Non ergo ait Euangelista: Quum natus, esset diebus Cæsa-
ris Augusti, qui tunc rerum potiebatur: sed in diebus, inquit
Herodis regis, vtique alienigenæ.

*Herodes a
liengenæ*

¶ Profectò sceptrum ablatum erat de Iuda, & dux de fœ- *liengenæ*
moribus eius defecerat, quum regnaret Herodes, patre Idu-
mæo & matre ortus Arabæ. Igitur dicendo in Bethlehem
Iudæ in diebus Herodis regis, scienter argumenta præbuit
veritatis, breuiter & sufficienter edicens sic oportuisse fi-
eri, id est, tunc temporis debuisse nasci Christum, quo tem-
pore narrauerat eum esse natum, & illum debere natiui-
tatis esse locum, propter veritatem dei & confirmandas
voces prophetarum. Fuerat conceptus in ciuitate Galilææ
cui nomen Nazareth. Quamcunque verò ob causam in il- *Luca. 1.*
la ciuitate Galilææ tunc fuerint vel habitauerint Ioseph
& Maria, quum essent de domo Dauid, nihilominus vt na-
scretur Iesus in Bethlehem Iuda, deus miro prouidit
modo, Romano videlicet imperio propheticæ veritati *Roma. im-*
famulante. Denique Cæsar Augustus hoc modo famu- *periu pro-*
latus est illi, vt auferret sceptrum & ducem de Iuda dan- *pheticæ fa-*
do regnum Iudææ Herodi huic (vt dictum est) alienigenæ *mulatum*
M. Antonio suffragante. Vnde & hic dicitur, in die-
bus Herodis regis, & edictum proponeret vt describere-
tur vniuersus orbis. Quæ causa effecit, vt ascenderet Io-
seph cum Maria desponsata sibi vxore prægnante in Beth *cælû fa-*
lehem ciuitatem Dauid, eò quòd esset de domo & familia *mulatum*
Dauid. Sic miro modo famulatum est Christi natiuitati & *propheti-*
veritati propheticæ, tam Romanum imperium nesciens, *ca verita*
quam cælum inanimatum nouam stellam huiusce natiui-
tatis

tatis

tatis indicem mittens, vt postea dicetur. Circa secundum, videlicet sollicitudinem piæ inquisitionis, dicit:

Ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est, rex Iudæorum?

*Cur Hierosolymam
quærent
christum*

¶ Non, inquit, quærimus Herodem nuper in solio regni collocatum, sed legitimum qui natus est regni hæredem, verum regem Iudæorum. Merito sanè ab oriente hi veniunt, qui solis iustitiæ nouum nobis ortum annuntiant, qui lætis rumoribus totum mundum illuminant. Porro natiuitatis Christi locum magi (licet diuinitus inspirati) nesciunt, quippe qui non in Bethlehem, sed primùm Hierosolymam venerunt. Magis in sublimi quàm in humili loco, magis in regia ciuitate quàm in vico mediocri, magis in turba diuitem quàm in silentio pauperum nasci posse, & quærendum esse putauerunt regem Iudæorum.

S. Leo.

*Mira magorum
fides de
christo.*

¶ Itaque, vt ait S. Leo papa: Hierosolymam venerunt, qui humano sensu significatum sibi regis ortum æstimauerunt in regia ciuitate esse quærendum: Sed qui serui susceperat formam, & non iudicare venerat sed iudicari, Bethlehem prælegit natiuitati, Hierosolymam passioni. Venientes ergo Magi Hierosolymam quid dixerint audiamus: Vbi est, inquit, qui natus est rex Iudæorum? Quàm certa fides & nihil penitus hæsitans. Non quærent vtrum natus sit, sed indubitanter natum annuntiant, natiuitatis locum quem ignorant ostendi sibi cupientes. Ecce iam quanta fides, constantia quanta. Necdum viderant Christum, & facti confessores Christi, vtique mortis periculo pro noui regis Christi cōfessione sese fiducialiter exponetes, dum coram rege truculento & veloci ad effundendum sanguinera, qui gladio sanguine semper vdo regnum cum formidine & successoris anxia suspitione tuebatur, regem alium constentur. Sed inter hæc aduertere est Iudæorum vecordiam arque cæcitatem. Peregrini Christum natum prædicant, qui locum ignorant: Iudæi locum ex scripturis scientes, natum negant. Nimirum quia lucem oderant, coruscante radio solis aterni multò magis excecantur.

*Vecordia
Iudæorū*

Circa tertium, stellam scilicet indicem dominicæ natiuitatis, dicit:

Vidimus stellam eius in oriente, & venimus adorare eam.

Ergo

¶ Ergo gens quę spectandorum syderum arte pollebat, nati saluatoris signum, sydus nouum diuinitus accepit, quo signo natiuitatē suam dei filius voluit hominibus esse manifestam. Vnde ait S. Leo papa: Ad omniū hominū spectat salutem, quod infantia mediatoris dei & hominū iam vniuerso declarabatur mundo, quum adhuc exiguo detineretur oppidulo. Quauis enim Israëliticam gentem & ipsius gentis vnā familiam delegisset, de qua naturā vniuersę humanitatis assumeret, noluit tamen intra maternę habitationis angustias ortus sui latere primordia, sed mox ab omnibus voluit agnosci, qui dignatus est pro omnibus nasci. Tribus igitur Magis in regione oriētis stella nouę claritatis apparuit, quę illustrior ceteris pulchriorq; syderibus, facile in se intuitium oculos animosque cōuerteret, vt confestim aduerteretur nō esse ociosum, quod tam insolitum videbatur. Dedit ergo aspicientibus intellectum qui pręstitit signum, & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & se inueniendum obtulit requisitus. Hęc ille. Illi fuerunt primitię gētū neq; per hominē docti, neq; per angelū, sed per cęleste signū & p̄ spiritū sanctū, & tres homines tribus partibus orbis Asię, Africę, & Europe, vniuersis scilicet gentibus, qui ex tribus Noë filiis diluuiō superuiuentibus descēderunt, fidei & cōfessionis & adorationis exemplar existere meruerunt. Vidimus, inquiunt, stellam eius. Quum omnes stellę sint eius, quare nunc singulariter ista stella dicitur, nisi quia vel ipsius gerebat imaginem (vt aliqui dixerunt) vel quia signum eius erat, & indicium, ad cuius ducatum ipsi veniebant, qui iam cęli enarrabant gloriam dei.

¶ Futurum siquidem erat, vt vniuersis per orbem gentibus cęli rationales & vocales, id est, sancti apostoli (quorum in omnem terram sonus exiuit) Christi gloriam & opera manuum eius enarrantes, hoc supplices ad ipsum adducerentur. Et miram attende congruitatem. Ait enim Gregorius: Redemptorem nostrum quū iā perfectę esset ætatis, eisdem gentibus Apostoli prędicant, eumque paruum & necdum per humani corporis officiū loquentem, stella gentibus denuntiat. Quia nimirum rationis ordo postcebat, vt loquentem iam dominum loquentes nobis prędica-

S. Leo.

Christus
nat^{us} mox
voluit in-
notescere.Magi v^t
primitiæ
gentium.cur stella
eius dicatcęli rati-
onales e-
narraturi
gloriã deiGregori^{us}.

Elementa prædicatores innotescerent, & necdū loquentem *elementa* ta muta prædicarent. Omnia quippe elementa auctorem *Christo at* suum venisse testata sunt. Vt enim de his vsū humano lo- *testata.* quar, deum hunc esse cœli cognouerunt, quia protinus stellam miserunt. Mare cognouit, quia sub plantis eius se calcabile præbuit. Terra cognouit, quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lucis suæ radios abscondit. Saxa & parietes cognouerunt, quia tempore mortis eius scissa sunt.

¶ Stellam proinde promissi seminis ortum nuntiare congruebat, si recordemur illi⁹ de hoc beato semine ad Abraham à deo factę promissionis. Eduxit enim hunc foras, & ait illi: Suspice cœlum, & numera stellas si potes. Ac deinceps: Sic erit, inquit, semen tuū. Post pauca: In die illo pepigit dominus fœdus cum Abraham. Hinc apostolus ait: Abraham dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicitur & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini nō o qui est Christus. Hic vnus est propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in illam gloriam adducere veniebat, vt sicut in cœlo stellæ innumerabiles sunt, sic essent splendidi & incommutabiles per ipsum atque in compleretur quod fidelis & verax promissit. Sic erit semen tuum. Recte igitur non qualecunque signum, sed nouum sydus cœli dederunt, videlicet propter eiusmodi promissum, quodammodo dicentes nobis: Laudate & congratulamini, quia fœdus quod pepigit deus cum Abraham non fecit irritum, impleuit quod promissit. Suspice Stellas, sic erit semen tuū. Hoc angeli scientes, eadem nocte primi glorificauerūt eum, quorum grandis exercitus & magna fuit multitudo laudantium, & dicentium: Gloria in altissimis deo. Qui etiam congratulantes nobis, subiunxerunt: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Hac stella à cæteris sic differt ¶ Aduertendum proinde est iuxta B. Augustinum stellam illam non fuisse ex illis stellis quæ ab initio creatę itineris suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt, sed in nouo virginis partu nouum sydus apparuit. Itaque stella hæc de nouo producta ab aliis stellis in multis differebat. In origine videlicet, quia non fuit cum aliis à principio mundi quarta die creata. In officio, quia illæ factæ sunt vt sint in figura

fig
to
ru
all
m
tel
qu
in r
tum
bat
cto
bat
in a
min
nuo
tū q
scel
erat
De
Mag
et ru
pre
¶ H
lice
Vnd
sacr
vt g
rent
thor
stell
sto i
aut v
¶ Hi
then
lam
adiu
la ha
Nam
mus

signa & tempora & dies & annos, & luceant in firmamēto cœli. Huius verò officium erat significare Christum natum, & magos ad ipsum vsque deducere. Errāt planè qui asserūt fuisse cometam. Contra quos Calcidius super Timæum Platonis. Non fuit, inquit, illa stella morbos mortēsq; denuntians, sed aduentum dei venerabilis. Quam quum suspexissent Chaldaeorū profectò viri sapiētes, & in rebus astrorum excitati, quæ fuisse dicuntur recētem ortum dei. In duratione proinde ab aliis stellis hæc differēbat. Illæ enim incorruptibiles & ppetuæ sunt, hæc peractò officio in præiacētem materiam resoluta est. Differēbat etiam in situ. Non enim erat situata in firmamēto, sed in aëris regione vicina terræ pēdebat. Differēbat nihilominus ab aliis in motu. Illæ enim incedunt motu continuo, hæc interciso, scilicet ad eorum competentem ducatū quos præcedebat. Illis enim quiescētibus, & hæc quiescebat. Differēbat & in fulgore, qui vsque ad eò cōspicius erat, vt nec solis hūc per diem claritas obtegere valeret. Denique in ipsa sui apparitione ab aliis differēbat. Nam Magis Iudæa ingressis, diuina se dispensatione subtraxit, et rursus postquam Hierosolymam egressi sunt, solitum præsitura ducatum se illis prænam ostendit.

¶ Hoc autem factum est, vt duplici testimonio, stellæ scilicet & scripturæ, de Christo nato Magi confirmarentur. Vnde Leo papa: Per Iudæorū scribas atq; doctores quod sacra de ortu Christi prænūciauerat scriptura, didicerunt, vt gemino testimonio confirmati, ardentiori fide expeterent, quæ & stellæ claritas & prophetiæ manifestabat auctoritas. Ob hanc nihilominus causam deseruntur Magi stellæ indicio, vt Iudæorum sacerdotes & scribæ de Christo interrogati rectè respondentes, nec tamen credentes aut venerantes, omnino inexcusabiles redderentur.

¶ Hinc tamen nequaquam gloriantur geneatici siue mathematici, asserētes vniuscuiusq; hominis natiuitati stellam præesse, quæ totam exinde vitam eius moderetur, in adiutorium sui erroris assumens, quòd nato domino stella hæc apparuit, quæ (vt vanissimè putant) ipsius fatū fuit. Nam, vt dicit beatus Gregorius, si euāgelij verba pensamus quibus de eadē stella dicitur: Antecedebat eos vsq;

dum

Gene. 1.

Calcidius

Cur stella

ad temp°

disparuit

S. Leo.

Gregor.

*Christum
sub decre-
to stellæ
nequa-
quam na-
tū fuisse.
Fatū ni-
hil esse.*

*confutã
tur gene-
atici.*

dum veniens staret supra vbi erat puer, dum non puer ad stellam: sed stella ad puerum cucurrit, si dici liceat, non stella fatū pueri, sed fatū stellæ is qui apparuit puer fuit. Nec stella fecit Christū mirabiliter viuere, sed potius stel- lam ipsam fecit Christus mirabiliter apparere. Absit autē à fidelium cordibus, vt aliquid esse fatum dicant. Vitam quippe hominum solus hanc conditor qui creauit admi- nistrat. Neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter hominē factæ sunt. Et si stella fatū hominis dicitur, ipse homo suis ministeriis (id est stellis ad ipsius ministe- rium creatis) subesse perhibetur. Sed iam tantum abhor- ret à vero stellarum decreto hominem nasci, vt hoc non credat quisquis rectè credit in Christū. Quum enim illè semper sit stellarū cursus, si hominum vita stellis regēda subesset, idē etiam deberet semper esse hominum & mū- di status. Iniustus proinde deus esset, si ea quæ per stella- rum necessitatem homo facit, vlcisceretur. Querimus ab eis, respondeant si possunt. Quæ fuit stella quæ diluuium adduxit, quæ omnes homines occidit? Rursus: Quæ stella ante Christi aduentum faciebat homines idola colere? Si hoc per stellam aliquam factum est, cur & modo non fit? Si denique stellæ est quod boni sumus vel mali, ergo nec bonum nostrum laudabile vel præmiis honorādum, nec malum nostrum vituperabile, nec suppliciiis est vlciscendū. Si adulteria & homicidia per stellas fiunt, magna est illarum iniquitas, maior autem illius qui eas creauit. Si omnia ex stellarum decreto fiunt, ad quid ergo confi- lia, ad quid piæ preces in deum? Ad quid leges fontibus pœnas, innocuis & bonis præmia disponunt? Neque istū (vt B. Gregorius ait) voluntatem qua peccant, fingāt ne- cessitatem qua peccata defendāt. Perditos mores, ppter quos ab hominibus in terra detestamur, etiã celo inesse & è syderibus manare mentiantur.

¶ Non sic profectò viri isti sapientes, & de natura stella- rum rectè sentientes existimabāt, qui nō stellam, sed pue- rum adorādum esse censebāt. Vidimus, inquiunt, stellam eius, id est, suæ venerandæ signū natiuitatis, & venimus adorare eum. Nimirū deum hūc fatentur, quem è longin- quo venerant adorare, Scriptū quippe est: Dominū deum

Deut. 6.

tuum

zum adorabis. Adorandum itaque deum & hominē quærentes, vbi est, inquirunt, qui natus est rex Iudæorum?

¶ Vbi ad informationem morum est aduertendum, hominem fideli de dei filio tria posse interrogare, & nihilominus deum ipsum ab homine tria querere sacris literis comprehensa. Interrogat enim fidelis homo de Christo, Vbi est, vbi pascat, vbi habitet. Quomodo de rege nouo pces fortasse qui se illi sedulos exhibere voluit, interrogat vbi est. Quibus ipse per Prophetam respondet, dicēs: Cælū & terrā ego impleo. In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus. Ergo omnium quæ geruntur ipse cōtemplator, iudex & testis est, malè agētibus metuendus, piè viuētibus amandus & desiderandus. Qui verò dei verbo se viuere nouerunt, meritò quærāt vbi pascat. Pascit enim suos in templo, pascit & in praesepio. In tēplo pascit pios, sui verbi auditores, in praesepio altaris (vbi quasi domesticorum pabulum animalium in sacramento viuifico continetur) pascit turbā fidelium se sequentem ne in via deficiāt, sed redire hoc viatico pasti valeant in domos aternitatis. De quibus ipse ait: In domo patris mei mansiones multæ sunt.

*Tria que
rit homo
fidelis de
Christo.*

*Iere. 23.
Act. 17*

*Matt. 2.
Cant. 1.*

Ioan. 6.

*Ioan. 14.
Exod. 33.
Mat. 16.*

Porro qui huic cupiunt familiares esse, quomodo ille fuit cui ait, te ipsum noui ex nomine, inuenisti enim gratiā coram me, hi quærūt vbi habitet. Quibus ipse respondet: Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. In pace enim factus est locus eius.

¶ Ab homine similiter tria deum interrogasse legimus.

Psal.

Quorum vnum est, de vniuscuiusq; spiritu, scilicet, Adam vbi est? id est, in quo statu est interior homo tuus? Alterum est, de proximo, scilicet, Vbi est Abel frater tuus? Vnicuiq; enim mandauit deus de proximo. Absit vt dicas, Nescio.

*Tria que
rit ab ho
mine de^o.
Gene. 3.*

Nunquid custos fratris mei ego sum? Ne audias verbum asperum & metuendum: Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui clamat de terra. Postremum est, de carne vniuscuiusque, dicente domino ad Abraham: Vbi est Sara vxor tua, id est, sterilis à bono, & inutilis caro tua? Erat enim Sara sterilis. Et ille respondit: Ecce post ostium, nō autem ante ostium ingredi præsto, sed loco non congruo ad intrandum, post ostium videlicet, vt quum illud clauditur, ipsa excludatur.

Gene. 4.

Gene. 18.

HOMILIA SECVNDA.

Matt. 2.

A *V*diens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.

In præcedētibus dictum est de nati Saluatoris per indicium nouæ stellæ pia inquisitione, nunc iuxta textum euangelicæ lectionis, & vt superius est ostensum, dicendum est de tribus. Primum est, Turbati regis Herodis aduersus Christum, natum dolosa machinatio. Secundum est, Magorum in Bethleem per ipsum Herodem destinatio. Tertium est, Inuenti saluatoris per Magos mystica veneratio. Secundum, ibi: Et mittens illos in Bethleem. Tertium, ibi: Qui quum audissent.

*Herodis
turbatio,
quid præ
sagebat.*

¶ Circa primum dicit: Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Futurum aliquod grande præsagebat ista regis & Hierosolymorum turbatio. Quia sicut tunc Herodes propter inquisitionem Magorum turbatus est, & quæsiuit puerum ad perdendum eum, sic futurum erat vt gentibus Euangeliū Christi suscipientibus, eadem ciuitas Hierusalē totūque regnum Iudæcum seditionibus turbatū conaretur fundit⁹ exterminare prædicationem Apostolorum, & ipsum quodammodo occidere Christum, occidendo & crucifigendo, flagellando,

Mat. 23.

& de ciuitate in ciuitatem persequēdo plerosque ex prophetis & sapientibus & scribis quos ille misit. Nihilominus sicut tunc Ioseph trāstulit Christum in Aegyptum, sicut etiam futurum erat, vt Christus Iudæam deserere relinqueret, & ignorantī seculo colendus apostolica prædicatione inferretur, & in apostolis suis diceret: Vobis quidem oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce cōuertimur ad gentes. Turbatus est ergo rex Herodes audiens alium quàm se regem quæri. Timebat enim amissionem regni sui, quippe qui regum alienigenarū primus fuit, ne fortè legitimo rege à gēte suscepto, regnūque suus ad Iudæos reuoluto, tam ipse quàm semē eius post ipsum à regno penitus abscinderetur. Propter hoc enim & codices genealogias Dauid & regum Iudæ cōtinētes excusserat, & cōtra omne regium genus dentibus frandēs, quicquid Dauidicæ stirpis odorem redolebat, interemit.

Act. 13.

*Quæ tur-
batur He-
rod. 5.*

¶ Vale

¶ Vn
quo n
Hirc
rat fil
ros
iam
iam e
poru
rum,
lios i
fangu
¶ Qui
sibi et
curus
pleru
tuunt
S
S
¶ Cui
Hosti
eripi
irā lu
lyma
lam i
catun
ci, qu
inde
regi li
princi
portal
nalite
to sen
bus pr
Et c
sitaba
¶ Ecce
cerdon
ficum,
tuit, v

¶ Vnde nec Socero Hircano regi & sacerdoti summo, à quo regnum ipse acceperat, nec propriae uxori eiusdem Hircani regis propinque, nec propriis quos ex ea suscepit filiis, quæ regio genere essent, pepercit. Sed hos & multos alios ob eandem suspicionem truculentus carnifex iam morte damnauerat. Quid mirum ergo si audito natum esse regem gentis ipse turbatus est? Suspiciari etenim potuit & timere, ne forsitan aliquis de semine filiorum suorum, quos ipse (ut iam dictum est) occiderat, (siquidem filios ipsi reliquerant) suscitaretur auiti, paterni & materni sanguinis ultor.

¶ Qui enim fieri posset, ut execrabilis parricida, & tanti sibi etiam intra suam domum effusi sanguinis conscius, securus regnaret? Maior enim potestas maiori formidini plerumque subiicitur. Et quos terrent tyranni, ipsi plus metuunt. Vnde ait quidam:

Summa petit liuor, perflant altissima venti.

Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.

¶ Cui sic anxie sollicito fidelium ecclesia insultat, dicens: Hostis Herodes impie, Christum venire quid times? Non eripit mortalia, qui regna dat cœlestia. Nihilominus tamē iram suam callidè dissimulauit. Sequitur: Et omnis Hierosolyma cum illo, scilicet turbata est. Terrenam quippe & malam in peccatis pacem amabat, & ideo regem ex cœlo significatum perhorrebat animo, magis contenta Herodi subiecti, quam à rege missi cœlitus gubernari. Turbati sunt proinde & ipsi Iudæi (quibus tamē gaudendum fuerat) ut suo regi licet impio adularentur. Solet enim plebecula illorum principum studiosius captare benevolentiam, quorum importabilem violentiam sustinere compellitur. Timuerunt (carnaliter de Christo rege promisso, & iam ut dicebatur nato sentientes) ne fortè rege presente & futuro concertantibus pro regno, ipsi perturbationibus inuoluerentur.

Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur.

¶ Ecce Herodis formidolosa sollicitudo. Isti principes sacerdotum, successores sunt illorum vigintiquatuor potentissimum, quos Dauid rex ad augmentum diuini cultus instituit, ut per vias suas singuli singulis hebdomadibus coram

Herodes in regium genus de-bacchatur.

Tyrannos semper esse pauidos.

Ouidius.

Cur etiã Hierosolyma cum Herode turbata.

principes sacerdotum qui sunt.

1. Par. 24 domino ministrarent. Hi ceteris sacerdotibus præmine-
 Scribe bant dignitate. Et scribas populi, inquit. Hi sunt quorum
 populi erat populū in dei lege & moribus instruere, peritiam le-
 qui. gis & prophetarum habentes. Ab his ergo Herodes Chri-
 sti natiuitatis locum sciscitatur. Postmodū verò à Magis
 eiusdem natiuitatis tempus inquit, quatenus & loco &
 tempore nati regis agnitis, manus suas effugere omnino
 non posset. Palam autem sciscitatur, nō quali dolum ver-
 sans, & necem moliens saluatori: sed quasi simplici mēte
 vt duntaxat noscat veritatem. Vnde per Herodem qui di-
 ligenter & locum vbi, & tempus quādo Iesus nasceretur
 (vt hunc extinguat) inquisiuit, non incongruè diabolus sig-
 gnificatur. Ipse enim aduersus electos inuida mēte tabe-
 scēs, mox vt in cuiuspiam corde salutem (quæ per Iesum
 intelligitur) per sanctitatis propositum, & veram ad deū
 conuersionem, natum esse compererit, nimirū tempus &
 locum inquit, vt propositum pietatis in initio sui (quasi
 Iesum adhuc in infantia constitutum) occidat, ne fortè si
 salus in virum creuerit, auferat illi suum regnum.

Eccle. 2. ¶ Hinc nos præmonitos esse voluit, qui ait: Fili, accedens
 ad seruitutem dei, sta in timore & præpara animam tuam
 ad tentationem. Et Paulus ait: Omnes qui piè volūt viuo-
 2. Tim. 3. re in Christo Iesu, persecutionem (nimirū diabolo sus-
 Per quos citante) patientur. Ad hoc plerunque conuocat sibi coo-
 diabolus peratores etiam eminentes quosque, quales sunt sacerdo-
 pios impu gnat. tes vel legis peritiā habētes, videlicet, prædicatores per-
 uersos, subuersos, subuersores aliorū. Nascitur autem sa-
 lus ipsa in Bethleem, quod domus panis interpretatur.
 Roma. 1. Esto igitur & tu Bethleem, si vis vt in te salus succrescat.
 Sit mens tua habitaculū verbi dei, quod est animæ panis.
 Nam iustus ex fide viuit, & fides ex dei verbo est. Ergo de
 verbo dei anima nostra deo viuit.

Sequitur:

*At illi dixerunt ei: in Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est
 per prophetam: Et tu Bethleem terra Iudæ, nequaquam minima es
 in principibus Iudæ. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum
 Israel.*

¶ Validum est testimoniū ab inimicis, quòd Christus Ie-
 sus in Bethleem natus sit verus promissus olim mundi
 saluator,

salua
 sed le
 bant,
 osten
 phe
 tant,
 Chri
 Iudæ.
 miser
 aliis o
 proph
 sed ali
 mortu
 fabric
 aquis
 bus, q
 immo
 quò su
 minun
 ti, qui
 men e
 coram
 tes: No
 Tim
 pus stell
 ¶ Occu
 quos sē
 gentis
 ligēter
 eis, cer
 tior fr
 mulat,
 differē
 rum pri
 licus ne
 Quā
 uertere
 cā sulta
 uinū tu

saluator. Nō enim sua interrogati respondentes dixerūt, sed legis periti quum essent, qui legē & prophetas lectitabant, quum & ipsi iam audita natiuitate eius turbati locū ostendūt, nequaquā propria peritia prophetant: sed prophetæ sancti vaticinium prout scriptum legunt ipsi recitant, mēdaces à se, veraces cōtra se. Interrogati igitur vbi Christus nasceretur, vno ore responderunt: In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptū est per prophetam: Miseri, sed non miserabiles, qui natiuitatis Christi locū cognouerunt & aliis ostenderūt, nec tamen hunc quem à deo missum ex prophetis scire potuerūt, credentes in eum receperunt, sed aliis demonstrato vitæ fonte (vt ait Augustinus) ipsi mortui sunt siccitate. Similes facti sunt iis qui arcā Noë fabricauerunt, qui aliis quō euaderent præstiterūt, ipsi in aquis diluuij perierunt. Similes proinde facti sunt lapidibus, qui viatoribus à miliario viam ostendunt, ipsi tamen immobiles. Illis modo similes plerosque cōspicimus, qui quō sunt notitia literarū peritiores, eō sunt quærendi do-
minum pigriores. Frustra docti, quo modo Iudæorū periti, qui locū quidem natiuitatis Christi nouerūt, quem tamen etiam per signa deitatem suam ostendentem, postea coram Pilato negauerūt, inualefcentibus vocibus dicentes: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Sequitur:

Tempus Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stelle quæ apparuit eis.

Occultò Magos ad se vocauit Herodes, & clam Iudæis, quos suspectos habebat, ne fortè mutato cōsilio quasi suę gentis natū regem amantes, proderent insidias eius. Diligēter, inquit, didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, certos hos reddens de loco, vicissim petēs ab eis certior fieri de tempore natiuitatis, adorare eum se velle simulat, vt hunc si inuenire possit extinguat. Vnde pulchrè disserēs beatus Leo papa: Audiēs, inquit, Herodes Iudæorum principē natū, successorē suspicatus expauit, & molitus necem salutis auctori, falsum spopōdit obsequium. Quam scelix foret si Magorum imitaretur fidem, & conuerteret ad religionē, quod disponebat ad fraudē. O cæca stultæ æmulationis impietas, quæ perturbādū putas diuinū tuo furore consiliū. Dominus mūdi temporale non

Testimonium ab inimicis pro Christo.

Quibus in dei similes.

Qui modo similes Iudæis.

Ioan. 10.

Herodis simulatio

S. Leo.

*In Herodem ex-
clamatio.*

quærit regnum qui præstat æternū. Quid incōmutabilem dispositarū rerum ordinem vertere, & aliorū facinus præoccupare conaris? Mors Christi nō est temporis tui. Antè condendū est Euangelium, antè prædicandum est dei regnum. Antè sanitates donādā, antè sunt faciēda miracula. Quæ Herodes quod alieni est operis, tui vis esse criminis, & nō habiturus effectum sceleris, in solum te reatum præcipitas malæ volūtatis? Nihil hac molitione proficis. Nihil peragis. Qui voluntate natus est, arbitrij sui potestate morietur. Vnde diuinitus poëta canit, dicens:

Seculius.

Quid furis Herodes? Christum sermone fateris,
Sed sensu iugulare cupis, legemque legendo
Negligis, & regi regum tua regna minaris.
Ne tamen infano careant tua nomina facto,
Patrandum sub honore crucis, sed crimine gentis
Herodes alius, quod tu molire videbit.

*Christus
infans potes
seculi terruit.*

¶ Magno sanè futurorū præfagio terruit huius seculi potentes illa pueri nati adhuc in cunabulis vagiēs infantia paruulus inuolutus in fasciis, in præsepio reclinatus, & virginea matris vbera lambēs, vt iam vel ex ipso exordio sciant, quāta sit potestate donandus, quanto sublimandū imperio, quanto terrore pressurus impios, quanta felicitate remuneraturus sit pios. Aspiciebā, inquit Daniel, in visione noctis, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierū peruenit, & in conspectu eius obtulerunt illum. Et datus est ei principatus & honor regni. Omnes populi, tribus & lingue seruiant ei. Potestas eius potestas æterna quæ nō auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

Danie. 7

¶ Circa secundum principale dicit:

Et mittens eos in Bethleem, dixit: ite, & interrogate diligenter de puero, & quum inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniam adorem eum.

¶ Hic ponitur Magorum in Bethleem per ipsum Herodem destinatio. Mittens, inquit, illos in Bethleem. Nimirum vt securiores ad ipsum inuento Salvatore denuo redeant, & vt nihil hunc mali puero machinari suspicerent etiam illis viam ostendit. O astutiam serpentinam, quæ in angelū lucis transfigurās, sub specie boni periculosa infideli-

2. Cor. II

infid
piet
cum
ador
fuer
qui
cord
prop
eoru
Mira
malit
daci
¶ Pro
nardu
impiu
ra pla
na fir
ortun
na m
extin
enim
cuno
paruu
Horo

Qu
¶ Hic
ratio.
rode a
ptura
ipsius,
tes, de
rodi v
revert
sunt, q
sed op
quit, ab
tu, qua
spensa

insidiatur, cōceptum nempe diro corde furorem Herodes pietatis colore depingit. Vt & ego veniens, inquit, adorē eum. Quasi dicat: Quemadmodum vos ad ipsum pergitis adorandum, ira & ego quum certior de rege nato factus fuero, & ipse illū venerabor & adorabo. Sic & illi faciunt qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Super quos nimirum veniet imprecatio prophetica quæ mox subiicitur: Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinventionum ipsorū. Mira profectō atque detestabilis peruerforum quorundā malitia est, qui illi cui exitialius nocere intendunt, mendaci lingua suauius blandiuntur.

*Dirū facinus tin-
git colore
pietatis.
Psal.*

¶ Proinde quōd hinc ad mores spectat. Videte, inquit Bernardus, quantū noceat iniqua potestas. Quo modo caput impium, subiectos quoque suæ cōformat impietati. Miserrima planè ciuitas in qua regnat Herodes, quoniā Herodiana sine dubio particeps erit malitiæ, & ad nouæ salutis ortum, Herodiana mouebitur turbatione, Nam Herodiana malitia, & Babylonica crudelitas est, nascentem velle extinguere religionē, & allidere paruulos Israelis. Si quid enim ad salutem pertinens, si quid religionis oritur, quicumque resistit, quicumque repugnat, planè cum Aegyptiis paruulos Israelitici germinis necare conatur, imō cum Herode nascentem persequitur saluatorem.

*Quantū
noceat
iniqua po-
testas.*

¶ Circa tertium principale dicit:

Qui quum audissent regem, abierunt.

Hic ponitur saluatoris inuēti per Magos mystica veneratio. Quum audissent, inquit, regē, abierunt. Duo ab Herode audierunt, quorum primum fuit, testimonium scripturæ de natiuitatis Christi loco. Alterum, erat mandatū ipsius, quo præcepit vt puero inuento ad ipsum reuertentes, de puero facerent certiorē. Porro Magi audierūt Herodi vt quærent dominū, sed non audierunt vt ad ipsum reuertentur. Quibus in ecclesia auditores boni similes sunt, qui bona quæ à malis prædicatorib⁹ audierūt faciūt, sed opera illorū non imitātur. Quum audissent regem, inquit, abierunt Bethlem versus, non quidem stellæ ducatu, quam Iudæam vel Hierusalē ingredientes, cœlesti dispensatione perdiderant, sed prophetico oraculo confir-

*Magi in
quo He-
rodi obe-
dientes
fuerunt.*

mati, vt dictum est. Sequitur:

Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos usque dum veniens staret supra vbi erat puer.

*Cur Magi
stellæ desti-
tuti.*

*Recordia
Iudeorū.*

*Iudeos
stellam nō
vidisse.*

Luc. 6

Ioan. 3.

*Iudæis si-
miles.*

*Iudeorū
conatus
scelerati-
simus.*

*Hæretici
quid con-
tur.*

¶ Paret ex hoc loco stellā prius disparuisse, vt iam dictum est, vt ab ea relicto cogerentur in Hierusalem & Christum natum predicare, & de natiuitatis loco interrogare. Iudei quidem ad iudicium & confusionem, quod externæ gentes à fide vnus veri dei prius alieni, vnus tantum vultore stellæ cōfirmati, Christum natum credentes, hunc cum labore magno per alienas prouincias requirebāt, vbi Iudei prophetarum oraculis de Christo ab infātia imbuti, in finibus suis natum non receperunt. Demum, vt in interrogatis sacerdotes vnde nascitur Christus, ad præiudicium summi responderent de Bethlehem. Non autem dicit euāgelistā

Iudæos stellam vidisse, quia signū stellæ gentibus datum, Iudæis domesticis legis & prophetarum dari non debuit. Qui enim Moysen & prophetas non audiunt, signis prophæto digni nō sunt, quia nec signis moniti respiciunt. Occitatem detestādā. Vna stella gētes ad fidem illuminauit, Iudæos autem nec ipse sol iustitiæ Christus. Lux, inquit, venit in mūdū, & dilexerūt homines magis tenebras quam lucem, erant enim eorum opera: ergo mala vita & mala opera obstabant, quo minus à Christo Iudæi illuminaretur, quod & vsq; hodie multis euenire cernimus. Eodem quippe verbo quo pii & beneuoli illuminantur, peruersi magis excacātur. Omnis enim qui malè agit, odit lucem, quia per lucē arguantur opera eius. Hinc est quod Iudæi Christū crucifigētes mundi lucem extinguere frustra conati, propter tantæ impietatis suæ, ppositū obnoxii facti toto mundo, cuius lucem cæci inuadere, cuius solē in terram detrahere paruuli, mira quidē stultitia, sed nefandissima malignitate voluerunt.

¶ Quomodo & nuncii qui à sana fide ad hæreticorū peruersa dogmata deficiunt, rectam fidei & morū in ecclesiā prædicationē quasi lucem odiunt, & detestantur. Nec mirum, si ipsos, quin etiam hanc, si facultas detur, extinguant, vt ab ea de cætero non arguantur, sed potius omnes vt cum ipsis cæca mente aberrant in tenebris. Sequitur:

Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et

trante
dentes
Nimi
gaudi
peraf
pro
sonan
fefell
omni
pter h
geban
radia
regen
bilit
de ga
que d
rum e
sceba
condu
meun
tum e
puer
¶ Scab
reper
tre, in
de det
ritur.
rupta
ueniti
larius
Maria
eius d
quo M
¶ Proi
Iesus a
tissim
eum, q
ter, m
etiam

trantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Et procidentibus adorauerunt eum.

Nimirum in visione stellæ quâ se iam amisisse crediderant gaudio magno gauisi sunt, non modò propter stellæ recuperatæ ducatum, sed etiam quia in Hierusalem scripturam propheticam cum signo cœlesti ad significatum regem cõsonam inuenerunt. Gauisi sunt ergo, quia non eos spes sua fefellit. Gaudio magno valde gauisi sunt, quia de bono omnium maximo reperto, deo scilicet incarnato, & propter hominum salutem homine facto, gaudebant. Intelligebant enim eo illuminante interius, qui foris clarissimè radiantis stellæ signum præstiterat, hunc quem quærebant regem ceteris in cœlo & in terra potestatibus incomparabiliter esse digniorem. Quid mirum si gaudio magno valde gaudebant, quos admirabilis stella antecederet vsque dum veniens staret supra vbi erat puer? Supra puerum ergo (cursu & ministerio suo cõpleto) stabat & quiescebat, quasi rationis particeps diceret: Ego vos hucusque conducens secundum imperium summi conditoris, quod meum est peregi. Non ultra progredior. Hic est quem natum esse testabar. Illi verò intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.

¶ Stabulum hic domus vocatur. Vbi que puer cum matre reperitur, nunc à Magis sicut prius à pastoribus. Cum matre, inquam, puer reperitur siue in Aegyptum iens, siue inde denuò rediens. Nec sine virgine matre puer Iesus reperitur. Nec alibi nisi cū matre ecclesia vtique virgine incorrupta per Christum auctorem salutis potest ipsa salus inueniri. Nulla fit hîc mêtio de Ioseph. Notat hîc beatus Hilarius quòd Ioseph non legitur post natiuitatē Christi virginis appellatus, quomodo ante Christi natiuitatem virginis dictus est, sed hoc tantum quasi nuntius ad officium quo Mariæ fama sub vmbra illius illibata seruetur.

¶ Proinde comperto Magi quòd is quem videbant, infans Iesus appellaretur, id est, saluator, confestim hunc fide certissima saluatorem esse credentes, procidentes adorauerunt eum, quem omnium prima ipsa quæ hunc genuit virgo mater, mox e se natum adorauerat. Hunc ipsum angeli, hunc etiam pastores adorauerunt. Christus autē nihil amplius

*cur gauisi
si gaudio
magno.*

Luce. 2.

*Puerum Ie
sum vbiq;
cū matre
reperiri.*

Mat. 2.

Mat. 1.

*Christus
natus à
quib^o ado
ratus sit.
Heb. 1.*

Luc. 2.

de seipso eis ostendit, quàm infans tredecim dierum ostendere se visentibus posset, vt fides locum haberet. Si enim mos paruuli superasset ætatem, & latētis in eo diuinitatis experimenta vidissent, quum fides sit de iis rebus quæ nō apparēt, diuinitatis Christi fides locum in eis nequaquam habuisset.

Mariã de
filio ta-
cuiffe.

Luc. 2.

Eccle. 3.

¶ Quid porro ipsa mater? Nunquid nō saltem ipsa loquebatur aut loqui poterat? Imò ipsam valde decebat, quæ Lucas euāgelista semel & secūdo memorat, dicēs: Maria autē cōseruabat omnia verba hæc cōferens in corde suo. Et quippe tempus tacendi & tempus loquendi. Discretionē eiū smodi virgo sapiens & prudens non ignorauit. Hinc enim collaudat eam sponsus (quod vtique fuit illi deus pater domini nostri Iesu Christi, cui concepit & peperit) dicens: Hortus conclusus soror mea, hortus conclusus & fons signatus. Sanè quādiu manere debuit filius eius pater lominus minoratus ab angelis, ferè tandiū beatæ virginis tempus fuit tacēdi & tandiū tacuit, tandiū in silentio fuit velut hortus conclusus & fons signatus, quo accedere, etius secretum audire, nullus meretur nisi cognitus. Nulli cui talis hortus, talisq; fons, clausuram vel signaculum ostui aperiendū arbitraretur. Vbi autem gloria & honor filius eius coronatus est resurgendo & in cælum ascendendo, vbi sedet ad dextram patris, ex tūc eidem beatæ virginis fuit tempus loquēdi, & hoc amicis, scilicet sanctis apostolis, & talia loquēdi, qualia prius portare nō potuissent. Testimonium ergo suæ vocis vbi fuit opportunum adhibuit, & taliter loquuta est auribus fidelibus, vt ei rectè dicat dilectus eius deus: Fauus distillās labia tua, mel & lacte sub lingua tua, fons hortorum, puteus aquarum viuenti quæ fluunt impetu de Libano.

Cant. 4.
Quousq;
tacuit Ma-
ria de fi-
lio.

Mariæ de
filio suo
tempus lo-
quendi.

Ioan. 16.

Cant. 4.

Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham.

Qualē de
christo fi-
dē Magi
habuerūt.

¶ Qui paruulo procidentes hunc adorauerunt, qualem de ipso fidem habeant muneribus protestantur. Ait enim sanctus Leo papa: Adorant in carne verbum, in infanciam sapientiam, in infirmitate virtutem, & in hominis veritate dominum maiestatis. Atque vt sacramentum fidei suæ intelligentiæq; manifestent, quod cordibus credunt, mune-

ribu
ferū
te p

¶ Sup
Neq

dit v
vos p
daliz
runt
sent
se co
auter
bio s

¶ Au
per e
uato
stant
terre
ram

¶ Sic
rum
storu
cut in
cælo

legen
tuam
preci

¶ Sup
nas, s
uitur
omni

ribu

ribus protestantur: Thus deo, myrrham homini, aurum offerunt regi, humanam scilicet diuinamq; naturam in vnitate personæ venerantes. Vnde etiam pius versificator ait:

Ergo alacres summo seruantes lumina cælo

Fixa Magi, fidusq; micans regale sequuti,

Optatam tenuere viam, quæ lege futura

Duxit adorantes sacra ad cunabula gentes:

Thesauri sç; simul pro religione solutis,

Ipse etiam vt possent species ostendere Christum,

Aurea nascenti fuderunt munera regi.

Thura dedere deo, myrrham tribuere sepulchro.

¶ Super his exclamat Bernar. Vnde hoc vobis alienigenæ?

Neq; enim inuenimus tantâ fidē in Israēl. Sic vos nō offendit vilis habitatio stabuli, nō pauperies cunæ præsepj, nō

vos pauperis matris præsentia, non lactentis infantia scā dalizat? Deniq; apertis thesauris suis (ait Euang.) obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Si solū obtulissent aurū, videri fortasse poterāt paupertati matris voluisse consulere, vt haberet vnde paruulū posset educare: nūc autem offeretes pariter, aurum, thus, & myrrham, sine dubio spiritualis oblationis munus insinuant.

¶ Aurum enim inter diuitias seculi videtur excellere, quā

per eius gratiam, etiam omnes nos deuotē obtulimus saluatori, quum pro eius nomine ex integro reliquimus substantiam huius mūdi. Iam verò necesse est, vt qui perfectē terrena contempsimus, flagranti desiderio cœlestia requiramus.

¶ Sic enim offerimus & thuris odoramentum, quo nimium (vt in Apocalypsi legis) significantur orationes sanctorum. Vnde & propheta: Dirigatur, inquit, oratio mea, si cur incensum in cōspectu tuo. Et alibi legis: Oratio iusti, cœlos penetrat. Verūm, qui declinat aurē suam ne audiat legem, oratio ei⁹ erit execrabilis. Ergo ne auertas aurem tuam à mandatis domini, ne auertat & ipse aurem suam à precibus tuis.

¶ Superest autem, vt non solū præsens seculum contemnas, sed & ipsam castiges carnē necesse est, & subiicias seruituti. Nam qui dixit: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.

Idem

sedulius.

*Magorū
munera
offerimus
moraliter*

Aurum

Thus.

Apo. 8.

Et. 5.

Psal.

Eccle. 35.

Pro. 28.

Myrrha

Mat. 19.

Mat. 16. Idem ipse in alio loco ait: Qui vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucē suam & sequatur me. Sed Magorum fidem adhuc intueri libet & admirari, qui innatidum in infantilibus membris paruulum inuenerūt cum Maria mater eius, quæ virgineo partum fouebat in gremio, & nihilominus hunc & verē deum & regem adorauerunt, in quo tamen aliud nihil quā susceptæ carnis infirmitas apparebat. Qui enim cū matre sua paruulus innatur, quid aliud clamat, quā verum hominem & verum hominis filium se esse?

*Mira Ma
gorum &
magna si-
des.*

¶ Quid ergo (inquit Bernar.) facitis ò Magi, quid facitis Lactantem puerum adoratis in tugurio vili, in vilibus pannis? Ergone deus est iste? Deo certe in templo sancto suo, deus in cælo sedes eius, & vos eum quæritis in vili stabulo, in matris gremio? Quid facitis quod & aurum offeratis? Ergone rex est ipse? Et vbi aula regia, vbi thronus, vbi curiæ regalis frequentia? Nunquid aula est stabulum, thronus præsepium? Curia frequentia Ioseph & Maria? Insipientes facti sunt vt fierent sapientes, & prædocuit eos spiritus, quod postea prædicauit Apostolus: Qui vult sapiens esse, stultus fiat vt sit sapiens. Quia enim per sapientiam mundus in sapientia sua deum cognoscere non poterat, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Nonne timendum erat ne scandalizarentur visiti & illusos se crederent, quum tam indigna viderent? In regia ciuitate vbi regem quærendum coniectabantur, ad Bethlehem villam paruulam diriguntur. Ingressi stabulum, inueniunt inuolutum pannis infantulum. Non illis fordet stabulum, non pannis offenduntur, non scandalizantur lactentis infantia. Procidunt, venerantur vt regē, adorant vt deum.

*Magorum
fides cōpa
ratur.*

¶ Cui tam comparabimus, & cui similes æstimabimus viros istos? Si latronis fidem, si Centurionis confessionē cōfidero, in eo superexcellere videntur isti, quod iam tunc

*Magna si
des trium
phorum.*

miracula multa fecerat, iam tunc à multis prædicatus fuerat, à multis adoratus.

Luc. 23.

¶ Attamen consideremus quid & illi dixerint. Clamabat Iatro de cruce: Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Ergone per supplicium ille vadit in regnum?

Quis

Quis indicauit tibi quoniam oportebat pati Christum, & sic intrare in gloriã suam? Tu quoque Ceturio eũ vnde no-
 sti? Vidēs, quod sic clamās expirasset: Verè, inquit, hic ho-
 mo filius dei erat. Mira res & omni admiratione digna.

Luca. 24.

Matt. 27

¶ Videte ergo quã sit occultata fides, quã linceos habeat
 oculos. Cognoscit dei filium lactētem, cognoscit in ligno
 pendentem, cognoscit morientem. Siquidem latro in pati-
 bulo, Magi in stabulo cognoscunt. Ille clauis infixum, isti
 pannis inuolutum. Centurio verò vitam agnouit in mor-
 te, isti dei virtutē, in tenelli corporis infirmitate. Ille sum-
 mum spiritũ in expiratione, isti dei verbum in infantia co-
 gnouerunt. Proinde quicquid illi sermonibus, isti muneri-
 bus confitentur, Latro regem, Centurio dei filium simul
 & hominem pronũtiat, & hæc tria Magorum munera in-
 dicant, nisi quòd thure non tam dei filium monstrauere,
 quã deum. Hæc Bernardus:

Fides quã

sitoculata

*Et responso accepto in somnis neredirent ad Herodem, per aliam
 viam reuersi sunt in regionem suam.*

¶ Quod dicit respõso accepto, insinuat eos in dubiõ fuisse
 an ad Herodem redire deberent, & de ortu pueri nuntia-
 re. Et quum anxio desiderio cuperent fieri certiores, re-
 sponsum acceperunt in somnis ne redirent ad Herodem,
 ad homicidam, ad tyrannum, ab eo propter Christi cõfes-
 sionem trucidandi.

¶ Providentia quippe diuina sui nominis confessores à gla-
 dio maligno protexit, mandans vt per aliam viam redi-
 rent in regionem suam. Vbi ait beatus Gregorius: Ma-
 gnum verò nobis aliquid Magi innuũt, quòd in regionem
 suam per aliam viam reuertuntur. In eo nanque quod ad-
 moniti faciunt, profecto nobis insinuant quid faciamus.

Deus vt

suos con-

fessores tu-

cauit

Regia quippe nostra paradus est, ad quam Iesu cognito
 redire per viam qua venimus prohibemur. A regione, et-
 enim nostra superbiendo, iusis non obediendo, visibilia
 sequendo, cibum vetitum gustando discedimus, sed ad eã
 necesse est vt flendo, obediendo, visibilia contemnendo,
 atque appetitum carnis refrenando redeamus. Per aliam
 ergo viam ad regionem nostram regredimur, quoniã qui
 à paradisi gaudiis per delectamenta discessimus, ad hæc
 per lamenta reuocamur.

Per aliã

reuertri vi-

am.

¶ Præuia

¶ Præuia sanè nobis fides (quasi stellæ lumen) callem rectum quem pergam⁹ ostēdit. Stella siquidem in nocte lu-
cet, fides natum in hac vita mortali. Stellæ lumen nubibus interdum obtegatur, & peccatorum nebulis fides ob-
Fides no-
stra stelle
cōpara-
tur.
tenebra. Stella proinde cōsistit in sublimib⁹, fides verò de
altissimis est, Stella in cœli firmamento fixa immobiliter
eidem inhæret, fides altissimo dei verbo nititur, quod &
ipso cœli firmamēto permanētius est. Cœlū, inquit, & ter-
Luce. 21.
ra transibunt, verba autem mea non transibunt. Denique
stella nisi suo lumine videri se non patitur, (prorsus quip-
pe desipit, qui stellæ conspiciendæ admouet lucernulam)
2. cor. 16
fidem rectam nemo contuetur, si non intellectum suum in
captiuitatem redigēs, dei verbo plenam credulitatem ac-
commodet. Vnde per Esaiam dicitur: Nisi credideritis, nō
Esa. 6.
intelligetis. Quisquis enim securator maiestatis esse vo-
luerit, nolens credere nisi quod ipse discussit, hic proci-
dubio venit opprimendus à gloria, & à solis æterni splen-
dore cæcandus.

IN DIE SANCTI VIN-
centii martyris.*Sap. 10.*

Certamen forte dedit illi vt vinceret.
¶ In hac lectione describuntur ea que circa vniū-
cuiusque electi salutem plerūque deus misericor-
diter operatur. Vbi primò dicitur, quòd hūc dominus per
vias rectas deducit. Secundò, quòd hunc ex rebus bene ge-
stis honestum facit. Tertiò, quòd securum reddit & custo-
dit. Quartò, quòd vires illi in certamine tribuit. Quintò,
quòd illustri gloria clarum facit. Primum à principio le-
ctionis. Secundum ibi. Honestauit illum in laboribus. Ter-
tiū, ibi: In fraude circūuenientium. Quartū, ibi: Et certamē
forte. Quintum, ibi: Donec afferret illi sceptrum.

¶ Circa primum dicit:

*Iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum**Via recta dei & dedit illi scientiam sanctorum.**Psal.**Matt. 19.*

¶ Via rectæ, sunt operationes mandatorum dei, per quas
deduci petebat qui ait: Deduc me in semita mandatorum
tuorum: Non enim patet alia via ad vitam beatam, dicen-
te domino: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

De qua

De qua via per Esaiam dicitur: Aures tuæ audiēt verbum post tergum mouentis. Hæc est via, ambulate in ea & nō declinetis neque ad dextram neque ad sinistram. Nam ad dextram declinant nōnulli per elationem mentis in prosperis: ad sinistram verò per impatiētiam & pusillanimitatem in aduersis. Hinc deo supplicandum est pro conductu, & dicendū cum Propheta. Vias tuas domine demonstra mihi. Et illud: Propter nomen tuum deduces me & enutries me. Deduci petit, vt non aberret deuia sequens, & enutrirī, vt vires suppetāt ambulādi. Deduxit olim populum suum ad promissam hæreditatem per signum præuiæ columnæ nubis per diem, & columnæ ignis per noctem. Porro nox & dies quæ sibi vicissim succedūt, aduersa vitæ huius & prospera sunt. Necessaria autem nobis est patiētia & spes in aduersis, quasi lucida columna ignis in nocte, & nihilominus timor atque temperātia in prosperis, quasi per diem columna nubis. Hinc quidam sapiens ait: Ne vos aut tristitia opprimant, aut læta corrumpāt, firmis medium viribus occupate.

¶ Diabolus autem serpens acquiescentes sibi seducit per vias difficiles, & vtī ipse est, tortuosas. Sicut per Sapiētem dicitur: Labor stultorum affliget eos qui nesciunt in vrbe pergere. Errant enim in solitudine in inaquoso, viā ciuitatis habitaculi inuenire non valentes, esurientes, inquit, & sitientes, anima eorum in malis tabescebat. Sed opere præciū est advertere vias errorum, per quas serpēs antiquus plerosque seducit. Nā superbos ducit per viam mōtuosam, vt præcipitet. Nouit enim ruituros esse superbos, prout in semetipso expertus est. Hos ergo fallaciter docet alta petere, vt tandem deiectos irreparabilius allidat. Vnde ait vir sanctus: Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè. Auaros ducit per viam spinosam. Diuitiæ nempe à saluatore spinæ vocantur. Pungunt enim auaros, per labores, sollicitudines & pericula in acquirendo, & per timorem & inuidiā alienam in retinendo, denique per dolorem in amittendo. Vnde ad avarum per Osee Prophetam dominus dicit: Sepiam viam tuam spinis, Luxoriosos verò ducit per viam lutosam, cōtaminatos intrinsecus per læsam cōscientiam, & sordida-

*Esai. 30.**Psal.**Idem.**Exo. 13.**Columnæ
ignis &
nubes.**Boetius**Ecclēs. 10**Psal.**Septa via**peruersæ**Via mon**tuosa.**Iob. 30.**Via spi**nosæ.**Luc. 8.**Osee. 2.**Via luto**sæ.*

tos

tos extrinsecus per malam famam, nimirum porcis in lutabro luti volutatis iam cōparatos, & similes factos illis. Eligunt isti (suadente inimico) bestiarū & iumentorū viam, quam nos viam curruum dicimus, limosam profectō & profundam, sed latam & vulgō tritam. De qua per

Matt. 7.

Saluatorem dicitur: Lata porta & spatiosa est via quæ ducit ad perditionem, & multi ambulāt per eam. Et rursum de ambulante per eam scriptum est: Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Itaque quicumque per hanc viam vos coinquinastis: Lauamini, inquit dominus, mūdi estote. Beati etenim mūdo corde. Nec enim alius quisquam, inquit, quā ambulās in via immaculata mihi ministrabit.

Psal.

Isa. 1.

Matt. 5.

Psal.

Via tene

brosa.

Exod. 10

1. Ioan. 2

¶ Inuidios proinde ducit per viam tenebrosam. In Exodo scriptum est: Vbicunque filij Israel erant, lux erat, vbi tamen densissimis tenebris Aegypti obfundebantur. Lux ista charitas est. Nam iuxta Ioānis testimoniū, qui diligit fratrem, in lumine manet. Per oppositū verō ipsa quæ charitati è diametro repugnat inuidia, tenebra est. Vnde de inuidis per Salomonem dicitur: Qui relinquunt iter rectum, & ambulāt per vias tenebrosas, qui factātur quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, quorum via peruersæ, & infames gressus eorum. Et iterū: Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi currunt.

Prov. 1.

Prov. 4.

via tedio

sa.

Num. 21

Figura.

¶ Porrò acediosos ducit per viā tædiosam, quibus tædiosius nihil est, quā facere bonū & deo seruire. Alacres inirent vt peccēt, & vt ea quæ sunt seculi prosequātur. Quæ admodum in figura de populo veteri scriptum est. Tædere cœpit populum itineris ac laboris, loquutusque contra dominum & Moysen ait: Quare eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Huiusmodi tædiū vsque ad eò nonnunquam antiqui hostis dolo in quibusdam inualefcit, vt desperantes de cōsciscēda sibi nece cogitēt, peccatis suis eò errorū deuoluti, vt potiorē existimēt mortem, quā vitam angustiis tātis & tædiis obnoxia. Vnde quum murmuraret populus de labore itineris, & fastidiosa mente ministratum diuinitus cibum cōtemneret, misit in eos dominus igneos serpētes ad plagas & mortes plurimorum.

Num. 21

¶ Iracundos

¶ Iracūdos autē idem antiquus hostis ducit per viam bellicofam. De quibus per Prophetam dicitur: Venenum afflictoſum ſub labiis eorum, quorū os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorū ad effundendū ſanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viā pacis non cognouerunt. Gulofos demum per viam ducit ſumptuoſam & diſpendioſam, non modò quia iſti ſubſtantiam labore multo partam breui dilapidant, ſed multò magis, quia etiam corporis ſanitatē & vitam extinguunt, intellectus proinde in ſe lumen obruunt, famam & honeſtatem coram hominibus amittunt, & quod iis omnibus grauius eſt, etiam ſe gratia dei & æterna vita cōſtituunt indignos. De iis dicit Propheta: Hęc via illorum ſcandalum iſtis, & poſtea in ore ſuo cōplacebunt. Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.

¶ Itaque viis iſtis imò deuiis ſollicitè vitatis, in viam rectam intendamus, ad quam ſeruandam duo ſunt neceſſaria. Vnum eſt, cognitio finis viæ. Alterū, cognitio mediocriū. De illo dictum eſt: Oſtendit illi regnum dei. Hoc enim eſt viæ rectæ finis, hoc noſtri curſus eſt brauium, & ad huic finem itineris noſtri curſus eſt dirigendus, quomodo nauita inter fremētis ponti procellas valida tempeſtate iactatus vt portum aſſequatur, portus ſignum repetitis ſæpe vicibus ſuſpirans à longè contuetur. Non ſecus homo fragilis & mortalis inter tot & tanta vitæ huius pericula conſtitutus, ad æternæ ſecuritatis portum ſuſpirans dicat:

¶ O patria noſtra, patria ſecura, à longè te vidimus, ab hoc mari te ſalutamus, ab hac valle ad te ſuſpiramus & nitimur cum lachrymis, ſi quo modo ad te perueniamus. Precetur nihilominus (vt facere ſolent in mari periclitantes) & dicat: Spes humani generis Chriſte refugium noſtrum & virtus, cuius lumen à longè inter caliginoſas nebulas ſuper maris procellas, quaſi ſtellæ maris radius oculos noſtros irradiat, vt dirigamur ad te portū, gubernā domine nauim noſtram tua dextera, ne pereamus in fluctibus, ne nos demergat tempeſtas aquę, ne absorbeat nos profundum. Sed vincino tuæ crucis, trahē nos ab hoc pelago ad te ſolamen vnicum noſtrum, quem à longè quaſi

*Via belli
coſa.*

Pſal.

*Via ſum-
ptuoſa.*

Pſal.

*Volēti re-
ctè ince-
dere duo
ſunt ne-
ceſſaria.
Simile.*

Auguſt.

*Precaſio
periclitā-
tis.*

Esa. 57.

Scientia
sanctorum.

quasi stellam matutinam & solem iustitię, vix lachrimantibus oculis in littore cęlestis patrię nos expectantē videmus. Quisquis autem hunc scopum sibi nō pręfigit, incedit vagus in via cordis sui, via utriusque tortuosa.

¶ De altero quod viam rectam seruare cupienti necessarium est, dicitur in lectione. Et dedit illi sciētiam sanctorum, vt per eam prudenter eligat media, quibus ad optatum possit finem peruenire. Est autem sciētia sanctorum, pręteritas culpas plāgere, mundi huius illecebras & cuncta defyderabilia eius paruipendere, & ad cęlestem patriam toto corde sitire.

¶ Circa secundum dicit:

Honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.

Honorē
virtus habet.

Sapient. 3.

Roma. 2.

Esa. 32.

Prou. 3.

¶ Hic ostēditur, quōd ex rebus bene gestis deus electum quęque honestum & honore dignum facit. Bonorū enim laborum gloriosus est fructus, sicut per Apostolum dicitur: Gloria, honor & pax omni operanti bonum. Nam & honor pręmiū virtutis est, & pax est opus iustitię, & gloriā sapiētes possidebunt. Nunquā enim (vt ait Boetius) virtuti sua deerunt pręmia, quātūlibet etiā sciant mali. Neque enim fieri potest, vt probis animis propriū decus aliena decerpāt improbitas. Sed tum pręmio suo carebit, quum probus esse deserit.

Vitiū me
retur con
fusionem.

Roma. 2.

Roma. 6.

Prou. 1.

Ierem. 1.

Apoc. 14.

Psa.

Sanctorū

labor hic

cōpletur.

Apoc. 14.

Labor im

piorū per

petuus.

¶ Sicut autem probitas sibi fit pręmium, ita & improbitas supplicium est sibi. Iuxta quod idem Apostolus ait: Ita & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operātis malum. Et iterum: Quem fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Et Salomō de improbis loquens, ait: Comedent fructus vię suę, sicut que consiliis saturabuntur, & cōfundentur quomodo cōfunditur fur quando deprehenditur. Nam opera illorum sequuntur illos, & in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

¶ Sequitur: Et compleuit labores illius. Electi quippe optulante deo labores suos in hac vita complere dicuntur, quia post mortem labores illis nulli restāt. A modo enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Impiorum verò labores nequaquam hęc complentur, quum de quolibet illorum dicat Propheta: Laborabit in æternum & viuet

& vitium, qui vt bor la sunt, lassus dominus nec ac ratis & super de, & i

In fr custodia ¶ Hic custodia delice mis di uentor ne, qu negoti vertip mome idem liscum ¶ Aspic pros(p enim aspide quippe obliu obdor ¶ Basil cus id sci in Qui e moech prfer expau

& viuet adhuc in finem. In hac vita enim in labore hominum, id est, ratione vtentium vt decet homines non sunt, qui vtique est in dei rebus, & proximorū subuentione labor sanctus. Sed qui hoc modo iam in labore hominū nō sunt, profecto in labore dæmonum erunt, qui non dabunt laesis requiem vllam, nec die ac nocte. Sabbatum enim domini (quod est quiescere agere peruersè) cōtempserūt, nec acq̄ieuerunt dicenti: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. Tollite iugū meū super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

Esaie. 1.

Mat. 11.

¶ Circa tertium dicit:

In fraude circumuenientium illi affuit, & honestum fecit illum. custodit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum.

¶ Hic dicitur, q̄ deus electum quemque tutum reddens custodit, & exprimentur tria aduersantium illi genera, videlicet, Circuuenientes, Inimici, & Seductores. De primis dicitur: In fraude circumuenientium illi affuit. Circuuenitor ille dicitur, qui decipit in negotio & cōmutatio- ne, quod Apostolus vetat dicens: Nec quis circūueniat in negotio fratrem suum. Circuuenitur autem & ab hoste versipelli is qui ipsius instinctu gaudia sempiterna pro momentanea carnis voluptate relinquit. Inimici verò ipsi idem dæmones sunt, quos vocat propheta aspidem, basiliscum, leonem, draconem.

Circu-
uentores.

1. Thef. 4

Inimici.

¶ Aspidis idcirco antiquus hostis appellatur, q̄ à se deceptos (præsertim auaros) ad dei verbum surdos facit. Asp̄is enim arte nota, surdam ipsa se facit. Quinetiam sicut ab aspide percussi, lethali somno sopiuntur (soporiferum quippe est aspidum venenum) sic & auari propriæ salutis obliuione, quasi somno quodam graui diabolica fraude obdormisse videntur.

Asp̄is.

¶ Basiliscum proinde eundem hostem sermo propheti- cus idcirco appellat, quòd carnis luxuriæ deditos, basilisci in morem etiam solo nonnunquam occidat aspectu. Qui enim viderit mulierem ad concupiscendū eam, iam mechatus est eam in corde suo. Dirum profecto virus, præsentaneum toxicum, innumerabilium perditionibus expauendum carnis luxuria est, qua serpens antiquus o-

Basilisc.

Mat. 5.

M mini

Leo. mni basilisco nocentior, hominibus insidiatur.
 ¶ Leonem nihilominus eundē hostem appellat, dum hostili persequutione per suos ministros pijs suscitata, apertē irascitur. Draconem verò vel quum se in angelum laicis transformans sub specie boni periculosus tentat, verum quum Hæreticorum subdola persuasione, sub scripturæ sacræ verbis peruersè interpretatis, quasi sub quibusdam foliis dolosus serpens insidiatur.

Seductores. ¶ Porro seductores sunt, mundus hic vnà cum suis illicebriis, caro cum suis cōcupiscentiis, societas prauorum fallacia adulantium, suasores malorum. A quibus nos Solomon absterres cautos reddit: dicens: Fili mi, si te laesuerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra fontem frustra, omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis, sortem mittam nobiscum, marsupium vnū sit omnium nostrum. Fili mi, ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem.

¶ Circa quartum dicit:

Et certamen forte dedit illi ut vinceret, & sciret quoniam certamen potentior est sapientia. Hæc venditū iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberavit eum, descenditque cum illo in fontem, & in vinculis non dereliquit eum.

Sapient. 7. ¶ Hic dicitur quòd electo suo deus in certamen virescibuit. Siue autem de sapientia increata (quæ est filius dei) siue de ea quæ est donum spiritus sancti intelligatur, certum est quòd sapientiam in dei electis non vincit malitia reproborum. Ostēditur autem in verbis præmissis quòd admodum dominus electo suo dat certandi occasionem inuictam suppeditat in certamine fortitudinem, & indefessam præstat perseverantiam. Nam quo ad primum certamen. Et certamen forte dedit illi ut vinceret. Nouit ipse virtutes singulorum. Et ut Apostolus ait, Fidelis est, nec patietur vos, inquit, tentari supra id quod potestis, sed faciet certatione prouentū, ut possitis sustinere. Et fortioribus quidem fortiora dispensat certamina, nō ut vincatur, sed ut vincant.

Hæc tria deus concedit electis.

Certandi occasio.

1. Cor. 10.

Fortioribus fortiora certamina.

¶ Vn
 vadē
 si sen
 iuuer
 autē
 cit v
 riaz. V
 autē
 ¶ Qu
 titudi
 sapiē
 fide
 quibu
 opitu
 nō rap
 Moy
 autē h
 præm
 est, qu
 qui re
 in suis
 gere,
 ¶ Cui
 in me
 scabel
 ¶ Por
 lam g
 tate co
 pruden
 profici
 ¶ Hinc
 etus r
 tia. Et
 per pre
 cum ip
 eum) q
 ter ad
 ribus li
 in vinc

¶ Vn

¶ Vnde sanctus Christi martyr Sixtus ad passionis agonē vadēs, beato Laurentio archidiacono suo dixit: Nos quasi senes leuioris pugne cursum recipimus, te autem quasi iuuenem manet gloriosior de tyranno triumphus. Quod autem deus electis suis certamina distribuit, id utique facit vt egregium aliquid agant, quo digni sint corona gloria. Vbi enim nō est certamē, nec esse potest victoria. Vbi autem nō est victoria, nec triumphus illic est, nec corona.

¶ Quod etiam electo suo dat, dat inuictā in certamine fortitudinem, patet quum dicitur, q̄ omnium potentior est sapiētia. Dicit enim dei filius, dicit sapiētia aterna: Confidite, ego vici mundum, quasi dicat: Et vos paruuli mei quibus ego certaminis occasionē dedi, utique me vobis opitulāte vincetis. Et alibi de ouibus suis loquēs dicit: Et nō rapiet eas quisquā de manu mea. Et vnde rursum per Moysen ait: Nō est qui de manu mea possit eruere. In quo autē hęc inuicta fortitudo sua cōsistat, exponit quum post prēmisa subdit: Pater quod dedit mihi, maius omnibus est, quod utique ipsa tota diuinitas patris est. Sed quis est qui resistat deo, ne dicā superet nō modò deū ī se: sed etiā in suis, quos sua defendit & corroborat fortitudine. Accingere, inquit, gladio tuo super fœmur tuum potentissime. ¶ Cui etiam idem Psalmista loquitur, dicens: Dominare in medio inimicorum tuorum, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

*Sapiētiæ
increatæ
fortitudo
Ioan. 16.*

Ioan. 10.

Deut. 32

Ioan. 16.

Psal.

¶ Porro de sapientia creata nouimus quā ardua per illam geratur. Non enim, vt quidam ait, viribus aut velocitate corporum res magnæ geruntur, sed arte, consilio, & prudentia, quæ nimirum sapientiam exprimunt, & ab ea proficiuntur.

*Sapiētiæ
creatæ
fortitudo
Tullius.*

¶ Hinc etiam scriptum est: Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus. Sapiētię denique vbique succūbit insipientia. Et quia dei filius utiq; sapiētia increata (qui alio loco per prophetā dicit: Clamauit ad me & ego exaudiā eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum) quia inquam fideliter assisit iustō, ideo consequenter adiecit: Vēditum iustum nō dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum. Descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Non enim derelinquet

Prou. 24

Psal.

Psal.

Phil. 1. sanctos suos. Et in hoc patet tertium, scilicet perseverantia. Vnde & Apostolus dicit: Confidimus in domino Iesu, quia qui cœpit in vobis opus bonum, ipse perficiet.

¶ Circa quintum dicitur:

Donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant, & mendaces ostendit, qui maculauerunt eum. Et dedit illi claritatem æternam.

Quatuor gloriã in- sti perficiunt. ¶ Hic ostenditur, quòd electũ suum dominus illustri gloria clarũ facit. Vbi quatuor exprimũtur quę gloriam illi perficiũt, videlicet regalis eminẽtia, super impios potentia, declarata innocentia, claritas æterna. Primum tãquam dicitur: Donec afferret illi sceptrũ regni. Accipiet

Sapient. 5. inquit, nimirũ electi, regnum decoris & diadema specie de manu domini. Quibus & per semetipsum dominus dicit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Quibus autem reges esse neget, quibus regnum datur?

Mat. 25. ¶ Secundum ibi: Et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Vnde de electis per Esaiam dicitur: Erunt contemptores eos qui se cœperant, & subiiciet exactores suos.

Malac. 4. Quibus rursus per Malachiam dicitur: Ecce dies veniens succensa quasi caminus, & erũt omnes superbi, & omnes facientes impietate stipula, & inflammabit eos dies veniens ait dominus exercituum, quæ non derelinquet radicem & germen. Et post pauca: Calcabitis impios qui fuerint cinis sub planta pedum vestrorum.

Iosue. 10. Iubente Iosue regum colla calcantur. ¶ Quum pugnaret Iosue aduersum reges Chananzorum & quinque ex illis viuos comprehendisset, vocauit ad se viros Israel, & ait ad principes exercitus qui secum erant: Ite & ponite pedes super colla regum istorũ. Qui quum subiectorum colla pedibus conculcassent, ait ad eos: Nolite timere, nec pauetis, cõfortamini & estote robusti, quia enim faciet dominus cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicabitis. Hac ratione tyrannos sub pedibus sanctorum in templis monstrante pictura conspicimus.

¶ Tertium, videlicet sanctorum declarata innocentia cõsequenter ostenditur, quum post præcedentia subditur: & mendaces ostendit qui maculauerunt eum. Persecutores quippe sanctorum falsis eos criminationibus & calumniis maculantes maleficos & superstitiosos esse ostendebantur.

tieb
num
re b
zebu
per
sci
Sed
uict
aliqu
prop
nian
puta
¶ Q
tur,
clari
tunc
Hæc
dies

V
nost
Apol
præd
laus
biles
est m
stius
tam
rique
grati
tame
hoc q
¶ Pri
habu
in ip

tiebantur

tiebantur. Quod mirandū non est, quum & ipsum dominum in beelzebub principe dæmoniorū dæmonia eiicere blasphemauerint. Vnde ipse ait: Si patrē familiās beelzebub vocauerunt, multò magis domesticos eius. Si me persecuti sunt, inquit, & vos persequentur: quia nō est discipulus super magistrum, nec seruus maior domino suo. Sed tamen mēdaces esse ostendentur, quum proprio cōuicti iudicio dicturi sunt intra se gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus infamiam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei & inter sanctos fors illorū est. Quartum, videlicet claritas æterna sanctorum insinuat, quum subditur: Et dedit illi claritatem æternam. Hæc claritas est gloria, & illustris apud omnes notitia, quam tunc sancti habebunt quando erit vnicuique laus à deo. Hæc proinde claritas, dies est exultationis sempiternæ, dies inquam, qui nescit occasum.

Luc. 11.
Mat. 10.
Ioan. 15.
Mar. 10.

Sapie. 4.

1. Cor. 4.

IN DIE CONVERSIONIS
Sancti Pauli Apostoli.

Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel.

Act. 9.

Hæc sunt verba testimonij quod dedit omnibus noster Iesus Christus testis fidelis & ver^o de beato Paulo Apostolo suo, ex sauisimo persecutore in fidelissimum prædicatorem iam conuerso. Testimonium profectò & laus magna à lau latore magno, & nullos nisi verè laudabiles & dignos laudante, prolata. Vas, inquit, electionis est mihi iste. Vt iam nemo miretur ipsius conuersionē festiuus laudibus ab ecclesia venerari, quem mox cōuersum tam eximia laude dominus ipse cōmendauit. Et licet plerique sanctorū à magnis peccatis, ad magnam sanctitatis gratiam opitulante deo noscuntur fuisse conuersi, solius tamen Apostoli Pauli conuersionem celebrat ecclesia, & hoc quidem plures ob causas.

Cur sol^o
Pauli cō-
uersionē
celebrat
ecclesia.

Primò, propter magnum quod de ipsius conuersione habuit gaudium. Sicut enim magnam sustinuit tristitiam in ipsius persecutione, ita nimirū de ipsius conuersione

M iij magno-

Quo tēpo
re Paul⁹
conuersus
fuerit.

Exemplū
cōuersio-
nis Pauli
vtilē mul-
tis.

Roma. 5.

1. Tim. 1.

1. cor. 15

magnopere est gauisa. Eodem autē anno emergente quo passus est dominus, mense videlicet decimo ab ipsius passione, conuersus est Paulus, quo anno & Stephanus lapidatus est. Siquidem octauo Calendas Aprilis passus est Christus, & Stephanus eodem anno post passionē domini quinto mense, tertia die Augusti lapidatus est. Paulus verò octauo Calendas Februarias mirabiliter cōuersus, diuinitatis Christi fidem testimonio suæ conuersionis fortissimè adstruxit.

¶ Secundò, celebratur ipsius conuersio propter grāde miraculum, imò verò miracula multa Christi diuinitatē & clementiam testantia, quæ in eius conuersione concurrunt, vt patebit.

¶ Tertio, propter peccatorū exemplum, & vt ipsis de misericordia dei spes augeatur, vnde Ber. Propterea cōuersionis eius memoria frequentatur, quæ & ipsa quoque memorantibus vtilis inuenitur. In hac enim memoria & peccator spem veniæ cōcipit, & prouocatur ad pœnitentiā, & qui iam pœnitet, perfectæ conuersionis accipit formā. Quis enim desperet vltra pro magnitudine cuiuslibet criminis, quandoquidem Saulum audit adhuc spirantem in electionis? Quis dicat iniquitatis pōdere pressus, assurgere iam ad studia meliora nō valeo, quādo in ipso itinere quo sanguinem sitiens Christianum, dirum toto pectore virus efflabat persecutor crudelissim⁹, in fidelissimum repente mutatus est prædicatorem? Profectò (sicut ipse postmodum ait) vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et vnde rursus ad Timotheū scribēs ait: Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in hūc mundū peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. Sed ideo misericordiā cōsequutus sum, vt in me primo ostēderet Christus Iesus omnē patientiā ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternā.

¶ Quartò, celebratur B. Pauli conuersio propter magnam fructum quem ex ipsius cōuersione ecclesia consequuta est. Ipsæ enim præ cæteris apostolis in pluribus orbis terræ regionibus Christi fidē sua prædicatione propagauit, vt verissimè dicat: Abundantius illis omnibus laborant,

non a
Mule
sus P
do. E
secu
tit a
ipsum
dico a
¶ Sed
qua b
Christi
quent
dit ei
à prin
conti
pradi

Sau
cessit
scm
vinct

¶ Hic
quiti
stolo
delis
tritus
modi
præ
prim
dū ai
iamin
Hier
ros b
cum h
tiam.
vas el
staru
pedes
¶ Ter

nea

non autem ego, sed gratia dei mecum. Vnde ait Bernardus. Multos ab hac radice ramos prodiisse videmus. Conuersus Paulus, conuersionis minister factus est vniuerso mundo. Et multos quidem olim in carne adhuc, sed non iam secundum carnem ambulans, prædicationis officio cōuertit ad deum: nunc quoque in ipso scelicius viuens, & apud ipsum ne adhuc quidem cessat ab hominum conuersione, dico autem exemplo, oratione, doctrina,

¶ Sed & ad considerationem lectionis redeundū est, in qua beatus Euangelista primò describit Pauli sc̄uientis in Christi membra persequutionem. Secundò, Pauli persequentis ecclesiam admirandam cōuersionem. Tertiò, subdit eiusdem iam cōuersi fidelem prædicationem. Primum à principio lectionis. Secundum, ibi: Et quum iter faceret, contigit. Tertium, ibi: Et continuò ingressus in synagogas prædicabat Iesum.

¶ De pauli sc̄uientis persequutione.

Saulus adhuc spirans minarum & cecidit in discipulos domini, ac cecidit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, vt si quos inuenisset huius via viros ac mulieres victos perduceret in Hierusalem.

Hic describit Pauli sc̄uientis in Christi membra persequutionem. Quum enim videret per prædicationem apostolorum & signa quæ faciebant multitudinem populi fidelis vehemēter augescere, timēs ne fortè lex in qua enutritus fuerat, tādē prorsus euacuaretur, ira succensus immodica, in persequutionem fidelium se totum conuertit, præ cæteris Iudæis superbiens, ac sc̄uientis magis. Et hoc primò propter sui generis nobilitatem, vnde ipse postmodū ait: Ego Israëlita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin, quæ tribus inter cæteras illustres habebatur: quia Hierusalem in diuisione terræ huic tribui celsit, & quia viros bellatores fortissimos hæc tribus habuit, sicut in Iudicum historia legitur. Secundò, propter eximiam legis peritiam. Ait enim beatus Hieronymus: Cur Paulus Apostolus vas electionis? Nempe quia vas legis, & scripturarum sanctarum armarium est. Hinc ipse in actib⁹ apostolorum ad pedes Gamalielis eruditum se fuisse fatetur.

¶ Tertio, propter iuuenilem ætatem. Ardentiores quippe

Saulum quid mouit in persequutione ecclesiæ.

Rom. 11.

10. Iosue. 18.

Iud. 20. Hierony.

Act. 21.

& vehemētioreſ eſſe ſolent iuuenes ad ea quæ proſequuntur, quàm ſenes propter caloris & ſanguinis abundantiam. Paulus enim quum Chriſti fideles perſequeretur, ætate inuenis erat. Sicut in Actis apoſtolorum dicitur: Teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus. Et ne quis contendat hunc fuiſſe aliū aliquem ſic vocatum, ipſe Paulus poſtmodū cum humilitate, & penitētia ad dominū loquens, ait: Quum funderetur ſanguis Stephani teſtis tui, ego aſtabam, & conſentiebam, & cultodiebam veſtimenta interficientium illum.

Acti. 9.

Acti. 22.

Saul^o ſpirans mi-
narum &
cædis.

¶ Attendamus ergo Saulum ſauientem, Saulus inquit, ad huc ſpirans, ad modum ignis, non ab alio incitatus, ſed alios in perſequeutionem diſcipulorum Chriſti ipſe accendens & incitans. Cui nec ſatis fuit Stephanū lapidaſſe & reliquos diſperſiſſe, niſi inſuper adhuc verbis & factis Chriſti fideles perſequeretur, præſentes videlicet cædibus adficiens, & minis deterrens abſentes.

¶ Itaq; nō vocatus, ſed vtrō ſe ingerens acceſſit ad principem ſacerdotum, & petiit ab eo epistolam in Damasco ad ſynagogas, nō expectans vt ei cruenta legatio committeretur, imō hanc vtrō expetiuit ad ciuitatem remotā extra Iudææ fines, quōd multi Chriſtianorum tempore perſequeutionis, quæ ſub Stehano facta eſt, cōfugerant. In proximis quippe locis in quibus iam perſequeutionem exercuerat, non habebat quos perſequeretur.

¶ Idcirco legationem prophanam ſibi dari procurauit in longinqua, vt ſi quos inueniſſet (erant enim pauci) ſiue viros ſiue mulieres, vinctos perduceret in Hieruſalem, utq; puniēdos. Sed neſciebat circa ſe conſilium dei. Neſciebat quōd prophetia patriarchæ Iacob in ſe debebat impleri, quia de ſe erat.

Gene. 49
Paulus lō
gè ante
præſignatus.

¶ Ait enim, quum filium ſuum Benjamin (de cuius tribu Paulum fuiſſe dictum eſt) benediceret: Benjamin lupus in pax. Manē rapiet prædam, & ad veſperam diuidet eſcas. ¶ Patuit ex iam dictis, quēadmodum Paulus de tribu Benjamin exortus, & hinc nomine Benjamin præſignatus, lupus rapax in oues Chriſti ſauiens, rapuit prædam. Reſtat in ſequentibus audire, quomodo poſtmodum conuerſus ad Chriſtum fideliffimæ prædicationis eſcas diuiſerit.

¶ Magno

¶ Ma
lus a
ad ſic
dis to
mag
mo
imō
eius i
huma
prius
defen
¶ Qu
tus ta
ſti vo
mus,
quam
quem
ſi Ch
ſus eſ
ſto le
nens
tor, ſe
ci in i
enim
modu
& pro
in ger
rum n
¶ Secu
propt
pidibu
toribu
& viſe
uit, int
dantib
lapida
ipſe or
adiuua
fuerit

¶ Magno sanè diuinę sapientię consilio factum est, vt Paulus ad Christum conuerteretur, vt videlicet conuertendus ad fidem ipsius prædicatione Gētibus omnis suspitio fraudis tolleretur, dum illis ad Christi fidem erudiendis talis magister electus est, qui non solum cum Christo domino mortalem vitam in hoc mundo viuenti non coniunxisset, imò qui persecutor fuisset sæuissim⁹ omnium qui nomē eius inuocabant, qui nullo commodo, honore, vel fauore humano ad fidem Christi conuersus, illius nominis quod prius extinguere pertinacissimè conabatur; validissimus defensor effectus est.

¶ Quòd autem in actu furibundę persecutionis constitutus tantam misericordiam est consequutus, vt etiam Christi vocantis se de cælo vocem audierit, factum hoc credimus, primò, propter zelum quo ipse mouebatur, zelum, inquam, diuinę legis, vt ipse putabat. Nesciens enim eum quem impugnabat, arbitrabatur obsequiū se præstare deo si Christi nomen deleret, prout ipse postmodum confessus est dicens: Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimauit ponens in ministerio, qui prius fui blasphemus & persecutor, sed misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Et vnde alio loco rursum ait: Audistis enim cōuersationem meam in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiam dei, & expugnabam illam & proficiebā in Iudaismo supra multos cōtaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum traditionum,

¶ Secundo, misericordiam hanc consequutus fuit Paulus propter beati Stephani intercessionem. Is enim quum lapidibus ob Christi nomen obrueretur, pro suis persecutoribus mira charitate diuinam clemētiam interpellabat & viscerosius pro illis, quos in se ferocius desæuire cognouit, inter quos Paulus vel primus erat, qui sic aderat lapidantibus, vt non ei sufficeret si tantum ipse suis manibus, lapidaret: sed vt esset in omnium lapidantium manibus ipse omnium vestimenta seruauit, magis sæuiens omnes adiuuando, quàm suis manibus lapidando. Porro quam fuerit efficax pro Paulo beatissimi martyris oratio, audi

*Vt Pauli
cōuersio fi
dem con-
firmat.*

*Paul⁹ cur
misericor-
diam con-
sequutus.*

1. Tim. 1.

Gal. 1.

*Pauli cō-
uersionem
B. Stephā
nus impe-
trauit.*

B. Au-

B. Augustinum dicentem: Vt noueritis quantum ualuerit oratio sancti martyris, recurrite nobiscum ad illum adulescētem, qui omnium lapidantium uerimenta seruabat, cui postea dictum est, Saule, Saule, quid me persequeris? Ob hoc quidem debui perdere te. Sed Stephanus meauerat pro te. Nam si martyr Stephanus non sic orasset, Ecclesia Paulum non habuisset. Sed modum quo conuersus est, attendamus.

¶ De admirabili Pauli sc̄uientis conuersione.

Et quum iter faceret, contingit ut appropinquaret Damascum. Et subito circumfulsit eum lux de cœlo, & cadens in terram, audire uocem dicentem sibi.

¶ In conuersione B. Pauli ista per ordinem describuntur, uidelicet, Primò, miræ uirtutis & efficacix monitio. Secundò, efficaciter moniti formidabilis increpatio. Tertio, diuinitus increpati prompta cōuersio. Quarto, conuersio sequuta corporalis excæcatio. Quintò, corporaliter excæcati per uisitationem illuminatio, & per baptismi lacrum in Christo regeneratio. Secundum, ibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Tertium, ibi: Et tremens ac stupens. Quartum, ibi: Surrexit autem. Quintum, ibi: Erat autem quidam.

¶ Circa primum, quod est miræ uirtutis & efficacix Paulo facta monitio, dicitur: Et quum iter faceret. Prohibendus erat priusquam intraret ciuitatem, ne uel terrorem discipulis incuteret. Et subito circumfulsit eum lux de cœlo.

Act. 2.

cur circumfulsit paulum lux de cœlo.

Act. 26.

Quo modo prius sacro Pentecostes die spiritus sanctus apostolis in linguis fulserat igneis, ita & Paulo lux fulsit. De qua luce ipse postmodum cum Agrippa rege loquens ait: Dum irem Damascum cum potestate & permissu principum & Sacerdotū, die media in uia, uidi, ò rex, supra splendorem solis circumfulsisse me lumen & eos qui mecum erant. Circumfulsit, inquit, eum lux de cœlo, Super quo Bernartus ait: O uerè inestimabilis diuinæ dignatio pietatis. Illustrat cœlesti fulgore uel à foris, intus adhuc luminis incircumspicem. Et qui necdum infundi poterat, diuina saltem circumfunditur claritate.

¶ Ceteros quidem apostolos solo uerbo uocauit dominus. Venite, inquit, post me, faciam uos fieri piscatores hominum.

homin
rò uoc
randi
sa, è c
inquit
tualen
uit è lu
ram ce
ditu vo

¶ Porro
mis, ne
que oc
& in lo
paruit
tus est
minus
lus eli
nesq;
quante
ctus ef
est per
perditi

¶ Circa
lis inen
Saul

ille. Ego
bi con

¶ Saul
sciar se
xit: Qu
me, qu
adhuc
collata
mibi m
ex min
dicit, q
Bernar
landi lo
epistol

homin

hominum & priusquam ipse miracula fecisset: Paulum vero vocauit verbo, & signo mirabili, luminis, scilicet admirandi circumfusione. Fuit autem lux ista subita & immensa, è cælo descendens & vndique paulum circūdans. Lux inquam cœlica, vt carnalem eius intelligentiam in spiritualement commutari designaret. Et cadens in terram, audiuit è luce vocem. Nimirum terrore nimio concussus in terram cecidit. Duplo enim terretur, & visu videlicet, & auditu vocis.

*Paulus
quàm mi-
rabiliter
vocatus.
Mat. 4.*

¶ Porro lucis & vocis testimonia credibilia facta sunt nimis, nec est dubitare de veritate quæ sese ingerit per vtraque oculorum scilicet, auriumque fenestras. Sic nimirum & in Iordane quoque supra caput domini & columba apparuit & vox sonuit. Sic & in monte quando transfiguratus est coram discipulis, & claritas visa est, & vox nihilominus patris audita est. Igitur à voce & luce in terram Paulus elisus est: sicut ipse postmodum enarrauit, dicens: Omnesque nos quum decidissemus in terram, & cætera quæ sequuntur. Hinc etiam August. ait: Elisus est sæuiens, & factus est credēs. Elisus est lupus, & factus est agnus. Elisus est persecutor, & factus est prædicator. Elisus est filius perditionis, & factus est vas electionis.

Luc. 3.

*Mat. 17.
Actu. 26.*

¶ Circa secundum, quod est efficaciter moniti formidabilis increpatio, sequitur:

Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es domine? Et ille: Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare.

¶ Saule, Saule, inquit, nomen eius iteratò expressit, vt sciat se non ignotum deo. Quid me persequeris? Non dixit: Quid persequeris mihi fideles, vel mea membra: sed me, quia nimirum ipse in corpore suo, quod est ecclesia, adhuc patitur iniquos. In cuius etiam membris beneficia collata, sibi facta esse denuntiat, dicens: Esuriui, & dedistis mihi māducare. Vbi & exponēdo subiunxit: Quandiu vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nec quasi ignorās dicit, quid me persequeris, sed increpans. Verè (vt beatus Bernardus ait) deprehensus est Saulus. Non est dissimulandi locus, non est facultas vlla negādi. In manibus sunt epistola crudelissimæ legationis, authoritatis execrādæ, potestatis

*Caput pro
membris
loquitur.
Mat. 25.*

Christum potestatis iniquæ. Quid me persequeris, inquit: An nō po-
adhuc p̄ se sequebatur Christum, qui Christi membra trucidabat
quationē terris? Aut verō persequuti sunt Christum, qui sacrifici-
sustinere. mum illud corpus affixere patibulo, & nō persequerentur
eum qui aduersus corpus eius, quod est ecclesia, (est enim
corpus eius & ipsa) odio furebat iniquo?

Ephe. 1. ¶ Denique si proprium sanguinē dedit in precium redem-
ptionis animarum, non tibi videtur grauiorem ab eo susti-
nere persequutionem, qui suggestionē maligna, exemplo
pernicioso, scandali occasione auertit ab eo animas que
redemit, quā à Iudæo qui sanguinē illū fudit? Agnoscite
dilectissimi & expauescite consortia eorum qui salutē
pediunt animarum. Horrēdum penitus sacrilegium, quod
& ipsorum videtur excedere facinus, qui domino maiestatis
sacrilegas manus iniecerūt. Videbatur iam cessasse per-
sequutionis tempus, sed vt palām factum est, nunquā
est persequutio Christiano, sed neque Christo.

In eos qui ¶ Vereor dilectissimi, ne quis fortē sit in nobis domi-
Christia- persequutor, quia manifesta docet ratio, impedire saluti-
nos impe- esse persequi saluatorem. Quas ego illi de salute anima-
diunt à meæ gratias agere possum, qui mihi propinat detractionis
salute. fraternæ venenum? Meritō detractores deo odibiles de-
Rom. 1. scribuntur tanquam persequutores. Quid & eis qui ex
plo suo ad remissius agendum prouocat ceteros, aut sang-
larityte turbat, aut inquietat curiositate, aut impatiētia

Mat. 15. a & murmuratione molestat, aut quocunque modo con-
tristat spiritū dei qui in eis est, scandalizans vnum de p̄ci-
lis minimis istis credentibus in eum? Nōne & hic mo-
festē persequitur Christum? Hec Bernardus.

¶ Vt ergo persequutorum & nomen & crimen longē sit
nobis, benignos semper & mites exhibeamus nos inuicem
supportantes in omni patientia, & ad id quod melius &
perfectius est, alterutrum prouocantes.

¶ Christus itaque vt ostenderet se in cælo pati quod mem-
bra sua patiebantur in terra, ait: Quid me persequeris? Ille
siquidem caput, nos membra. Quicquid membra patiuntur
caput pro membris clamat: Si aliquis fortē pedem tuum ca-
caret, aut manum, siue latus foderet, caput nimirum pro
membris clamaret: Calcas me.

¶ Et Saulus

¶ Et
lus, a
suo d
se &
ino
futa
¶ Au
videb
docu
ideo
dulia
mod
¶ Qui
zaren
filiu
inuit
gnon
fuit &
Pilat
ne, a
cruci
¶ Ex
dat q
rē de
milie
suis i
suis t
tra st
siter
velis
refit
moli
mez
tisti,
¶ Cir
uerfi
Et
minos
tt opo

¶ Et Saulus ad dominum: *Quis, inquit, es domine? Angelus, an deus?* Nimirum dominū vocat, quem ex alto cœli situ & summa luce loquentem audiebat, à cuius virtute & se & socios suos in terra prostratos nō ignorabat. *Quis, inquit, es domine?* Hinc datur intelligi, quia verè circumfusa erat illi claritas, non infusa.

¶ Audiebat Paulus vocem domini, sed faciem domini nō videbat, quoniam erudiebatur ad fidem, & vt ipse postea docuit, fides ex auditu est. Ignotū ergo persequebatur, & ideo misericordiā cōsequutus est, quia ignorans in incredulitate hoc fecit. Ex qua re colligimus, iustū iudicem nō modò quid fiat, sed etiam quo animo fiat considerare. *Rom. 10.*

¶ *Quis es domine?* Et dominus ad eū: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Non deum se dicit vel dei filium, sed nomē humilitatis expressit, quasi exemplo suo inuitas ad superbiam deponendam. Nazareni quippe cognomen hinc tulit, q̄ in ciuitate Nazareth & conceptus fuit & nutritus, quod cognomen in cruce secū permāsit. Pilato hunc mūdo notum faciente ex nomine, cognomine, atque dignitate, dum titulū scripsit super caput ipsius cruci adfigendum: Iesus Nazarenus, rex Iudæorum. *Iesum Nazarenū quare se dicit.*

¶ *Exprimit itaq; dominus suæ nomē humilitatis, vt ostendat q̄ qui inter Iudæos fuit humilis, in cœlo sit tanquā verè dei filius exaltatus.* Quem, inquit, vt hominem in humilitate crucifixū, & vt adhuc mortuum persequeris, ipse iam in te cognita virtute viuente deū agnosce, & ipse te potentię subiicere disce. Nam durum est tibi contra stimulum calcitrare, id est, verbis meis & potentię resistere. Quasi dicat: lumentum es sub iugo potentię meæ, velis nolis victus incedens, malū & amarū tibi est mihi resistere, te mēbris meis, imò mihi in eis persecutionē moliri. Sufficiat quòd hactenus contra stimulum potentię meæ calcitrafti, quòd incomparabiliter potentiori resististi, quum non sit qui de manu mea possit eruere. *Ioan. 19.*

¶ *Circa tertium, quod est diuinitus increpati prompta cōuersio, consequenter adiungit:*

Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et dominus ad eum: Surge & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid oporteat facere. *Deut. 32.*

¶ Tremens

*Perfectæ
cōuersio-
nis forma*

*1. Reg. 3.
Ab obe-
dientie
virtute
deficiat.
Luc. 18.*

¶ Tremens præ fulgore, & stupens quia audiebat illū ve-
vere in cælo, quē mortuum credens in terra persequēba-
tur. Tremens ergo à facie tantæ maiestatis & potentie, ce-
nequaquā vltra resistendum esse cēsebat: Domine, inquit,
quid me vis facere? q. d. Quicquid iusseris, sum paratus.
Hęc planè perfectæ cōuersionis est forma, sese relinque-
re, & totū se arbitrio diuino cōmittere. Iam, inquit B. Au-
gustinus, parat se ad obediēdū, qui prius sæuiebat ad per-
sequendū. Iam formatur ex persequutore prædicator, et
lupo ouis, ex hoste miles. Domine, inquit, quid me vis fa-
cere? Indica domine tuā de me voluntatē. Intellexit enim
q̄ stimulus vrgebat ad opus. Sed quā pauci, inquit Ber-
nardus, reperiuntur hac perfectæ obediētiae forma, qui sic
ita abiecerūt voluntatem, vt ne ipsū quidē cor p̄cipi
habeāt, vt non quid ipsi, sed quid dominus velit omni ho-
ra requirāt dicētes sine intermissione: Domine, quid me
vis facere? Et illud Samuelis: Loquere domine, quia audi-
seruus tuus. Sed heu plures habemus Euāgelici illius cæ-
ci, quā noui Apostoli imitatores. Quid vis, ait dominus
ad cæcum illum, vt faciam tibi? Quanta est miseratio tua
domine, quanta dignatio tua? Siccine dominus seruum
quærit, vt eius faciat voluntatē? Verè cecus ille, quia non
considerauit, non expauit, non exclamauit. Absit hoc do-
mine, tu magis dic quid me facere velis? Sic enim dece-
fit omnino dignum est, non meam à te, sed à me tuam
quæri & fieri voluntatem.

¶ Sic multorū hodie pusillanimitas & peruersitas exigit,
vt ab eis quæri oporteat, quid vis vt faciam tibi, non ipsi
quærat: Domine, quid me vis facere? Cōsiderare necesse
habet minister & vicarius Christi, quid sibi præcipi ve-
lint, non ipsi considerant quæ voluntas sit præceptoris,
discernunt & diiudicāt, eligentes in quibus obediāt im-
perāti, imò in quibus præceptorem suum ipsorum obedi-
re necesse sit voluntati. Huiusmodi itaque & si tolerari se
videāt, ac cōdescendi ac morem geri infirmitati suæ, p̄cipi
ficient obsecro, pudeātque semper paruulos inueniri, ne
quando forsan audiant: Quid debui vobis facere, & non
fecī? & abudentibus patientia & benignitate prædica-
fiat tandem multitudo exhibitæ miserationis, cum multa
iusta

iustæ damnationis. Hæc Bernardus.

¶ Domine, inquit, quid me vis facere? Et dominus ad illū Surge & ingredi civitatē, ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Antequam intret civitatem terretur, ne sanctis illic inferat tristitiam, vt iam dictū est. Territus insuper iubetur ingredi, vt fidem discat quam impugnaverat. Ibi, inquit, dicetur tibi quid te oporteat facere. In quo vniuersis exemplum discendi datur, vt nullus alium indignū æstimer, à quo doceatur quod ignorat.

¶ Hinc patet quantum illi desipient, qui communem fidei & morū disciplinā cū aliis in ecclesia audire recusantes, semetipfos se docere posse existimāt, sapientes in oculis suis, sed re vera in suis evanescentes cogitationibus, stulti facti sunt. Vnde per Sapientem dicitur: Vidisti hominē sapientē sibi videri, magis illo spem habebit insipiēs. Hinc Bernardus exclamat, dicens: O sapiētia suauius vniuersa disponēs, cum cui tu loqueris, erudiendū de volūtate tua mitis ad hominē, vt & socialis vitæ cōmendetur utilitas, & edoctus per hominē, discat & ipse secundū datam sibi gratiā hominibus subuenire. Sic nimirū quos vsque nunc peccatores dominus salubriter terret, & quorū conuertit cor ad desiderandā suam voluntatem, his dicit vt surgentes ingrediātur ecclesiæ civitatem, illic vtique de domini voluntate & sua salute erudiendi. Sequitur:

¶ Viri autē illi qui comitabātur cum illo, stabant stupefacti lumine claritatis, audientes quidē vocē, scilicet Pauli, non Christi, quia postmodum ipse Paulus cōfiteretur, dicēs: Et qui mecū erat, lumen quidem viderunt, vocē tamen non audierunt eius qui loquebatur mecū.

¶ Circa quartum, quod est cōuersi subsequuta corporalis exærcatio, consequenter dicitur in lectione.

Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damascū, & erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit neque bibit.

¶ Cæcus factus est, vt ostenderetur ei in corpore quod in anima patiebatur. Quod enim est apertus oculus sine visu, hoc est lex inutilis sine fide Christi, quā vtique frustra Paulus eatenus zelauerat. Cæc⁹ proinde factus est corpore, vt

*Christus
Paulū ab
homine
discere
voluit.*

Proph. 26.

Act. 12.

*Paulus
cur cæcus
factus.*

re, vt interiori luce fulgeret cor eius. Exterior lux ad tempus subtracta est persecutori, vt redderetur interior predicatori. Nequaquam enim potuisset rursus bene videre, nisi prius excæcatus fuisset bene, & propriam sapientiam qua perturbabatur excludens, fidei se per cuncta submitteret. ¶ Ad manus autem illum trahentes, id est, manus eius manibus tenentes introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns. Tamen, vt beatus Augustinus ait, eo tempore quo cætera non videbat, Christum videbat. In hoc triduo creditur orationi vacasse, fuisseque raptum usque ad tertium cælum. Per triduum enim illud quo cæcatus lucis gratiam expectabat, non ocio torpebat, sed diuina potius illustratione sublimatus (vt iam dictum est) iacana cælestia rimabatur.

*Triduo
sue cecitatis
deum
paulus
vidit.*

*Euangelii paulo
quando
reuelatū.
Galat. 1.*

¶ Est etiam credibile, quod eo tempore mysterium euangelicæ dispensationis edoctus fuerit, de quo ipse gloriatur ad Galatas dicens: Notum vobis facio fratres euangelii meum quod predicavi vobis, quoniam non est secundum hominem. Neque enim ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Tribus proinde diebus cæcitatæ pœnam, idcirco decernente deo pertulit, quia Christum non crediderat tertia die mortem resurgendo vicisse, vt suo iam instructus exēplo, tenebras triduanas luce reuerfa mutaret. Sequitur: Et non māducauit neque bibit. Hoc iam animæ suæ acciderat, quæ cibum interiorem non habebat. Et docebatur corporis inedia animam indigentem oportere satiari.

*pauli tridua
duana
inedia.*

¶ Porrò de hac tridua Pauli cæcitate & inedia B. Bernardus loquens ait: Quod triduo Paulus sine cibo manet persistens in oratione, ad eos quam maximè pertinet, qui nouiter seculo renūciantes, necdum in cælesti cōsolatione respirant. Sustineant ergo & ipsi dominum in omni patientia, orent sine intermissione, quærentes, petentes, pulsantes, quia exaudiet eos pater cælestis in tempore opportuno. Non obliuiscetur eorum in fine. Si triduo sustinueris eum, non habens quod manduces, cōfide quia miserator & misericors dominus, ieiunium te non dimittet.

*Ioan. 6.
Ex pauli
conuersio -
ne docu-
menta.*

¶ Moraliter ex hac Pauli conuersione quinque nobis ostenduntur, quæ ad perfectam peccatoris cuiuslibet conuersionem

uestionem sunt necessaria. Primò siquidè, ad sui ipsius cognitionè illuminatur. Secùdò, salubriter cadit ab elatione superbiè, & humiliatur. Tertidò, intra semetipsum confusus reprehèditur. Quartò, recogitat à quo de sceleribus suis arguatur, quia nimirum à Iesu Nazareno qui pro illo mortem passus est. Quintò, argutus & increpatus ad omnia debet esse paratus, & tunc vnctio docebit eum quid debeat facere.

1. Ioã. 2.

¶ Circa quintum, quod est cæcati per visitationem illuminatio, & per baptismi lauacrum regeneratio, cōsequenter dicitur:

Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias, & dixit ad illum in visu dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego dominus. Et dominus ad illum: Surge & vade in vicum qui vocatur rectus, & quære in domo Iudæ Sauli nomine Tharsensem, ecce enim orat. Et vidit virum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem sibi manum ut visum recipiat.

¶ Ananias iste erat ex Iudæis ad Christum cōuersus, sciētia & vita famosus. Qui vocatus mox ait: Ecce ego domine, quo se seruum & obedire paratum cōfiteretur. Surge, inquit, & vade in vicum qui vocatur rectus. Nō modò vicum, sed & domū Ananiæ dominus patefacit, vbi Saulum reperiat. Ecce enim orat. quasi dicat: Mitem hunc feci, iam nulli timendum, sed magis amplectendum vt fratrem. Et vt priusquam se mutuo cōspiciāt Paulus & Ananias ad inuicem se nouerint, in visu Paulo per reuelationē Ananias ostenditur. Et vidit, inquit, (nimirum ipse Paulus) virum introeuntem, id est, venientem ad se Ananiā nomine, & imponentem sibi manū vt visum recipiat. Fuit ergo Paulo facta diuinitus reuelatio, nō modò de persona, sed etiā de nomine personæ, & de causa aduentus sui, qui vt visum recipiat: & etiam de modo, quia videlicet per impositionem manuum foret ab eo illuminandus.

Paulus
Ananiā
prius in
visione
cognoscit.

¶ Porrò Ananias scēitiam Sauli vehementer expauens, legationem hanc suscipere formidabat, dicens: Domine, audiui à multis (quia multos afflixerat, & persequēs in Iudæa in diuersa fugere cōpulerat.) Audiui, inquit, à multis, (& ideo maiorem rumoribus auditis adhibeo fidem) de viro hoc iam crudelitate famoso, quāta mala fecerit san-

Ananias
Paulum
expauescit.

N Etis

ctis tuis in Hierusalem. Vnde & in aliis locis est formidus. Et quum nō desit voluntas, etiam potestas ei ad persequendum sanctos tuos accessit. Nā hic habet potestatem à principibus sacerdotum alligandi & trahendi vinclos in Hierusalem, vt illic puniantur omnes qui inuocant nomen tuum, cupiens tui nominis cultores vniuersos profusus de terra eradere, & nominis tui memoriā de sub celo delere.

*paul^o ad
Ananiā
lupus ad
ouem ad-
ducitur.*

¶ Vbi beatus Augustinus: Adductus est, inquit, Saulus ad Ananiam, & Ananias interpretatur ouis. Ecce lupus rapax adducitur ad ouem sequendam, non rapiendam. Sed ne repente ouis expauesceret lupum, ipse pastor è caelo qui omnia hæc faciebat, nunciauit lupum venturum ouem, sed non scuiturum. Sed fama tam immanis lupum illum præcesserat, vt non posset ouis audito nomine eius non perturbari. Nam quum dominus Iesus nunciasset Ananiam venisse Saulum vt crederet, & quòd huius rei gratia ad ipsum ire deberet, etiā sub manu pastoris ouis formidine trepidat. Lupo scuitia interdicitur, lupus ad ouem captiuus ducitur. Sed, vt dictum est, tanta erat fama lupi raptoris, vt eius audito nomine timeret ouis etiā sub manu pastoris. Confortatur, ne iam putet scuientem, ne timeat timentem. Ab agno pro ouibus mortuo, sit ouis secuta de lupo. Hæc Augustinus.

*Vas ele-
ctionis
Paulus.*

¶ Sequitur: Dixit autem ad eum dominus: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel. Vas, inquit, electionis, hoc est vas electum, multipliciter probandum, sed firmum & solidū, spiritu sancto & sapientia adimplendum, vt nomen meum quod prius blasphemauit & persequutus est, portet coram gentibus & regibus terræ, & filiis Israel, illud vbique per orbem terræ prædicaturus, & omnibus adorandum venerandumque commendaturus.

¶ Sequitur: Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati, pro nomine meo, inquit, cuius inuocatores ipse futurorum ignarus huc venit alligare. Sed quomodo in fine patitur omnia pro nomine eius, summe ipsius verbis audiamus: Non sunt, inquit, condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur

Roma. 8.

tur in
delis
perau
¶ Ho
plo,
ribu
modu
drage
lapida
fundo
riculis
bus, p
in ma
in vig
gore &
mine
¶ Seq
poner
fit me
imple
sti: Do
tibi i
hunc
cet &

Et c
sum rec
confor
¶ Con
bus sq
rioren
Beda
ctū. Q
vocati
na ocu
me ab
rum lu
¶ Fuit
aliquo

tur in nobis. Quas verò pro Christi nomine deuotus & fidelis Christi miles adierit passiones, quæ certamina superauerit, quos desudauerit agones, quis enumeret?

¶ Horum sanè nonnulla, vt suo cæteros horretur exemplo, ipse cõmemorat, vbi de seipso loquens dicit: In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequẽter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum. Semel lapidatus sum. Ter naufragium feci. Nocte & die in profundo maris fui. In itineribus sæpe, periculis fluminũ, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Hæc omnia & alia multa pro Christi nomine passus est.

¶ Sequitur: Et abiit Ananias, & introiuit in domum. Et imponens ei manum, dixit: Saule frater, Dominus Iesus misit me, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, & implearis spiritu sancto. Dominus Iesus, inquit, cui dixisti: Domine, quid me vis facere? Ille me misit, qui apparuit tibi in via. Signum Saulo notum dicit, quo sciat indubiè hunc ab ipso ad se missum. Vt videas, inquit, mente, scilicet & corpore in sacro baptismi lauachro renouatus.

Sequitur:

Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit, & surgens baptizatus est. Et quum accepisset cibum, confortatus est.

¶ Confestim, inquit, ne putetur casu factum esse, cadentibus squamis, id est, deposito legis velamine, recepit exteriorem visum in signũ illustrationis interioris. Vt autè ait Beda, Draconis omne corpus dicitur squamis esse contentũ. Quia ergo Iudæi serpẽtes & genimina viperarũ sunt vocati, qui illorũ perfidiã sectabatur, quasi pelle serpentina oculos cordis obtexerat. Sed cadẽtibus sub manu Ananias ab oculis eius squamis, monstratur in facie quòd verum lumen iam recepit in mente. Sequitur:

¶ Fuit autè cũ discipulis qui habitabant Damasci per dies aliquot. Et habitabat lupus cum agno, Paulus cũ Anania.

*Paulus &
Christi
nomine
quanta
passus.
2. Cor. II*

*Quid
squame.*

Matt. 9.

Esaiã. 1.

¶ De Pauli iam conuersi fideli prædicatione.

Et continuo ingressus in synagogas, prædicabat illis Iesum, quoniam hic est filius dei.

*De pauli
subita cõ-
uersiõ est
pent in si-
deles.*

¶ Prædicabat Iesum esse hominẽ & deum. Stupebant autem omnes qui eum audiebãt, & dicebant: Nonne hic est qui expugnabat in Hierusalem eos qui inuocabãt nomen istud, scilicet Iesu, quod modo prædicat? Nec mirũ si infideles mysterium dei in Paulo ignorantes, admirãtes stupebãt vnde esset tam repẽtina sequissimæ expugnatoris nominis Iesu mutatio. Et huc, inquit, ad hoc venit, vt vestros illos adduceret in Hierusalẽ: nequaquã ad hoc quæ iam facit. Saulus autem multò magis cõualescebat & confundebat Iudæos, qui habitabãt Damasci. Tale exordium habuit huius electi vasis probatio. Affirmans quoniã hic est Christus, id est, hic homo Iesus, est Christus, id est, verus rex, Messias, homo verus, & verus deus.

¶ Itaq; admiradũ diuinæ pietatis spectaculũ, quod in Pauli conuersione (quæ verè mutatio est dexteræ excelsi) dei nostræ oculis propositũ est, quemadmodum hunc dominus prostrauit vt erigeret, percussit vt sanaret, cæcavit vt illuminaret. Dicat meritò beatus Paulus, dicat meminerit miserationum domini: Impulsus euersus sum vt caderẽ, & dominus suscepit me. Dicat nihilominus: Disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. Saulus psequutor per abrupta gradiabatur vicinus ruinæ irreparabili. Sed vt sibi exinde melius pspiceret, & vitaret ruinam extremam, impulit eum dominus, euertit, prostrauit, vt superior putauit. Percussit delinquentẽ disciplinæ suæ virga clementissimus pater in adolescentia, ne veniret tandem percutiendus districtione suprema. Sic enim solet pater delinquentẽ in minori ætate filium percutere virga disciplinæ, ne postmodum sententia mortis feriat a iudice. Proinde in Pauli conuersione mirabilis sua inuouans, de lapide durissimo bibẽdam plurimam salutem aquã viuam produxit, & innumeris hominibus illuminãdis clarissimum è tenebris splendescere luminis iussit, dum (sicut dictum est) ex blãphemo & psequutore, fidelissimum ecclesiæ suæ dedit prædicatorem & pro-

*paulus sa-
lubriter
impulsus
vt cado-
ret.
Psal.
idem.*

*In Pauli
cõuersio-
ne inno-
uata mi-
rabilia.*

¶ Cuius

¶ Cuius rei typus in eo præcessisse videtur, quod in Numeris scriptum legimus in hunc modum: Videns Balac filius Stephor & reliqui seniores Madian omnia quæ fecerat Israël Amorrhæo, dixerunt intra se: Ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsq; ad radices carpere. Conduxerunt ergo mercede Balaam filium Beor ariolum, vt veniens malediceret populo cui benedixerat deus, cuius maledictionis virtute (vt ipsi credebant) populus Israël posset superari atque deleri. Sed dum huius rei gratia Balaam asinæ sedens illuc proficiscitur, peruersis conatibus suis aduersante angelo domini, lapsa est asina subter eum in via. Stabat enim cōtra eam angelus euaginatam in manu gladiū habens. Increpatus igitur à domino, didicit quid facturus esset circa populum Israël. Quum enim peruenisset ad locum vnde illis decreuerat maledicere, mutauit maledictionem in benedictionem, & contumeliam animo conceptam vertit in laudem, dicens: Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israël. Quumq; super hoc increparetur à Balac, & senioribus Madian, respōdit: Quomodo maledicam cui non maledixit deus? Et quū rursus ea quæ benedictionis & laudis sunt, prosequeretur, dixit ei Balac: Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis vocauit te, & tu e contrario benedicis eis? Nec maledicas eis nec benedicas. Respōdit: Ad benedicendū adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. Non est idolum in Iacob, & non est simulachrū in Israël. Dominus deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. Qui & illuc adiecit: Moriar anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.

¶ Sic nimirum principes Iudæorum videntes vehementer augescere multitudinem populi Christo credentis, inuidia & furore suo tabescebant. Formidantes ne tandem populus credētium eatenus inualesceret, vt eorum legitima omnibus Christi fidē accipientibus profus abolerentur. Dederunt ergo Saulo in lege sua & traditionibus peritissimas epistolas impiæ legationis in Damascum, vt si quos inueniret in Christū credentes, vincetos traheret puniendos. Sed dum huius rei gratia illuc ipse proficiscitur,

conuersationis Pauli figura.
Num. 22

Balaam maledictionis populo dei benedicit.
Num. 23.

Balaam Pauli genisse typum.

IN FESTO

peruersis eius conatibus dominus obsistens, ipsum in via redarguit, percussit, strauit, & mutata ipsius voluntate ex lupo onem, ex persecutore doctore, ex blasphemo apostolum fecit. Qui post hæc veniens in Iudæorum synagogas, sperantibus illis vt Christo credentibus malediceret, constantissimis vocibus illis viceuersa benedixit, eosque laudauit, Deum cum illis esse cōtestans, vnà cum illis ipse omnino & viuere & mori irreuocabili cōsilio eligens & exoptans. Qui quum super iis à Iudæis argueretur, multo magis conualescebat & confundebat eos, affirmans quoniam hic est Christus.

IN DIE PURIFICATIONIS virginis Mariæ.

Luc. 2.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi.

In hac lectione diuinus Euangelista tria spectanda pietatis mysteria describit. Primū est, Immaculatæ virginis matris secundū legem Moysi purificatio. Secundum est, Pueri Iesu in tēplo cū legalibus hostiis oblatio. Tertium est, In agnito saluatore venerādi Simeonis exultatio. Primum notatur à principio lectionis. Secundū, ibi: Tulit illum. Tertium, ibi: Et ecce homo erat.

*Christi
matrem
legi non
fuisse sub
iectam.*

Leuit. 12.

Circa primum. Primò considerandum est, beatissimam & immaculatā virginem dei genitricem purgationis legem nequaquā fuisse debitricē, quod vt euentius elucescat legem ipsam attendamus. Præcepit enim, vt mulier quæ suscepto semine peperisset filiū, immunda esset septem diebus, & in die octauo circuncideret infantulū, & non aptaret. Deinde etiā alios trigintatres dies ab ingressu templi abstineret, donec quadragesimo natiuitatis die filium cum hostiis ad templū domini deferret. Si verò fecerit mulier peperisset, immunda fieri iussa est quatuordecim diebus, & sexaginta sex aliis diebus à templi ingressu suspendi, donec octogesimo natiuitatis die, quæ dies purgationis eius vocabatur, se, suamque sobolem hostiis sacrificatura in templum veniret.

Quum ergo dicat lex mulierem, non quamlibet, sed

eam
ni, &
oblat
lam o
vnà c
neq
Bern
quæ p
matre
præm
uidiss
scepto
matre
lium
rit fili
pretat
& de
cepit
digebr
à leg
Prin
domi
homi
est, it
Secu
ctur
tu diu
crata
gari d
te de
nec in
istan
sit, nih
Ter
virgin
fienti
Secu
purga
bis hi

eam quæ suscepto semine peperisset, immundam decerni, & per longa tempora vnâ cum prole quam genuisset oblati victimis debere mundari, patet profecto quia illam quæ sine virilis susceptione seminis virgo peperit, vnâ cum filio qui natus est, neque immundam describat, neque per hostias salutare esse mundâdam. Vnde etiam Bernardus ait: Putas enim quia dicturus Moyses mulierem quæ peperisset filium immundam esse, non timuerit super matre domini blasphemiæ crimen incurrere, & idcirco præmiserit, suscepto semine? Alioquin nisi parituram præuidisset sine semine virginem, quæ necessitas erat de suscepto semine fieri mentionem? Patet itaque quod lex ista matrem domini non includit, quæ non suscepto semine filium peperit, sed vt dictum est, virgo concepit & virgo peperit filium, cuius nomē vocatur Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Non ergo filius ille qui & homo & deus est, non mater quæ spiritu sancto cooperante concepit & peperit, victimis hostiarum quibus purgaretur, indigebat. Ex quibus colligitur ratio triplex quæ dei matrem à lege purgationis exemptam esse declarat.

Lex virgine parituram prænuntiat.

¶ Prima sumitur ex parte filii sui qui supra legem & legis dominus est, sicut ipse ait: Dominus enim est sabbathi filius hominis, & idcirco sicut ipse non sub lege sed supra legem est, ita & ipsius sancta genitrix.

Luca. 7.

¶ Secunda ratio sumitur ex parte matris, quæ (vt iam dictum est) quia virgo concepit & virgo peperit, nihil ex partu diuino (quo mirum in modum sanctificata atque consecrata est) contraxit, vnde secundum legis præscripta purgari deberet. Vnde ait sanctus Leo papa: Ab hac natiuitate deest quod de omnibus legitur: Nemo mundus à sordibus nec infans cuius est vnus diei vita super terram. Nihil in istam singularem natiuitatem de carnis concupiscentia trahit, nihil de peccati lege manauit.

S. Leo. Iob. 15. secundum septuaginta.

¶ Tertia ratio sumitur ex parte legis, quæ (sicut dictum est) virginem parituram prænunciens, hanc à cæterarum partientium lege euidenter facit exemptam.

¶ Secundò est aduertendum, quod tametsi Christi mater purgationis legi nihil debuerit, nihilominus tamen vt nobis hinc obedientiæ & humilitatis exemplum relinqueretur,

Deiuit mariã legẽ seruare retur,deciuit eam huiuscemodi legem obseruare. Ait enim beatus Bernardus: Verẽ ò beata virgo, verẽ nõ habes fam, nec tibi opus est purificatione. Sed nunquid filio tuo opus erat circumcisione? Esto igitur inter mulieres tanquam vna illarum, nam & filius tuus sic est in numero pueroꝝ. Itaque sicut à Christo gratiã plenitudo deriuatur in matrem, ita deciuit vt filii sui humilitati mater cõformaretur. humilibus enim deus dat gratiam. Vnde sicut Christus (sicut non esset obnoxius legi) voluit legis onera subire, nos exemplo suo ad obedientiam & humilitatem sanctam informaret, insuper vt adprobaret legem, & occasione doli iudicis tollerret, ita etiam eisdem causis voluit & matrem suam legis ritus adimplere. Accessit ergo ad templum à nulla quidem immunditia purganda, sed nobis in exemplo obedientiã & humilitatis (vt iam dictum est) imitanda. Et hinc est quòd non simpliciter ait Euangelista impletos esse dies purgationis Mariã, sed signanter addidit, secundum legem Moyfi.

Obedientia & humilitas necessaria sunt ad salutem.
Mat. 18.
Luc. 1. ¶ Porro quã sit nobis necessarium ad salutem obedientiam pariter & humilitatem exemplo Christi & suar genitricis amplecti ipse idem filius eius dominus noster inueniat dicens: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et rursus: Nisi conuersi fueritis, inquit, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Perierat genus humanum per primã matris Eux superbiam, restauratum per Mariã humilitatem. Respexit enim deus humilitatem ancillã suã.

Gene. 3.
Eua & Maria dissimiles. ¶ Itaque & si vir cecidit per mulierem, tamen reparatum est per mulierem. Reddita est fœmina pro fœmina, prodēs pro temeraria, humilis pro superba. Quisquis autẽ uerẽ humilis est, semen est huius mulieris quẽ diaboli capere suis pedibus subiectũ contriuit. Sed heu multò plures imitari videntur Eux superbiam, incredulitatem & perfidiam & inobedientiam, quã matris domini humilitatem, filii & obedientiam.

¶ Denique & hanc forsan ob causam purgationis ritum Maria seruauit, vt uidelicet hinc intelligamus purgationem spirituale necessariam esse nobis, qui ab antiqui hostis pestifera suggestione (vtique semine mortis) cõcepimus per
 malam

malâ & concupiscentiam, fouimus per delectationē & cōsensum, & per operationem iniquā fructū mortis nephando partu peccatores edidimus. Quem partū apostolus nobis obicit, dicens: Quem fructum habuistis tunc illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.

¶ In tribus autem ab huiuscemodi sordidissimo partu secundum legem (quæ spiritualis est & spiritualiter intelligenda) purificamur. In aqua videlicet, in igne, & in sanguine. Hoc est, In aqua lachrymosæ compūctionis, in igne angustiae & patienter toleratae tribulationis, & in pretioso sanguine nostræ redemptionis.

¶ De purgatione quæ fit in aqua scriptum est: Qui tetigerit morticinium hominis vel bestiae, immundus erit vsque ad vesperam, lauabitur autem aqua & mundabitur. Morticinium hominis tangit, qui peccatum spirituale committit: sed morticinium bestiae tangit quisquis se carnali peccato coinquinat. Qui nimirum propter hoc ad vesperam vsque immundi censentur, quoniam iis sol iustitiae gratiae suae radios negans occumbit, tenebras illis & noctem culpæ relinquens, donec se aqua lachrymarum in corde contrito & humiliatio lustrantes, orientem sibi rursus iustitiae solem accipere mereantur.

¶ De ea verò purgatione quæ fit in igne, in lege scriptum est: Omne vas immundum quod transire poterit per ignem purgabitur igne. Per ignem purificati erant qui dicebant, Transuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Porro quemadmodum rubigo per ignem à ferro, sic per tribulationem ab anima peccata raduntur. Sed quorundam mentes quasi vasa lignea ignem hunc sustinere non possunt, sed magis destruuntur ab emundatione.

¶ De illa autem purgatione quæ fit per sanguinem, ait apostolus: Omnia penè in sanguine mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Dilexit enim nos Christus, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Quis autem dealbatus, quis mundus, nisi qui lauit stolam suam in sanguine agni? Sanguis Christi, inquit apostolus, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis.

¶ Circa secundum dicit:

Tulerunt

*Partus animalis exi-
tialis.
Roma. 6.*

Roma. 7.

Purificamur hoc modo.

Num. 19.

& Le. 15.

Num. 13.

Psal.

Heb. 9.

Apo. 1.

Apo. 7.

Heb. 9.

IN FESTO

Tulerunt illum in Hierusalem ut sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini, quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum domino vocabitur.

¶ Hic describitur pueri Iesu in templo cum legalibus hostiis oblatio. Vbi tria notatur. Primum est, sanctarum personarum solennis atque imitanda processio. Secundum est oblationis Iesu causa seu ratio. Tertium est, legalium hostiarum figuralis oblatio.

¶ Circa primum dicit:

¶ Tulerunt illum in Hierusalem, videlicet parentes eius Ioseph & Maria, quorum ei alter ob partum, propter obsequium alter parens est dictus. Vnde ait Bernar. Hodie templi dominum, in templum domini virgo mater inducit. Ioseph quoque sistit domino, non suum, sed eius filium dilectum, in quo ei bene complacuit. Agnoscit iustus quæ expectat. Anna quoque vidua constitetur. Ab iis quatuor primum hodierna processio celebrata est, quæ postmodum cum exultatione vniuersæ terræ in omni loco & ab omni gente celebratur. Nec sanè mirum si tunc parua fuit, quando quidem paruus erat qui suscipiebatur. Nullum ibi locum peccator habuit, omnes iusti, omnes sancti, omnes fuerunt perfecti. Sed nunquid hos tantum saluabis domine? Crescat corpus, crescat & miseratio. Homines & iumenta saluabis domine, quum multiplicaueris misericordiam tuam deus. In secunda iam processione, quæ breui ante passionem tempore facta est, præeunt turbæ, nec virgo portat, sed a sellis. Neminem enim dedignatur, nec ipsos qui computruerunt tanquam iumenta in stercore suo. Non dedignatur, inquam, sed si apostolica vestimenta non desint, si doctrina eorum, si morum iustitia, si obedientia, si charitas cooperiat multitudinem peccatorum, ex hoc iam processio- nis suæ gloria non censebit indigno.

*Lucæ. 3.
Hodiernæ causæ processio- nis.*

psal.

Mat. 21.

1. Pet. 4.

processio- nis myste- rium moraliter exponitur.

¶ Quia ergo & nos ipsi festiuam hodie præter cæterarum consuetudinem solennitatum acturi sumus processionem, non inutile arbitror modum ipsius & ordinem diligentius intueri. Processuri sumus bini & bini, & candelas habentes in manibus, ipsas quoque succensas, nec quolibet igne sed qui prius in ecclesia sacerdotali benedictione fuerit consecratus. Adhuc futuri sunt in processione nostra nouiss...

mi pa

mi primi, & primi-nouissimi, & cātabimus in viis domini quoniam magna est gloria domini.

¶ Meritò sanè bini & bini procedimus, sic enim ob commendationem fraternæ charitatis & socialis vitæ missos à saluatore discipulos euāgelia sancta testantur. Turbat processione si quis solitarius icedere curat, nec sibi soli nocet sed etiam ceteris est molestus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes, nec solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Iam verò sicut nō est bonū esse hominem solum, sic in conspectu domini vacuum apparere prohibitū est. Quum enim arguantur ocio sitatis ipsi quoque quos nemo conduxit, qui iam conducti sunt, si ociosi inuenti fuerint, quid merentur? Fides quippe sine operibus mortua est.

¶ Ipsa denique opera nostra in feruore agenda sunt & in deliderio cordis, vt sint lucernæ ardentes in manibus nostris. Alioqui timēdū est, ne tepidos nos euomere incipiat qui in euāgelio loquitur, dicens: Ignē veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Hic planè sacer & benedictus est ignis, quē pater sanctificauit & misit in mundū & cui benedicuntur in ecclesiis, sicut scriptū est: In ecclesiis benedicite deo domino. Habet enim etiā aduersarius noster vtpote peruersus diuinorū operū æmulator, habet, inquā, ignem suum & ipse ignem concupiscentiæ carnalis, ignem inuidiæ & ambitionis, quem saluator, in nobis non accendere sed extinguere venit. Denique si quis alienum hunc ignē diuino inferre præsumpserit sacrificio, etiā si patrem habeat Aaron, morietur in iniquitate sua. Porro super hæc quæ de sociali vita, & fraternæ dilectiōe, de bonis operibus & feruore sancto dicta sunt, humilitatis virtus maxima maximeq; necessaria est, vt honore præueniamus inuicē, nec modo priores, sed & ipsos iuniores sibi quisque præponat, quæ nimirū humilitatis profectio est, & iustitiæ plenitudo.

¶ Et quoniam hylarem datorem diligit deus, & fructus charitatis est gaudium in spiritu sancto, cantemus (vt dictum est) in viis domini, quoniam magna est gloria domini. In quibus omnibus si quis forsità proficere dissimulat, & proficisci de virtute in virtutē nō vult, nouerit quisquis huiusmodi est, in statione, non in processione se esse, imò verò

Bini & bini.

Luc. 10.

Eph. 4.

Gen. 2.

Exo. 32.

Mat. 20.

Iaco. 2.

Luca. 12.

Apo. 3.

Luc. 12.

Ignis diaboli prophanus.

Leuit. 10.

Primi nouissimi & contra.

Mat. 3.

2. Cor. 9.

Gal. 3.

- Iob. 14.* verò ingreſſione, quoniam in via vitę non progredi, regredi eſt, quum nihil adhuc in eodẽ ſtatu permaneat. Porro profectus noſter in eo cõſiſtit, vt nõquam arbitremur non apprehendiſſe: ſed ſemper extẽdamur ad anteriora, in celſanter conemur in melius, & imperfectum noſtrum diuinę miſericordię obtutibus iugiter exponamus.
- Philip. 3.* ¶ Circa ſecundum, quod eſt oblationis pueri Ieſu cauſa ſeu ratio dicitur: Vt ſiſterent eum domino, ſicut ſcriptũ eſt in lege domini, quia omne maſculinũ adaperiens vuluam ſanctum domino vocabitur. Hoc eſt, omne primogenitum tam pecoris quã hominis, domino ſanctificari, atq; ideo ſacerdotis eſſe præceptum eſt. Sibi quippe dominus deputauerat omne primogenitum in Iſraël ex eo tempore, quo ad liberationem eiufdem populi de Aegypto, percufferat primogenita Aegyp̄ti ab homine vſque ad pecus, ſaluatis primogenitis filiorum Iſraël. Redimebatur tamẽ primogenitum hominis quinque ſiclis, præter primogenita Leuitarum, quę quum ad ætatem adultam perueniebãt, cultu dei in templo deputabantur. Chriſtus ergo quum eſſet virginis Marię & vnigenitus, & primogenitus, ſecundum legi edictum à parentibus in templo domini domino ſiſtitus, quia verò non de tribu Leui fuit: ideo quinque ſiclis ſecundum eiufdem legis edictum redimitur.
- ¶ Porro ſecundum Bedam eſt notandum, quòd illa omnia quę domino ſub lege ſanctificabãtur primogenita, vel figura fuerunt eius, qui quum eſſet vnigenitus filius dei, primogenitus fieri dignatus eſt omnis creature, verè & ſingulariter ſanctus domino, quia peccatum nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, vel certè noſtrę fuerũt deuotionis indicium, qui omnia bonę actionis initia, quę quum corde gignimus, domini gratię deputare, malę autem geſta redimere debeamus, dignos videlicet pœnitentię fructus offerentes, quemadmodum tunc primogenitum animalium immundi ſecundum legem redimebatur, vel commutabatur. Quòd autem ait: Adaperiens vuluam, conſuetę naturę more loquitur, quia dominus noſter ſacri ventris boſpiciũ quod ingreſſus ſanctificaret, egreſſus clauſum atque inuiolatum reliquit. Clauſo ſiquidem virginis ventris quaſi ſponſus de thalamo proceſſit.
- Num. 3.* ¶ Cur ſiſtatur domino puerie ſus.
- Exo. 13.*
& Num. 8.
- Num. 3.*
& 18.
- Colo. 1.*
- 1. Pet. 2.*
Primogenita noſtra quę ſint.
Num. 18.

¶ Bene autem puer Iesus primò circumciditur, ac sic interpositis diebus Hierosolymam cum hostia defertur, quia (vt ait Beda) & ipse iam adultus, prius omnis carnis corruptionem moriendo & resurgendo calcavit, ac deinde interpositis quadraginta diebus cum ipsa carne iam immortali quã pro nostra salute hostiã deo fecerat, ad gaudia supernæ ciuitatis ascendit. Quò nihilominus insinua- uir, neminem nisi circumcisum vitiis, dominicis dignũ esse cõspectibus, neminem denique nisi mortalitatis nexibus absolutũ, supernæ ciuitatis gaudia posse subire. Quia non habitabit, inquit, iuxta te malignus, neque permanebũt iniusti ante oculos tuos. Et Apostolus ait: Caro & sanguis regnum dei nõ possidebunt, neque corruptio incorruptelam possidebit. Demum & omnis in fine mundi ecclesia primũ commodi resurrectione cunetam terrenæ labem mortalitatis & corruptionis exuet, ac deinceps in regnum cœlestis Hierusalem bonorum victimis operum domino commendata transferetur.

¶ Tulerunt, inquit, illum in Hierusalem vt sisterent eum domino. Itaque, vt ait Bernard. sistitur hodie creatori fructus terræ sublimis, hodie placibilis & deo placēs hostia virgineis manibus offertur in tẽplo, quẽ vsque ad eò grata & accepta fuit deo, & mundo pacem (quã vniuersa ab initio seculi oblata munera accipere nõ meruerũt) hæc vna repererit. Speciosa profecto atque simplex colũba virgo mater, quæ in signũ reconciliationis generis humani, ad uesperascente die, id est, in fine seculorũ, filium suum deũ & hominẽ, plenũ gratiæ & veritatis, quasi ramum virentis oliuę oblatura creatori (vt dictum est) hunc ad templũ portauit. Cui pro tanto munere libet dicere cum viro sancto: Offer filiũ tuum virgo sacrata, & benedictum fructũ ventris tui domino repræsenta. Offer ad nostram omniũ reconciliationem, hostiam sanctam, deo placẽtem. Omnino acceptabit deus pater oblationẽ nouam, & preciosissimam hostiam de qua ipse ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

¶ Sed oblatio illa fratres (ait Bernard.) satis delicata videtur, vbi tantũ sistitur domino, quinque siclis redimetur, & illico reportatur. Veniet quando non in templo

*Prius cir-
cũcisi do-
mino præ-
sentantur.*

Psal.

*I. cor. 15.
Omnes
in resur-
rectione
circunci-
dendi.*

*columba
portans
ramũ oli-
uę.*

*Gene. 8.
Ioan. 1.*

Bernard.

*Luc. 3.
christus
vt oblat^o
& redem-
ptus.*

offe-

offeretur, nec inter brachia Simeonis, sed extra ciuitate inter brachia crucis. Veniet quando non redimetur ab alieno, sed alios redimet sanguine proprio, quia redemptionem cum misit deus pater populo suo. Illud erit sacrificium vespertinum, istud est matutinum. Istud quidem iocundius, sed illud plenius. Istud in tempore natiuitatis, illud iam in plenitudine ætatis. De utroque tamē potes accipere quod propheta prædixit: Oblatus est, quia ipse voluit. Nam modo oblati sunt, non quia opus habuit, non quia sub legis edicto legis dominus fuit, sed quia voluit. Et in cruce nihilominus oblati sunt, non quia meruit, non quia iudei præualuit, sed quia ipse voluit. Voluntariē sacrificabor tibi domine, quia voluntariē oblati es pro mea salute, non pro tua necessitate.

Isa. 53.

Quid
christo
offeram?

¶ Sed quid nos offeremus, quid retribuemus ei pro omnibus quæ retribuit nobis? Ille pro nobis obtulit hostiam preciosiorem quam habuit, nimirū quæ preciosior esse non potuit. Et nos ergo faciamus quod possumus, optimum quod habemus offerētes illi, quod sumus utique nosmet ipsi. Ille semetipsum obtulit, tu quis es qui teipsum offerre cūctis? Quis mihi tribuat ut oblationem meā dignetur maiestas tanta suscipere? Duo minuta habeo domine (corpus & animam dico) utinā hæc tibi perfectē possim in sacrificium laudis offerre. Bonum enim mihi longēque gloriosius atque utilius est, ut tibi magis offerar, quam delectar mihi ipsi. Nam ad me ipsum anima mea cōturbatur, in te verō exultabit spiritus meus, si tibi veraciter offeratur. Sanē Iudæus mortuas hostias morituro domino offerebat, sed iam nunc viuo ego dicit dominus, nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & viuat. Nō vult dominus mortem meam, & non libenter offeram illi vitam meam? Hæc est enim hostia placabilis, deo placēs hostia hostia viua.

Exec. 18.

¶ Circa tertium, quod est legalium hostiarum figuralis oblatio, dicit consequenter Euangelista:

De prole
nata duplex
in lege præceptum.

Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege dominus, par turturum, aut duos pullos columbarum.

¶ Vigilanter attende, quia de prole nata duplex præceptum in lege tradebatur. Vnum erat speciale de primogenitis, de

de qu
omni
rifica
filia
cati
secre
tabat
stum,
ne nat
duo p
se sac
ad pri
Hieru
lege
niter
secun
aut du
qui po
in ho
pecca
duos t
locat
qui qu
lius in
paupe
fessus
reclin
¶ Vbi
in nati
sione v
sui obl
homini
git: ve
nis, se
redim
¶ Mora
sue in
tur) ve
dem fa

de quo iam supra dictum est. Alterū generale de cæteris omnibus nō primogenitis, vt scilicet impletis diebus purificationis matris, offerretur sacrificiū pro filio siue pro filia. Quod quidē sacrificium erat & ad expiationem peccati, in quo proles concepta erat & nata, & etiam ad consecrationem quandam ipsius, quia tunc primū presentabatur in tēplo. Et ideo aliquid offerebatur in holocaustum, & aliquid pro peccato. Christus igitur qui de virgine natus & primogenitus erat & sub lege fieri voluit, hęc duo p̄cepta in se voluit adimpleri, & i ipso impleta fuis se sacer Euangelista testatur. Et primò id quod pertinet ad primogenitos, quum superius dixit: Tulerunt illum in Hierusalem vt sisteret eum domino, sicut scriptum est in lege domini. Deinde, illud quod p̄ceptum erat communit̄ quo ad omnes: quum hic dicit, Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. In lege p̄ceptum erat, vt qui possent agnum anniculum pro filio aut filia offerrent in holocaustum, & pullum columbæ siue turturem pro peccato. Qui verò non possent offerre agnum, offerrent duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum, pro peccato, Igitur dominus Iesus, qui quum diues esset propter nos egenus factus est, vt ilius inopia diuites essemus, voluit pro se non diuitum, sed pauperum hostiam offerri, quasi per hoc paupertatē professus, sicut & in sua natiuitate voluit pannis inuolui & reclinari in p̄sep̄io.

¶ Vbi videre & admirari libet ipsius humilitatem. Nam in natiuitate sua se habuit sicut pauper homo, in circumcisione verò vt pauper & peccator homo, sed in hodierna sui oblatione se habuit vt pauper, & peccator, & seruus homo. Vt pauper, in eò quòd pauperum oblationem elegit: vt peccator, in eò quòd ipse vnà cum matre expiationis, seu purificationis legem impleuit: vt seruus, in eò quòd redimi voluit.

¶ Moraliter (vt ait Beda) siue fortia quis opera creauerit, siue infirma (quę masculi & fœminę vocabulis distinguuntur) vt hęc legitimè domino valeant consecrari (siquidem facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus

Leuit. 2.

Luc. 2.

Leuit. 12.

1. Cor. 8.

Luc. 2.

Admiranda christi dignatio.

Quem, turturę, columbã qui offerunt moraliter.

Esa. 64.

Duo com-
punctio-
nis gene-
ra.

Inter si-
gnifica-
tionem
turturis
& colum-
bæ inter-
est.

Act. 4.

mēstruatē vniuersæ iustitię nostrę)uem necesse est inno-
centiæ, & turturem pariter siue columbam compunctio-
nis offerat. Quia enim volucres hæ pro cātu gemitus ha-
bent, nō immeritò lachrymas humilium, & sanctorum in
hoc seculo designāt ploratum, quibus plurimum in ipso
etiã bonis operibus indigemus. Quia etsi bona esse que
agimus nouerimus, qua tamē districtione à domino exa-
minanda, & qua à nobis perseuerantia sint cōsummande
nescimus. Qui verò diuitias virtutum nō habens agnum
vitæ innocuæ in actuum suorū grege nō inuenerit, duo
saltem turtures, aut duos columbæ pullos offerat, hoc est
ad lachrymarū suffragia se cōuertat. Nā qui laborat in
gemitu suo, qui lachrymis stratum suum per singulas peccato-
rum noctes abluir, acceptissimam deo victimā mactat.
¶ Et bene duos, alterum pro peccato, alterum in holocau-
stum. Holocaustum nanque totum incensum dicitur, quia
nimirum duo genera sunt compunctionis. Deum nāque
sitiēs anima, prius timore compūgitur, post, amore. Prius
enim sese in lachrymis afficit, quia dum malorum suorum
reminiscitur, p̄ his perpeti supplicia æterna pertimescit.
At verò quum longa mœroris anxietate fuerit formida-
tō cōsumpta, quædam iam de præsumptione veniæ securitas
nascitur. Cōtemplatur enim mens qui sint illi angelorum
chori, quæ ipsa societas beatorū spirituum, quæ ma-
iestas æternæ visionis dei, & amplius plāgit: quia à bono
perennibus deest, quàm flebat prius quum mala æternam
metuebat. Qui ergo prius flendo ne duceretur ad suppli-
cium, turturem pro peccato offerebat, de altero facit ho-
locaustum quum postmodū flere amarissimè incipit, quum
differtur à regno.

¶ Hoc sanè inter turturis & columbæ significantiā distin-
gitur quia columba quæ gregatim, conuersari, volare, & gemitum
cōsuevit, actiuæ vitæ frequentiam demonstrat, de qua scrip-
tum est: Multitudinis credētium erāt cor vnum & anima
vna, nec quisquā eorum quæ possidebat aliquid suum esse
se dicebat, sed erāt illis omnia cōmunia. Turtur verò quæ
singularitate gaudet, ad eodē vt si cōiugē casu perdidit, solus
quæ exinde permaneat, speculatiuę vitæ culmina denūtiat
quia vt paucorū est ista virtus, & iis singularitatem attribuitur.
¶ Solus

¶ Solus Esaias dominum exercituum videt, laudes Seralphio cõtemplatur. Et quia malè tacuerit, quasi turtur singularis ingemit. Moyses pauente procul populo, solus ascendit ad dominũ, & ne idem populus feriat, lachrymosis precibus impetrat. Solus fugientibus sociis Daniel inter angelos remanet. Solitari^o Ezechiel quadrigas, Cherubin, & supernæ ciuitatis ædificia celsa miratur. Solitarius Paulus ad delicias paradisi, & visendi cœli tertij secreta rapitur. Denique quum intrâs in cubiculum clauso ostio oro patrè in abscondito, turturem offero. At quum eiusdem operis cõpares quæro çanendo cum propheta: Venite adoremus & procidamus ante deum, ploremus corâ domino qui fecit nos, columbas ad altare deporto. Et quia æquè vtraque cõditori accepta est hostia, consultè Lucas vtrum turtures, an pulli columbarũ pro domino sint oblati non dixit, ne vnum alteri viuendi ordinẽ præferret, sed vtrunque sequendum, vtrunque diuinis cultibus doceret offerendum.

¶ Circa tertium dicit:

Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat in eo.

¶ Hic describitur venerandi Simeonis in agnito Salvatore fœlix exultatio. Vbi primò ponitur B. Simeonis commendatio. Secundò, Fidem à spiritu sancto facta de Christo reuelatio. Tertio, Eiusdem Christum paruulum cognoscentis, & complectentis fœlix exultatio. Secundum, ibi: Et responsum acceperat. Tertium, ibi: Et quum inducerent.

¶ Circa primum dictum est:

¶ Et ecce homo erat in Hierusalem, vtique Sacerdos, & propheta, senectute venerandus, moribus integer, inculpata vitæ, scientia legis & sanctitate famosus, & his muneribus per urbem totam illustris & notus.

¶ Dominus præcius se multos habiturum contradictores, multos adhibuit suæ incarnationis testes. Primò, scilicet Mariã & Ioseph, mox angelos: deinde pastores, hinc Magos, denique Simeonem hunc & Annã prophetissam, senes. Omnes isti iam nato testimonium reddiderunt.

Sanctæ singularitatis exempli.

*Esa. 6.
Exod. 20
Exo. 52.
Danie. 10
Ezech. 1.
& 40.
2. Cor. 11
Matt. 6.
Psal.*

Qualis Simeon.

Christo testes nato.

*Luc. 2.
Matt. 2.
Luc. 1.*

○

¶ Ioan-

*Testes cō-
cepto.*

*Testes nec
dum cōce-
pto.*

*Testes iā
glorifica-
to.*

Esa. 44.

Psal.

*Quam ne-
cessarius
ad salutē
timor.*

*1. Ioan. 4
1. sal.*

Eccle. 1.

Eccle. 27

*Simeō cur
iustus di-
catur.*

Phil. 1.

¶ Ioannes verò necdum natus, & Elizabeth eidem domi-
no etiam nondum nato: sed concepto, prohibuerūt testi-
monium.

¶ Porrò ab initio mūdi prophete & patriarche factis suis
& dictis, necdum conceptum aut natum, sed concipien-
dum & nasciturum & passurum præfagierunt.

¶ Apostoli verò, natum, passum, & glorificatum vbiq̄ue
per orbem prædicauerunt. Omnes iti testes fuerunt do-
minicæ dispensationis, quibus ipse per Esaiam prophetā
dicit: Verè vos testes mei. Vnde ait Beda: Decebat enim
omnium saluatorem sicut venturum in carne toto seculi
tempore fidelium facto vel dicto præfagiri, ita etiam ve-
nientem cōmuni omnium laude prædicari, impleta pro-
phetia quæ dicit: Laudate dominum de cœlis, & cætera
quæ sequuntur vsque quo ait: Iuvenes & virgines, senes
cum iunioribus, laudent nomen domini. Confessio enim
super cœlum & terram.

¶ Iustus, inquit, & timoratus, quia difficilè iustitia sine ti-
more custoditur. Non illum dico timorem, qui sub lege
pœnali temporalia bona sibi subtrahi perhorrescat, quem
perfecta foras mittit dilectio, sed timorè domini sanctū
qui permanet in seculum seculi, quo iustus Deum suum
quandò ardentius diligit, tantò sollicitius cauet offendere.
Qui verò sine timore est, nō poterit iustificari. Illi autem
qui iam iustificatus est, quid Sapiens dicat, aduerte. An
enim, Si non in timore domini tenueris te instantè, cinis
subuertetur domus tua.

¶ Iustus proinde Simeon dictus est, qui potius vt videret
populi sui liberationem, desiderabat vitam suam longius
produci, quam propter se. Ipse enim si tantum ad propriū
respiceret salutē, cuperet dissolui & esse cum domino, sed
optabat videre cōsolationem suæ gentis, vt ab impij He-
rodis domini, quo tum premebatur, per Christum libera-
retur. Vnde subdit: Expectās consolationem Israel, super
angariis & iniquitate quibus tum ab Herode afflictabe-
tur. Et vide absolutā ab omni parte beatissimi viri huius
perfectionem. Iustus fuit erga proximum, timoratus er-
ga deum, perfectè bonus intra semetipsum, quia spiritus
sanctus erat in eo.

¶ Circa

¶ Circa secundum, quod est eidem Simeoni à spiritu sancto facta de Christo reuelatio, dicit consequenter Euāg. et responsum acceperat à spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Et venit in spiritu in templum.

¶ Super eo quod in oratione frequenter petierat, arcano sancti spiritus instinctu, certificatus erat, videlicet non visurum se mortē, nisi prius videret Christum domini. Sed fortasse quærat aliquis & dicat: Quomodo quibusue oculis mors videtur, quæ veniēs ipsos oculos claudit, ne quicquam videre possint? Sed videre mortem, experiri significat. Et certē multum fœlix mortem videbit carnis, quicūque Christū domini prius oculis cordis videre faterit, conuersationem habēdo in cœlesti Hierusalem, & suspirādo cum propheta qui ait: Vnam petij à domino hāc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem domini.

videre mortem quid sit.

Psal.

¶ Sed aduerte quòd in hac vita per fidem Christus duobus modis mente videtur. In terrore videlicet & amore. Sicut & in iudicio terribilis erit reprobis, & blandus electis. Cogitatur enim nōnunquam à nobis in hac vita cum timore & tremore, sicut ait propheta: Quis nouit potestatem iræ tuæ? Nonnunquam verò mente videtur seu cogitatur à nobis cum tanta fiducia, vt quasi securi iam simus de salute. Vnde B. Bernardus de hac visione loquens ait: Subitò mihi tāta de me suborta spes est & lætitia infusa, quantus certē in loco horroris non præcesserat timor. O si durasset. Iterum visita me domine. Tunc dicit dominus animæ fideli, Salus tua ego sum. Is ergo qui respōsum acceperat à spiritu sancto nō se moriturū nisi videret oculis cordis & oculis carnis Christū domini, id est, Messiam regem in lege, & prophetis à deo promissum, is, inquam, venit in spiritu in templum.

Christum duobus modis videtur

¶ Quo manifestè apparet quòd spiritus sanctus erat in eo, testis enim inhabitantis & trahentis spiritus sancti, bona voluntas est.

Signū inhabitantis spiritus sancti.

¶ Sicut enim apparet ventus in velis quum illa à vento implentur, & impelluntur, sic etiam manifestatur in homine præsentia spiritus sancti, in opere suo, quum vide-

Simile.

Q ij licet

¶ Circa

licet hominis voluntatem ad ea quæ sunt bona perurgeat. Vnde ait propheta: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

*In spiritu
venit in
templum.*

¶ In hoc spiritu veniunt in templum, nihil aliud illic quam deum & salutem quærentes, quales sunt auditores celestis verbi, benevoli & attentis, prædicatores humiles & deuoti: denique gratias deo agentes, vel in choro dominum laudaturi.

*Idololatriam
exercent in
templo.*

¶ Porro qui non nisi propter denarios aucupandos ad templum veniunt, & ipsi quidem illuc in spiritu proficiscuntur, sed non in spiritu sancto, quin magis in spiritu cupiditatis, ut nefario sacrilegio idololatriam in dei templo exercent, mammonam illic colant, frustra se de sacerdotio seculari iactitantes, quum audient dicentem: Non potestis deo seruire & mammonæ. Siquidem mammonæ seruire conuincuntur, quorum tota intentio ad quæstum pecunie conuersa est. Et venit, inquit, in spiritu in templum. Eadem enim spiritus gratia qua olim venturum præcognauerat etiam nunc venientem, & iam iamque à se videndum cognouit saluatorem.

Matt. 6.

¶ Circa tertium, quod est eiusdem sancti senis Christi agnoscentis & complectentis fœlix exultatio, dicit cõsequenter Euangelista:

Et quum inducerent puerum Iesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in brachia suas.

Luc. 3.

¶ Ioseph & Maria ratione superius memorata parentis eius dicuntur. Ait enim postmodum hic idem Euangelista: Et Iesus erat incipiens quasi triginta annorum, & vocabatur filius Ioseph. Ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, hoc erat, ut offerrent eum Sacerdotibus, quum primogenitus erat, & rursus hunc à Sacerdote qui fidelis argenti redimerent. Et ipse (nimirum sanctus senex

*Fœlix ex
ultatio Si
meonis.*

Simcon) accepit eum à manibus virginis matris eius in brachia sua, & cordi suo dulciter astrinxit quem diu desideratum corde crediderat esse venturum. Mira cum exultatione huc iam aduenisse gratulatur, quod admodum per Sapientem dictum est: Desiderium sanctorum dabitur. Porro, lignum vitæ, desiderium veniens. Nam

Prov. 10

Prov. 13.

deside

desiderium si compleatur, delectat animam. Magna proinde domini potentia, sed non minor claret humilitas, vt qui cœlo terrâque non capitur, grandæui hominis gestetur totus in vlnis.

Idem.

¶ Sed & secundum tropologiam. Accipit Christum Simeon, veteranus infantem, vt doceat nos exuere veterē hominē qui corrumpitur secundum desideria erroris, & renouatos spiritu mentis nostræ, induere eum qui secundum deū creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Hoc est oscultare dicēti: Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniā sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol nō occidat super iracundiā vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est.

Ephes. 4.

Ibidem.

¶ Hæc enim ad veteris hominis renouationem pertinere noscitur. Per hæc enim homo vetus renouatur ore, corde, & opere.

*Mundū
per chri
stū ad in
nocētiā
renouari.*

¶ Accipit senior infantem Christum, vt insinuet hoc seculum quasi senio iam & longæua ætate defessum ad innocentiam, & vt ita dixerim, ad infantiam Christianæ conuersationis rediturum, & sicut aquilæ iuuentutem illius esse renouadam. Per hoc nihilominus quod accepit Iesum in vlnis, id est, brachia sua (quibus opera figurari solēt) docemur per opera bona pertingere nos posse ad salutē. Nō enim sufficit sola fides habenti tempus & facultatem ad operandū. Quid proderit, inquit Iacobus apostolus, fratres, si quis fidē se habere dicat, opera autem nō habeat? Nunquid potest fides saluare eum? Quasi dicat: Nequaquam. Vnde infra dicit: Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Vnusquisq; enim propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Quid autem beatus hic senex infantem deum cōplectēs dixerit, audiamus. Sequitur enim:

*Senex in
fantē am
plexatur
mysticē.*

*christū
in vlnis
accipere
myst.*

Iacob. 2.

Ibidem.

1. cor. 3.

Et benedixit deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace.

¶ Et benedixit deum, id est, gratias reddidit de impletione tantæ rei promissæ, & exhibitione saluatoris. Et dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum

tuum in pace. Quasi dicat: Sat mihi est hactenus in hoc mundo vixisse, dimitte me nunc in pace, id est à carcere huius mortalis inhabitationis liberū me exire concede. Dimitti enim propriè captiuorum est. Dimitte me vt pergam in requiem cū patribus meis. Sicut enim à spiritu sancto acceperat nō visurum se mortem, nisi prius videret Christum pro mundi salute moriturum, ita verò simile est ab eodem spiritu accepisse, postquam hunc videret, non diu se in hoc mundo victurum.

*Sāctos se
per futu-
ræ vitæ
desideriū
habuisse.*

¶ Vides, inquit Beda, non solū noui, sed & veteris testamenti iustos, spe futuræ vitæ desiderium habuisse dissolui à corpore, imò pacis viam deputasse sarcinam deponere terrestrem, vtpote qui se in sinu Abrahæ requiem non desiderarent habituros. Vnde etiam ait B. Ambrosius: Videri istum semen velut corporeæ carcere molis inclusum vole absolui, vt iam incipiat esse cum Christo. Dissolui enim & esse cum Christo, multo melius est Dimitte, inquit, Domine seruum tuum in pace. Illa videlicet in pace, quam nascente cœli ciues hominibus bonæ voluntatis euangelizauerūt, quam etiam commēdaturus est discipulis tuam quam insuper es morte tua conciliaturus: Quisquis ergo vult in hac pace dimitti, veniat in mūdi cordis templum, veniat in Hierusalem, id est, in visionem & desiderium æternæ pacis, expectet indefessa spe Christū, accipiat p̄ operam pietatis in manibus suis verbū dei, cōpletatur illud quod quibusdam fidei suæ brachiis, tunc dimittetur in pace non videat mortem, qui viderit vitam. Sequitur:

Luc. 2.

*Morali-
ter.*

Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorū. Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israel.

*Simeon vt
vidit Chri-
stum.*

¶ Verè, inquit, responsum quod accepi à spiritu sancto à impletum est, & ideo iam cupio dimitti in pace: quia viderunt oculi mei interiores pariter & exteriores: exteriori quidem Christum hominem, interiores verò deum. Ipsi enim quem tenebat in brachiis, verum hominem & verum credidit esse deum, quem & in gloria maiestatis sue facie ad faciem tandem se visurum sperabat. Et certè beati oculi qui vident quæ Simeon iste videbat, & nihilominus beati qui non viderunt & crediderunt. Viderunt autem

quit,
omni
acfid
prau
dis à
¶ Not
bo pra
quod
uit fili
um po
¶ Sed
gatur.
les pa
armat
debat
Parau
minat
fū fin
tum, p
¶ Den
tem
offici
& pre
(secū
sibile
que s
reuel
plebis
¶ Hin
dūt m
Lumē
à pa
a pop
ratus
¶ Ger
profu
ciadu
lustra
glori

quit, oculi mei salutare tuum, illud ipsum videlicet, quod omnibus postmodum gentibus, populis & linguis mente ac fide conspiciendum parasti, spe ac dilectione querendum praevidisti. Hoc ipse diu desideratum nunc & carnis & cordis & oculis tuum salutare contempro.

¶ Nota quod exquisitè dixit, parasti, non paras. Si enim verbo presentis temporis fuisset usus, videretur intelligere quod ait, non de primo Christi aduentu, in quo deus parauit filium suum salutare & saluatorem ante faciem omnium populorum.

¶ Sed vt conuenientius de utroque aduentu Christi intelligatur, ait, parasti. Parauit autem hunc deus quomodo miles paratur ad bellum. Nam ad debellandum illum fortem armatum diabolus, qui atrium huius mundi iniqua pace possidebat, carne mortali quasi armis hunc induit deus pater. Parauit etiam hunc quasi lucernam ad domum Israël illuminationem, sicut scriptum est: Deridetur iusti, id est, Christi simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuinitum, parata ad tempus statutum.

¶ Denique parauit eum deus pater & induit quasi sacerdotem ad sacrificandum & peragendum magni pontificis officium. Vnde ipse ad patrem loquens ait: Holocaustum & pro peccato non postulasti, corpus autem aptasti mihi, (secundum aliam translationem qua Apostolus vtitur) passibile scilicet & mortale, aptum immolationi. Quod utique salutare, inquit Simeon, parasti vt etiam sit lumen ad reuelationem seu illuminationem gentium, & ad gloriam plebis tuae Israël.

¶ Hinc etenim plebs Israelitica gloriatur quod ex se profuit mundi saluti. Salus inquit ipsemet dominus, ex Iudæis. Lumen ergo Christus utriusque populo, & idem salutare deo à patre paratur. Qui tamen (vt ait Beda) hinc magis gloria populi Israël dicitur, quod illis diu prænuntiatus & speratus aduenit.

¶ Gentium verò dicitur reuelatio, quorum mentis oculos profunda iam cæcitate demersos, neque vlla spe dominici aduentus erectos, ipse visitare pariter, reuelare atque illustrare dignatus est. Et bene reuelatio gentium, Israël gloriae præfertur, quia non nisi postquam plenitudo gentium

IN FESTO

introierit, totus Israel saluus fiet. Quod etiam propheta
insinuare videtur, quum dicit: Norum fecit dominus salu-
tare suum, ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam
tam scilicet qua non ex lege, sed ex fide est Iesu Christi, &
post subiunxit: Recordatus est misericordiae suae, & verum

Heb. 11.

Gentibus

miserico-

diã, Isra-

eli verita-

tem fecit

deus.

Rom. 15.

is suae domui Israel.
¶ Gentibus deus misericordiam fecit, quibus nullius poi-
licitationis ratione debitor erat, domui vero Israel fecit
misericiordiam pariter & veritatem, mittens illi filium suum
sicut loquutus fuerat, & promiserat ad Abraham & patres
eorum. Vnde ait Apostolus: Dico autem Christum Iesum
nistrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei, & ad
implendas promissiones patrum: Gentes autem super mi-
sericordia honorare deum. Ad hoc enim venit, ut caecis gen-
tium oculis reuelaretur veritas eatenus ignota, & Israel
promissum & desideratum excipiens, gloriaretur.

IN DIE CATHEDRAE
B. Petri apostoli.

I. Pet. I.

Petrus apostolus Iesu Christi electis aduenis.

¶ In hac lectione B. Petrus Primò ponit piã & Chri-
stianam salutationem. Secundo, docet gratiarum actio-
nem. Tertio, docet esse utilem tribulationem. Primum factum
a principio lectionis. Secundum, ibi: Benedictus deus &
pater. Tertium, ibi: In quo exultabitis.

¶ Circa primum tria exprimuntur. Primum est, persona sa-
lutata. Secundum, personae salutatae. Tertium, bona illius in
salutatione optata. Secundum, ibi: Electis aduenis. Tertium,
ibi: Gratia vobis & pax.

¶ Circa primum dicit: Petrus apostolus Iesu Christi. Vnde
se exprimit, & nomine proprio, quod a Christo sibi apostolus
accepit, (siquidem ante Simon appellabatur) & nomine
sui muneris seu ministerii, quum dicit apostolus, id est, lega-
tus & nuncius a Christo deo & homine dei filio missus, olim
eidem Christo conuictor, nunc autem destinatus apostolus.

¶ Circa secundum dicit:

*Electis aduenis dispersionis, Ponti, Galatiæ, cappadocia, Asiae
Bithyniæ.*

¶ Secundum

¶ Secundum Bedam, aduenæ latinè, græcè dicuntur profelyti, quo nomine Iudæi eos appellabant, qui de gentibus nati in deum credere, & circuncisione accepta Iudaico more iuxta dei legem vitam ducere maluerunt. De quorū numero fuere quidam eorum, qui in die sancto Pentecostes (quo apostoli spiritum sanctum in ignis visione perceperunt) ad prædicationem eorum Christo crediderunt, dicente Luca, quod Iudæi quoque & Profelyti adessent. Electos ergo aduenas dicit, qui de gentilitate ad agnitionem ac susceptionem diuinæ legis, ac perceptis sacramentis legalibus ad acceptionem gratiæ fidei peruenire meruerunt. Vel secundum alios, fuerunt ex Iudaismo cōuersi in dictis dispersi regionibus. Vnde sanctus Hieronymus de his loquens ait: Petrus post episcopatum Antiochenæ ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum, qui de circuncisione crediderunt in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secundo Claudii anno ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit.

¶ Sed & nos, si veraciter cum propheta dicere possumus, Aduenæ apud te sum⁹ & peregrini, sicut omnes patres nostri ad nos quoque hanc B. Petri epistolam scriptam credere, & vt nobis missam legere debemus. In ea denique quasi alibi patriam habentes nos admonet, dicens: Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinete vos à carnalibus desideriis. Quod verò adiecit: Dispersionis, secundum quosdam significat, quia dispersi sint ab Hierosolymis in persecutione quæ facta fuerat sub phano, vel certè aliis multifariis persecutionibus sint profide, vel à Iudæis vel à gentibus afflicti, à propriis sæpe sedibus puls, vt in Actibus apostolorū legimus: Dispersionis Pōti, Galatiæ, Cappodociæ. Omnes hæc prouinciæ sunt Græcorum in Asia. Deinde ostendit quomodo sint electi, & ad quid quum subdit:

Secundum præscientiam dei patris in sanctificationem spiritus, in obedientiam & asperisionem sanguinis in esu Christi.

¶ Electi enim erant secundum præscientiã dei patris. Vnde & apostolus ait: Quos præsciuit, hos & prædestinauit cōformes fieri imaginis filii sui. Et rursum alibi: Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & dei immacu-

Aduenæ isti qui sint.

Act. 2.

Psal.

Pios & fideles aduenas esse

1 Pet. 2. Aduenæ dispersio-

Act. 8.

& 11.

Electi se-

cū dū præ-

scientiam

Ad quid electi. immaculati in conspectu eius in charitate. Electi autem erant isti ad hoc, ut per donationem spiritus sancti sanctificarentur, emundati ab omnibus peccatis, ut obedire inciperent domino Iesu Christo, qui per inobedientiā protoplasti perierat, ut aspersi sanguine ipsius, satanę potestati effugerent, sicut olim Israel per agni sanguinẽ Aegyptiorum dominatum euasit. Asperisionem autẽ dicit more scripturę veteris, ubi qui sanctificandi erant, sanguine hostiarum solebant aspergi.

Exod. 12. *Ad quę vocati sunt fideles.* ¶ Vbi si diligenter aduertimus, tria describit ad quorum consequutionem vocati sunt fideles. Primum est, spiritus sanctificatio, per spiritus sancti infusionem in illo in sacro baptismi lauacro venientem. Sicut per Ezechielem dominus antẽ promiserat, dicens: Effundam super vos aquã mundam, & emundabo vos ab omnibus inquinamẽtis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et rursum per prophetã alium: Effundã, inquit, de spiritu meo super carnem.

Ioel. 3.

¶ Secundum est, obedientię subiectio. Vocati quippe sumus ut Christo obediamus, qui propter nos factus est obediens vsque ad mortem. Obediamus itaq; sicut decet seruos obtemperare domino, discipulos magistro, ægrotos medico, reos fidelissimo patrono seu aduocato.

Apo. 1.
relicani
pietas.

¶ Tertium est, preciosi sanguinis Christi asperio. Electi quippe sumus & vocati, ut sanguine Christi aspergamur. Dilexit enim nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quomodo pelicanus auis dicitur suos pullos mortifero serpentis veneno læsos sui sanguinis asperisione sanare. Hęc enim asperio, participatio est gratiæ passionis Christi, quatenus p̄ illa vulnera viuamus, quib; ipse mortuus est. Circa tertium, ubi ponuntur bona optata, dicitur:

Gratia vobis & pax multiplicetur.

gratia nobis ad pacẽ necessariã.

Esa. 64.

¶ Nimirum gratiam illis optat & pacem. Et bene primò nominat gratiam, postea pacem, quia sine gratia Christi ad reconciliationis pacem peruenire non possumus. Per gratiam quippe saluamur, nõ ex operibus iustitię nostrę, veraciter confitente propheta & dicente: Facti sumus immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatę vniuersę iustitię nostrę. Quia ergo per gratuitam dei misericordiam

nem ei
cem. V
se iusti
cem ha
stum
in qua
inde qu
mur, (C
hęc du
multip
tẽ con
nis vt i

Ben

dam ma
per resur

¶ Hic b

idem fa

tria pro

ei grati

dum ef

clarã o

dum m

dum, qu

tatem i

¶ Circa

stri Iesu

des ben

deum e

& pater

nostris I

hominu

stri non

per ext

apostol

beati I

num pe

¶ Qui s

nos, inc

nem ei reconciliamur, post gratiam optatam, optat & pacem. Vade apostolus dicit nos gratis per gratiam ipsius esse iustificatos. Et iterum: Iustificati ergo, inquit, ex fide pacem habeamus ad deum, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus & gloriamur in spe gloriae filiorum dei. Proinde quoniam dona dei in nobis augentur, si iis bene utamur, (habenti enim dabitur, & abundabit) ideo optat ut haec duo salutaria dei dona in nobis gratia & pax à deo multiplicentur & augetur, ut quod bene coepimus, perfecte compleamus, tacite per hoc mones, quatenus dei donis uti dignè studeamus.

¶ Circa secundum principale dicit:

Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem viuae, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis.

Hic beatus Petrus deo benedicens & gratias agens, ut idem faciamus exemplo suo nos adhortatur. Ostendit autem tria propter quae debemus deum benedicere, laudare, & ei gratias agere. Primum est spiritualis regeneratio. Secundum est, viuentis spei in nobis stabilitio. Tertium est, praeclaræ collatio hereditatis. Primum, quum dicit: Qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos. Secundum, quum subdit: In spem viuam. Tertium, ibi: In hereditatem incorruptibilem.

¶ Circa primum dicit: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi. Vbi, secundum Bedam, ita deo patri laudes benedictionis refert, ut dominum saluatorem nostrum & deum esse demonstrat & hominem. Quum enim dicit: Deus & pater domini nostri Iesu Christi, deum quidem domini nostri Iesu Christi appellat, quia ipsum dominum Christum hominem factum fuisse meminit. Patrem autem domini nostri nominat quia eundem dominum nostrum dei filium semper extitisse non dubitat. Ipse est pater misericordiarum (ut apostolus ait) & deus totius consolationis, à quo, secundum beati Iacobi sententiam, omne datum optimum, & omne donum perfectum in nos descendit.

¶ Qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos, inquit: Saluandis quippe magnorum & multorum criminum

Rom. 3.

Rom. 5.

Qualiter
in nobis
dona dei
augetur
Mat. 13.

Christi di-
uinitas &
humanitas
demonstra-
tur.

2. cor. 1.
Iacobi. 1.
Dei erga
nos miseri-
cordiam a-
gna.

minum reis, misericordia magna opus est. Sanè misericordie dei in nos magnitudinē, & magnitudo donorū eius ea accipiētū probat indignitas. Regenerauit nos, inquit

*Generatio
o & rege
neratio
differunt
Iob. 14.
1. Petri. 1.*

¶ Carnaliter generatos ad mortem, spiritualiter regenerauit ad vitam. Hoc enim inter illā generationem, & istā regenerationē interesse dignoscitur, quòd ex carne secundum Adam nati, vitæ breuitatem, miseras innumeras, & mortē accipiāt hæreditatē, iuxta illud, Homo natus de muliere, breui viuens tēpore, repletur multis miseriis. Ex quo autem regeneramur in dei filios per gratiam adoptionis ad vitam & fœlicitatem æternam.

¶ Vnde in consequentibus ait: Renati non ex sensine corruptibili sed incorruptibili, per verbum dei viui & permanentis in æternum. Itaque iure benedicitur à nobis deus qui quum generati fuissimus ad mortem, sua magna misericordia regenerauit ad vitam.

*Spem nostram de
vt prouexit.*

¶ Circa secundum quod est spei nostræ stabilitio, dicitur spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex morte. Per hanc enim, de qua iam dictum est, regenerationem & resurrectionem, filii sui spem firmam concipimus, quæ usque ad eò deus nostram dilexerit vitam, vt filium suum unigenitum pro hac mori disponderet, atque eadem morte per resurrectionem destructa, spem nobis exemplum resurgendi monstraret. Et hoc est quod ait: Regenerauit nos in spem viuā per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, vt & nos per eum resurrecturos esse speremus.

*Rom. 8.
Spes quorundam
inanis.
psal.*

¶ Dicitur autem spes ista viuā, ad differentiam eius spei qua plerique cōfidunt in principibus & in filiis hominum, quibus non est salus: vel eius spei qua sperāt in multitudine diuitiarum suarum. Quæ spes quoniam in morte deficit, destituitque deceptos, vtique mortua dicitur. Sed spes quam ex deo & in deum habemus, viuā spes est. Tunc quia nec ipsa morte moritur, sicut per Salomonē dicitur: Sperat iustus in morte sua. Et vir sanctus ait: Etiam si ceciderit me, in ipso sperabo. Tum quia ad vitam sempiternam & beatam perducit. Circa tertium, quod est præteritæ hæreditatis collatio subdit:

*Proy. 14.
Iob. 13.*

In hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & inaccessibilem conseruatam in cælis.

¶ Vbi tria facit. Primò, ostendit æternæ hæreditatis præclaram dignitatem. Secundò, eiusdem hæreditatis cælestem sublimitatem. Tertiò, ostendit quibus seruatur per diuinâ liberalitatem. Circa primum, commendat eam tripliciter, vt potè, incorruptibilem, incontaminatam, & immarcescibilem. Incorruptibile dicit, propter vitam cælestem, quæ nec senio, nec morbo, nec morte, nec aliqua molestia tâgitur, ad differentiâ hæreditatis terrenæ, quæ antiquatur & propè interitum est. Nam tempus edax est rerum. Illa autè, quia supra temporis volubilitatem est, vtique incorruptibilis & indeficiens est. Incontaminatam dicit, quia & nullus hæc potest immûdus intrare, multò minus ex ea cõtaminari, quû nemo possit ea malè vti: & ad differentiâ hæreditatis mûdanæ, quæ suos plerunq; coinquinatos reddit possessores. Immarcescibile denique hæc esse affirmat, quia nunquam beatorum mentibus ex lôgo vsu cælestis illa conuersatio potest vilescere, quomodo presentis seculi lux & delicia solèt diutina cõsuetudine & vsu in fastidiû verti: quin potius in eodem semper florere gratissima permanes, quò magis habetur, magis amatur, magisq; delectat, & possessa amplius desideratur: ad differentiâ voluptatis terrenæ, quæ (vt dictû est) citò fastiditur & perit, cuius extrema occupât plerûque luctus & dolor. De hac hæreditate præclara scriptû est: Annuntiat de ea amico eius, quòd possessio ipsius sit, & quòd ad eâ possit ascendere. Quis iam hæc credens & sperâs, mundum hûc cum suis illecebris nõ cõtēnnaat & pedibus pariter & manibus reptâs, id est, & desideriis & operibus nitens, non ascendat & non festinet ad illam?

¶ Si cuiquam pauperi, indubitata certitudine nuntiaretur seruari sibi in alia procul opulētissima regione hæreditatem grandem, nobilem & illustrem, cûctis quæ desiderari solent, affluētē bonis, palatium splēdidissimum, tricliniis, & omnibus desiderabilibus abundâs, vbi est perpetua pax & incõcussa securitas, sanitas æterna, vita sine fine, gaudium sine vlla tristitiæ nebula, amor synceris omni procul suspitione, cõcordia stabilis, & si quid est aliud quod vltra posset desiderari. Nuntiaretur insuper ei, quòd illic ab amicis cum grâdi desiderio expectatur, qui & ipse

*Cælestis
hæreditas
incorruptibilis est
Hebr. 8.*

Incõtaminata est.

1ob. 36.

Similitudo notanda.

*Cælestis
hæreditas
quàm sit
desiderabilis.*

vrgetur

urgetur hic interim pressuris multis, anxiatur inopia, doloribus, periculis, laboribus, insidiis, despectione, & inimicitii stimulat. Nonne is si credit nuntianti, festinabit quātocius illuc proficisci? Quod si nō proficiscitur, vix videtur non accommodare fidem hęc nuntianti. Quod si hęc vera esse credat, sed tamen vel negligit ea vel contemnit, nōne se tanta & tali hęc hereditate probat indignum?

Hęreditatis aeternę sublimitas.

2. Tim. 1.

Matt. 5.

¶ Circa secundum, eiusdem videlicet hęc hereditatis sublimitatem, ait: Conseruatam in cęlis. Vbi neque erugo neque tineam demolitur, & vbi fures nō effodiunt & furatur. Vbi nec superbit impius, nec incenditur pauper.

¶ Loco tam tuto depositum nostrum constitutum est, testatur Apostolus: Scio cui credidi & certus sum, quia potest esse depositum meum seruare in illum diem.

¶ Vnde & ipse dominus pauperibus spiritu, lugentibus, esurientibus & sitiētibus iustitiam, misericordibus, corde mundis, pacificis, denique propter iustitię patienter sustinentibus persecutionē dicit: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cęlis.

¶ Circa tertium, videlicet, quibus hęc hereditas per misericordiam seruat, dicit:

In vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem peruatam reuelari in tempore nouissimo.

¶ Hęc coherent his quę iam dicta sunt, videlicet quod deus secundum magnam misericordię suam regenerat nos in spem viuam, in hęc hereditatem illam conseruatam in cęlis. In vobis, pro eo vt diceret conseruatam vobis, est, ad hoc conseruatam nunc, vt vobis tempore prestato reddatur in cęlis.

¶ Vobis, inquit, quibus dedi potestatem filios dei fieri, dedit vsque in finem perseuerantibus etiā hereditatē in cęlis accipere. Illis dicit esse cōseruatam hęc hereditatem, quia in disciplina perseueraturos, gratia duce & meritis ad illam nouit peruenturos. Qui enim non seruaerint disciplinam patris, hęc hereditatē non merentur accipere. Sed quia nec suo solo conamine susque viribus ad aternā potest peruenire salutem, rectē ait: Qui in virtute dei custodimini. Neque enim quisquā suę libertatis potentia custodiri valet in bonis, sed illius per omnia quęrendum est auxilium

Quibus hereditas seruat in cęlis.

vt perfr
Nō om
custodi
vestran
frustra
¶ Cust
num de
tem de
tur in n
de custo
& atern
di, reue
ranis d
Nō erg
tum te
Non er
cas sup
na patri
dei grat
digni.

In qu
vni tent
¶ Hic de
perueni
bulatio
bulario
nus fide
fidelis c
dum, ib
in laud
¶ Circa
mo, que
ultabiti
tem vid
strum n
tristari.
tiam &
Modicu
vt per

ut perficiamur, à quo initium bonæ actionis accepimus. Nō omnibus, inquit, hereditas illa seruetur, sed vobis qui custodimini à satanæ insidiis & potestate, per virtutē non vestram, sed dei: quia nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

psal.

¶ Custodimini proinde, inquit, in fide, quæ vtiq̃ue est donum dei, sed non omnium est fides. In qua fide per virtutem dei electi seruantur, quomodo pulli implumes seruātur in nido ut crescant, & ad volatum proficiant. In hac fide custodimini in salutem, id est, ut cōsequamini salutem & æternæ beatitudinis gloriā paratam ab origine mundi, reuelari, id est, reuelandam in die nouissimo, sicut operatis datur merces in fine laboris, & cœna in fine diei. Nō ergo expectes ut tibi in hoc tempore reueletur quantum te diligit pater cœlestis, & quantum tibi vult bonum. Non enim hoc tibi nosse expedit, ne forsan hinc insolestas superbia, quin potius hoc tibi expedit, ut sub disciplina patris interim ad humilitatis virtutem erudiaris. Nam dei gratia & hæreditate cœlesti soli humiles sunt non indigni.

*2. The. 3.
Qualiter
fide serua
mur.*

¶ Circa tertium principale dicit:

In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus.

¶ Hic docet vtilem esse tribulationem ad hoc, ut ad illam perueniatur hæreditatem. Multiplicem autē ostendit tribulationum huius temporis vtilitatem. Siquidem ipsa tribulatio perpetuo gaudio cōpensatur. Per eam nihilominus fides nostra & probatur & purgatur. Per eā denique fidelis quisque à deo commendatur & coronatur. Secundum, ibi: Ut probatio vestrę fidei. Tertium, ibi: Inueniatur in laudem.

¶ Circa primum dicit: In quo, nimirum tempore nouissimo, quo salus parata reuelabitur, ac ea dignis dabitur, exultabitis. De quo etiam tempore dominus ait: Iterum autem videbo vos & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Modicum nunc si oportet contristari. Oportet, inquit, cōtristari, quia non nisi per tristitiam & afflictiones potest ad æterna gaudia perueniri. Modicum autē dicit, quia vbi merces æterna retribuetur, breue

*Vtilē esse
tribula
tionem.
Ioan. 16.*

breue videbitur ac leue totum fuisse quod in tribulationibus seculi acerbum & graue videbatur.

2. Cor. 4.
Tribulationū huius temporis breuitas.

Earum leuitas.

1. Cor. 10.
Mich. 18
Earum deutilitas.

Tribulationes consolationibus compensande.
Roma. 8.
Sedulius.

Iacob. 1.
Fidem nostrā probari necessesse est.

Roma. 5.
Eccle. 17

¶ Vnde ait Apostolus: Quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis, supra modum in sublimem eternam gloriæ pondus operatur in nobis. Vbi huiuscemodi tribulationū insinuat primò breuitatem, quum dicit eas in presenti momentaneas esse. Præsens nāque tempus per momenta decurrit. Sed quid momento breuius potest excogitari? Secundò, insinuat earum leuitatem, quum dicit, leue est. Ergo tolerabiles sunt. Fidelis enim, inquit, est deus qui non patietur vos tentari supra quod potestis. Sanè si grè grauior est peccatorum moles, imò mola illa a sinu demersura peccatrices animas in profundum. Tertio insinuat tribulationum vtilitatem, quum adiecit, eas supra modum in sublimem eternam gloriæ pōdus operari in nobis. Cuius gloriæ expressit aternitatem, quum ait, eternam gloriæ. Expressit etiam immensitatem, quum ait, eas supra modū gloriæ pōdus nobis adferre. Illic ergo dominus nostræ tribulationis aquas in cōsolationis aternæ vnum mutabit, & quò plus huiuscemodi aquarū habuerit, eò maior aternæ felicitatis cōsolutio tibi rependetur. cōpatimur, inquit, vt & glorificemur, nō in hoc exilio, sed in terra viuētū, in regno patris nostri, vbi p̄cipe Christus.

Nobile perpetua caput amplectente corona.

Victor optima ferens gaudebit præmia miles.

¶ Circa secundum, videlicet quòd per tribulationem fides nostra probatur & purgatur, dicit:

Vt probatio vestræ fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur.

¶ Oportet enim fidem nostrā & probari & purgari. Hinc enim beatus vir esse asseritur, qui suffert tentationē, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronā vite. Hinc & apostolus Paulus ait: Sed & gloriamur in tribulationibus, quoniam scientes quoniā tribulatio patientiam operatur, patientiam probationem, probatio verò spem, spes autem nō cōfundit. Proinde sicut vasa figuli p̄bat fornax, ita & homines receptibiles probantur in camino humiliationis. In quo quidem camino quædā vasa crepāt, quædā consolidantur. Ergo p̄bationis finis, vel approbatio est, vel reprobatio.

¶ Quorum

¶ Quorum
& probata
cata ho
tēpus c
tor, vbi
quibus
tur. Et
flauit c
gentū
¶ Porro
multo
fornac
tix san
tur quo
in forn
cepit il
fideles
cabiles
¶ Et be
in me
lavirtu
in cōsp
rum in
rò fora
tia, in
stulta,
bulatio
flamm
Vnde
Inue
Christi
¶ Inu
illa lau
ne & fi
dicit:
sequun
dem. I
cans d
vobis

Quorundā enim, scilicet electorū, in tribulatione fides & probatur & purgatur, in tribulatione quippe deus peccata hominū dimittit. Cæterorū verò (scilicet eorū qui ad tēpus credūt, & in tēpore tētationis recedūt) fides fragitur, vel certè potius perfidia deprehensa reprobat. De quibus per prophetā sub metaphora rubiginosi vasis dicitur. Et vnde rursus per aliū prophetā dicitur: Frustra cōflavit cōflator, malitiæ enim eorū nō sunt consumptæ. Argentū reprobū vocate eos, quia dominus proiecit illos. Porro fides nostra quæ tribulatione probata nō deficit, multo pretiosior est auro quod per ignem probatur, & in fornace reperitur incorruptū. Hinc etiam in libro sapientie sanctorum fides per passiones purgata auro cōparatur quod ignis examinavit, vbi dicitur: Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos. Quia nimirum, quos in camino tribulationis fideles probauerit, hos in gaudio retributionis quasi placabilem sibi hostiam assumet.

Et bene patiētia sanctorum auro assimilatur, quia sicut in metallis pretiosius auro nihil est, ita nec apud deū vltimioris pretiosior est charitate. Vnde scriptū est: Pretiosa in cōspectu domini mors sanctorum eius. Sicut enim aurum in fornace clausum ignibus examinatur, prolatū verò foras, cuius sit fulgoris apparebit: ita fidelium cōstantia, inter infidelium pressuras contemptibilis videtur ac stulta, sed vbi tempus retributionis sigito certamine tribulationum adfuerit, tunc quantæ fuerit gloriæ, quantum flammis passionum profecerit eorum virtus, ostendetur. Vnde & consequenter circa tertium dicit:

Inueniatur in laudem & gloriam & honorē in reuelatione iesu Christi.

Inuenitur autem in laudem probatio fidei, quando ex illa laus erit vniciquæ à deo, Quum dicit: Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiū domini tui. Et rursus quum dicit: Esuriui, & dedistis mihi manducare, & cætera quæ sequuntur. Tunc enim inuenietur sanctorum fides in laudem. Porro in gloriam inuenietur, quum eandem glorificans dicit: Venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnum à constitutione mundi. Denique in hono-

Tob. 5.

Ex flagellis peiores

Exec. 24

Ierem. 6.

Fidei probatæ cōmēdatio.

Sapient. 5.

Sanctorū patientia auro adsimilatur.

Psal.

Probata fides à domino laus datur.

2. cor. 4.

Mat. 25.

Ibidem.

rem inuenietur, quando cadentibus impiis in supplicium
 aeternum, iusti ibunt in vitam aeternam. Et vnde rursum ait
 Ioan. 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.
 Et haec quidem non iam tempore probationis & tyro-
 nij, sed in reuelatione domini nostri Iesu Christi. Hoc est
 in illa die qua toti mundo bonos remuneraturus, & im-
 pios damnaturus palam apparebit, quando etiam videtur
 Apoc. 1. eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.

IN DIE SANCTI Mathiae Apostoli.

Actu. 1. **C**ecidit fors super Mathiam, & annumeratus est eum in
 decem apostolis.

In hac lectione duo nobis consideranda propo-
 nuntur. Primum est, reprobatio traditoris Iudae. Secundum
 est, in Iudae locum successio Mathiae. Primum, a principio
 lectionis. Secundum, ibi: Oportet ergo ex his viris.

Circa primum dicitur:

In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit. Erat
 autem turba hominum simul ferè centum viginti. Vni fratrum
 oportet impleri scripturam quam praedixit spiritus sanctus per
 Dauid de Iuda.

Vbi tria ponuntur. Primum est, beati Petri apostoli con-
 cio. Secundum est, probrorum Iudae commemoratio. Ter-
 tium est, scelerati Iudae funesta perditio. Secundum, ibi
 fuit dux eorum. Tertium, ibi: Et hic quidem possessus.

Circa primum est aduertendum, quod beatus Petrus
 pastor ouium Christi fidelis, cupiens augescere numero
 audientium, & considerans sacrum duodecim apostolorum
 numerum a Christo institutum per casum Iudae imminu-
 tum remansisse, sollicitus erat hunc denuò reddere com-
 pletum. Et hoc non proprio captu, sed communi consensu
 & consilio fratrum, qui tunc adeò pauci numero erant,
 vix essent centum viginti. Quibus congregatis stans in
 medio eorum dixit: Viri fratres (fratres appellat, tum quia
 in fide vnanimes, tum quia eundem in caelo patrem
 adorantes) oportet impleri scripturam quam praedixit spiritus
 sanctus per os Dauid de Iuda. Vigilanter aduerte, quod
 admodum post Christi glorificationem primus sanctus
 celestis

Petrus in-
 staurari
 vult nu-
 merum apo-
 stolorum.

eleſus prædicator & paſtor Petrus nequaquam à proprio ſenſu, ſed à ſcripturæ ſacræ quã allegauit, verbo exordiũ ſermonis habuit, ſequuturis proculdubiò omnibus eccleſiæ prædicatoribus formam præbens, quatenus (ſicut & Paulus præcipit) doceant in doctrina, videlicet verbi dei & non in vanitate adinventionis propriæ.

¶ Vnde & dominus in cœlum aſcendurus mandauit Apoſtoliſ ſuis, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandauit vobis. Quafi dicat: Non proprias adinventiones, ſed omnia quæ ego mandauit vobis. Oportebat ergo duodenarium Apoſtolorum numerum diminutum (vt iam dictum eſt) inſtaurari, quemadmodum etiam ſanctorũ in cœlo angelorum numerum ex caſu diaboli imminutum, neceſſe fuit per naturam humanam Chriſto duce & mediatore impleri.

¶ Fuit enim ſacer duodecim Apoſtolorum Chriſti numerus & à deo præordinatus, & multipliciter præfiguratus. Vt verbi gratia: In duodecim filiis Iacob patriarchis, à quibus populus deo peculiaris & electus deſcendit. Porro duodecim Apoſtoli per Euãgelium in Chriſto Ieſu nos ſpiritualiter genuerunt.

¶ Rurſum in duodecim fontibus aquarum, è quibus dei populus ab Aegypcia ſeruitutẽ liberat⁹, ad pmiſſam per deſertum tendens hæreditatem, bibens refocillatus eſt. Siquidem nobis aquam ſapiẽtiæ ſalutaris ſancti Apoſtoli bibendam protulerunt.

¶ Item in duodecim lapidibus pretioſis in veſtimẽto ſummi ſacerdotis. Vnde per Eſaiam prophetam ad filiũ ſuum loquẽs pater, credentiũ populum eiũſdẽ filij ſui veſtimẽtum quoddã appellans, dicit: Viuo ego quia his omnibus velut ornamenta veſtieris, & circundabis tibi eos.

¶ In duodecim nihilominus exploratoribus terram promiſſæ hæreditatis à Moyſe ad explorandũ deſtinatis. Audimus enim vnum ex eis ſuo & ceterorum coapoſtolorum nomine dicentem: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.

¶ In duodecim proinde leunculis aureis in gradibus throni Salomonis (ſiquidem thronus veri Salomonis tribunal Chriſti iudicantis eſt) dicente ad eos Domi-

P ij no:

*Petr⁹ cœ-
pit à ver-
bo ſcri-
pturæ cõ-
cionem.*

Roma. 12

*Quid præ-
dicandũ.*

Mat. vii.

*Duodena-
rius apo-
ſtolorũ nu-
merus va-
riè præfi-
guratus.*

Gene. 4.

1. Cor. 4.

Num. 33

Exo. 28.

Eſa. 49.

Num. 13.

Philip. 3.

3. R. 10.

Mat. 19.

no: Vos qui reliquistis omnia & sequuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

3. Reg. 7

¶ Rursus in duodecim bobus mare æneū ante ingressum tabernaculi domini lauandis sacerdotibus cōstitutum fuerunt ientibus. Quod nimirum lauacri salutaris typum gerit quod Apostoli sancti regenerandis in Christo & abluendis ante cœlestis ingressum templi gentiū populis per orbem terrarum prædicantes portauerunt.

Apoc. 12.

¶ Deniq; in duodecim stellis in corona mulieris, cui deo rursus insidiabatur, sicut in Apocalypsi legimus. Haec mulier utique partu fœcunda, sancta mater ecclesie, cui nequicquam hostis cruentus insidiatur, quæ duodecim Christi Apostolorum doctrina & gloria illustrata decematur: iuxta quod de illis canētes, dicimus: Quorum doctrina fulget ecclesia vt sol & luna.

¶ Circa secundum, quod est probrorum Iudæ commensuratio, dicitur consequenter:

Qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, qui conuincatus erat in nobis, et sortitus est sortem ministerij huius.

¶ Fuit ergo Iudas primū inter Apostolos connumeratus sed nomine solo, non autem electione æterna Apostolatus & sortitus fuit sortem ministerij Apostolatus, id est, doctrinæ gratiam & signorum. Attamen, vt dicit Rupertus, perditionis filius Iudas, nunquā bonus fuit, nec de bono electo malus factus est, sed quia malus erat, idcirco ad opus necessariū ab eo qui malis bene uti nouit, electus est. Apud illum semper pro malo habitus est: malo inquit, nequitia naturali, sed vitio accidentali. Quod si quis officio prædicandi & signa faciendi bonum illum fuisse dicat cōcedimus ei. Nam & episcopi mali, quātumuis mortales mali sint, quādiu fidem catholicam tenent, officio operantur, bonæ arbores sunt, de quorum electione (qua Iudas iudicio diuino electus est) postea dicetur.

¶ Sed quare Christus dominus cunctorum præcius fructuorum, & agnitor cordium, elegit hunc in suarum ovis gregem, quem sciebat futurum lupum: in Apostolorum collegium, quem prænouerat sui proditorem, sacculum detur.

*Iudas
quare in
numerum
apostolorum
adsi-
tus.*

deniqu
demus.
semper
Secund
nullu
nardus
neque
enim c
diso, in
ris. Ter
eabat, v
¶ Habu
corpus
tum, vi
& Nico
misit. M
præcipu
ecclesia
rissima
tti, Por
talis vi
lem ha
Euang
enim q
est: & q
tor esse
gelium
quæ mi
abuten
¶ Talis
decim
vnde
tūc dom
sua p
ratur al
quanti
quo per
rum, no
qualec

denique suum, quem furem esse non ignorabat? Respondemus, quod plures ob causas. Primò, vt malos vbique & semper in hoc mundo bonis esse intermixtos ostèderet. Secundò, vt amputaret nobis vanam fiduciã, vt videlicet, nullus in hoc mundo se putet esse securum, sicut ait Bernardus: Nusquã est securitas fratres mei, neque in cœlo, neque in paradiso, multò minus in hoc mundo. In cœlo enim cecidit angelus sub præsentia deitatis, Adã in paradiso, in loco voluptatis, Iudas in mûdo, in schola saluatoris. Tertio, fecit procuratorem quem furem esse nõ dubitabat, vt hæc temporalia esse vilipendenda doceret.

¶ Habuit quippe dominus in hoc mundo, primò, sacrum corpus suum è virgine spiritu sancto cooperãte generatum, vtiq; sibi charum, & illud custodibus charis Ioseph & Nicodemo è cruce deponendum & sepeliendum commisit. Matrem verò & ecclesiã habuit chariores, vnde & præcipuè sibi dilectis, Ioanni videlicet, matrem, & Petro ecclesiã commendauit. Animam proinde propriã charissimam habuit, quam morte positurus cõmendabat patri. Porro substãtiam tẽporalem quam modicam ad mortalis vitæ necessitates leuãdas admisit, quia contemptibilem habuit, hæc Iudæ proditori permisit. Fur erat, inquit Euangelista, & ea quæ domino mittebantur, portabat. Et enim quum diues esset Christus, pauper pro nobis factus est: & quum terræ & maris & omniũ quę in eis sunt creator esset & dominus, tamen cleemosynis sustẽtari: & euãgelium annuntiãs, de euangelio viuere volebat. Ea ergo quæ mittebantur Iudas portabat, & ministerio nequiter abutens, fur & sacrilegus exportabat.

¶ Talis quum esset, nihilominus tamen cum sanctis vndecim discipulis intrabat & exhibat, imò & eleemosynis vnde illi & ipse dominus viuerent, præerat. Quod vtiq; tũc dominus permisit, quomodo & nunc multos in ecclesia sua permittit esse præpositos similes eius. Qui enim furatur aliquid de ecclesia, Iudæ proditori comparatur. Sed quanti putas de ecclesia furantur, abutentes ministerio, quo permittente Christo funguntur? Quanti rem pauperum, non pauperibus tribuendo, furtum faciunt, & non qualecunque furtum, sed sacrilegium? Igitur quum hodie

*Christus
ista in
hoc mûdo
possedit.
Ioan. 19.
ibidẽ &
Ioan. vlt.
Luc. 23.*

*Ioan. 12.
2. cor. 8.
Iudã fu-
rẽ fuisse.*

*Iste imi-
tator est
Iudæ.*

*Iudā fe-
rendis lo-
culis sese
ingessisse.*

*Iudas a-
postata
impiorū
dux.
Ican. 13.
Ibidem.*

Apoc. 12.

*Iudas
quā de-
testabilis.*

*Iudas
quor dia-
bolus à
christo
appellat⁹*

sint multi Iudæ similes, & cur ad ministerium ecclesiasticum peruenire potuerint interrogari, certū quid responde-
re nequeamus, nisi quia multa permittit fieri deus que
vult, de illo vno scilicet Iuda non temerè iudicium domi-
ni discutiamus, præsertim quum ignoremus vtrum domi-
nus in electione sua oculos suos illi cōmiserit, an certū
(quod credibilius est) ille se ingesserit, sicut & plerique
nunc ecclesiasticis ministeriis tāta importunitate se inge-
runt, vt nisi admittantur, penè grauiora per discordiā an-
imabus scandala, quā si admittantur damna rebus eccle-
siasticis inferāt. Sed ad ea vnde sum⁹ digressi reuertamur.
¶ Qui fuit, inquit, dux eorum qui cōprehenderunt Iesum.
Impissimus apostata solus ipse plus omnibus peccantibus.
Intrauerat enim in eum satanas, cuius instinctu cūctā ge-
rebat. Prius enim immiserat ei in cor, vt traderet domi-
num, sed postquam factus est incorrigibilis, iam tunc de-
mone plenus erat. Nimirum quantò itatus altior, tāto ca-
sus grauior est.

¶ Sed quanta & vsque hodie contingunt mala ex eorum
ruina qui è sublimi loco, religione, sciētia, vel authori-
tate deuoluuntur in ruinam? Vtique draco de cælo cadens
cauda sua secum in perditionem traxit non mediocrem
partem stellarum. Iudas igitur maluit esse dux eorum qui
comprehenderunt Iesum, quā Iesum ducem sequi & ap-
postolorum esse collega sanctorum. Erat enim perditionis
filius: fur, non minister: insidiator, non imitator: tene-
bræ, non lux: diabolus, non apostolus. Diabolus enim nō
naturæ, sed pessimi accidentis. Græcum nomen est, & in-
terpretatur deorsum fluens, quo nomine rectè appellatur
angelus ille dānatus & perditus, qui quum esset rectè cō-
ditus, spirituum in altitudine cæli cōuersantiū maximū
vitio suo deorsum fluēs per superbiam in profundū inferni
deuolutus, factus opere & dictus est nomine, diabolus.
Quē nimirū & Iudas deorsum & ipse fluens imitatus est.
¶ Quis enim nesciat apostolicum gradum excelsum esse
esse cunctis ordinibus sanctorum, tam veterum quā no-
uorum? Quis enim ignoret traditionis scelus esse profan-
issimū? Itaque rectè dominus istum impietatis signifi-
catur, cuius anima totis conatibus in perditionis suæ locū
profan-

profan-
bar, dia-
cum mi-
autem
clesiasti-
probetur
est, clar-
bonum
lam fec-
sunt, nec
erat, id
ctus est
malo ha-
naturali
¶ Nec
bris foe-
ma, auā
ne filii
quodcu-
doquid
peruer-
tatorū
priuati-
lumō, &
Multum
calcane-
suū er-
¶ Circa
tempti-
E
spensus e-
tum fact-
laretur a-
ni.
¶ Impi-
iniquit-
piditate
ra arge-
merco

profundum à sublimi apostolici culminis honore deflue-
 bar, diabolum appellat, quo adhuc in hypocrisis apostoli-
 cum munus exequente, nequior nemo retrò abierat. Quò
 autem & vsque nunc (vt iam dictum est) nonnullos ad ec-
 clesiasticarum fastigia dignitatum dominus admittere cò-
 probetur, quos malos esse ex ipsorum fructibus certum
 est, claret infirmum esse eorum argumentum, qui dicunt
 bonum hinc fuisse Iudam ante ruinam, quòd illum aposto-
 lam fecerit Christus. Sed, vt dictum est, nunquam bonus
 fuit, nec de bono electo malus factus est, sed quia malus
 erat, idcirco (vt dictum est) ad opus necessarium ab eo ele-
 ctus est, qui malis bene vt nouit, & apud illum semp pro
 malo habitus est, malo, inquam, non malitia innata vel cò-
 naturali, sed vitio accidentali.

¶ Nec tamen vno tantum vel paucis fuit criminum pro- *Iude pro-*
 bris fœdatus, sed plurimis, videlicet, Ingratitudine extre- *bramulta*
 ma, avaritia sacrilega, simulatione & hypocrisis, proditio-
 ne filii dei domini & magistri sui, scelere teterrimo, cui
 quodcumque scelus collatum paruum videri posset, quan-
 doquidem emptorem imò redemptorem omniù, ipse vnò *Omnium*
 peruersè supergressus vendere præsumpsit. O mira supplà *precii pe-*
 tatoris peruersitas, qui vniuersalem nostrè salutis hostiam *culi sui*
 priuatum suum peculium faciens, possessorem mundi, so- *Iudas e-*
 lumiq; & vnum cœli ac terræ dominum venalem proposuit. *ffe: it.*
 Multum quippe in altum suum Iudas còtra illum leuauit
 calcaneum, contra illum, illum, inquam, non vt ipsum in
 suum emeret, sed econtrà vt ipsum Christum venderet.

¶ Circa tertium, quòd est scelerati proditoris feralis inte-
 remptio, consequenter dicit:

*Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & sus-
 pensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Et no-
 tum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita vt appel-
 laretur ager ille lingua eorum Aceldemach, hoc est, ager sangui-
 nis.*

¶ Impii facinoris fuit infœlix exitus, quia possedit agrum
 iniquitatis & suspensus crepuit medius. Nam postquam cu-
 piditate abductus vendidit innocentem dominum trigin-
 ta argenteis ac prodidit, pœnitentia ductus retulit impiã
 mercedem, & proiecit ad pedes sacerdotum, dicens: Pec-
 caui

*Interitus
Iudæ cri-
minosus.*

- Mat. 27.* caui tradens sanguinem iustum. Et sceleris sui memor
 gis quàm Christi clementiæ, sibi ipsi factus est carnis
 & suspensus, hoc est, repulsus à cælo & à terra, inter
 que pendens, suffocatus, crepuit medius. Non enim dignus
 erat ut per illud os quo venerandam Christi faciem (in qua
 desiderant etiam angeli prospicere) fuerat osculatus, im-
 ma impia egrederetur. Crepuit ergo medius, & diffusa
 sunt omnia viscera eius. Vt qui se Christi gratia fecerat
 anem, diabolum autem intromiserat, tali hospite rumpi-
 retur. Vbi venerabilis Beda: Qui, inquit, dominum
 vendidit, terra viuētium amissa, agrum sanguinis & me-
 tis æternæ sceleris & nominis sui memoriam possidet. Mi-
 tamen ipse Iudas emptum precio sanguinis agrum figu-
 possidere meruit, quia relatus triginta argenteis, tradito
 nis crimen criminosiore protin⁹ in se morte multauit. In
 more sacri eloquii possedit, ut dictum est, possidere fecit,
 cut beatus Iob ait: Et abominabuntur me vestimēta mea.
 id est, abominabilem me membra corruptibilia reddent.
 Dignam proinde sibi pœnā traditor amens inuenit, ut
 delictet guttur quo vox prodicionis exierat, laquei non
 necaret. Dignum etiam locum interitus quæsiuit, ut qui
 minum angelorumque dominum morti tradiderat, celo
 terreque; profusus (ut dictum est) quasi aeris tatummodo spi-
 ritibus fociadus, iuxta exemplum Achitophel & Absalon.
2. Reg. 17. qui regem Dauid persecuti sunt, aeris medio periret. Cui
2. Reg. 18. etiam satis digno exitu mors ipsa successit, ut viscera que
Achito- dolum prodicionis conceperunt, rupta caderēt, & vacua
phel & euoluerentur in auras.
Abjalō ¶ Cuius simillima penè mors Arrium hæresiarcham dan-
suspensi. nasse fertur, ut quia ille humanitatem Christi, uite diuina-
Iudæ & tem extinguere moliebatur, ambo sicut sensu inanes: sic
Arrij si- quoque ventre vacui, perirent. Cæterum quod ad nostram
milis inte- hinc spectat eruditionem, aduertendum est Iudam & de ei-
ritus. misso pœnituisse scelere, fuisse scelus sacerdotibus cōfite-
 sum, insuper & restituisse iniquum sanguinis innocui pro-
 cium, & tamen his omnibus nõ obstantibus periisse, quia
 desperauit. Diabolus enim cōtra, cuius imperio se ille per-
 miserat, peracto scelere sp̄e ei lōge fecit ab oculis, proci-
 sui moris est, in fine mortalis vitæ hanc profusus tollere
 mentis

*Quir cre-
puit me-
dius.*

1. Pet. 1.

Iob. 9.

2. Reg. 17.

2. Reg. 18.

Achito-

phel &

Abjalō

suspensi.

Iudæ &

Arrij si-

milis inte-

ritus.

Diaboli

dolus.

mentis
 te imò
 cerdot
 tes eni
 noxiu
 impie
 ferunt
 do agro
 notum
 vt appe
 suum, c
 librum
 & poni
 ludæ p
 Sen
 deserta,
 alter.
 ¶ Hoc
 Christu
 ægent
 volueru
 Iudæi
 cerdota
 diebus
 ergo, vt
 phetam
 abiensq
 commu
 tura &
 cto Ma
 sima Pe
 dum est
 tum de
 duotax
 alter. P
 ferta, è
 ¶ Iudas
 nus ma
 mo cen

mentibus impiorū. Sed pœnitente, cōfite, & restituente imò etiam desperate & pereunte Iuda quid prophani sacerdotes, emptores sanguinis fecerint, attendamus. Scientes enim pecuniam à Iuda illis restitutam esse precium innoxii sanguinis, ut decernente deo & ipsius Iudæ & ipsorū impietas amplius innotesceret, habito consilio non ad miserunt eam ad gazophylaciū, sed collocauerunt eam emendo agro in sepulchrum peregrinorum, unde dictum est: Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille Aceldemach. Hoc autem Lucas suum, concionis beati Petri verbis interseruit, qui Græcè librum hūc scribens exprimit nomen agri apud Hebræos & ponit interpretationem. Allegat autē Petrus ad casum Iudæ prophetæ vaticinium, dicens:

Scriptum est enim in libro psalorum: Fiat commoratio eorū deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter.

Impij sacerdotes quid fecerint.

psal. 68.

psal. 108

Hoc enim spiritus sanctus prædixerat de Iudæis, qui Christum post tot eius beneficia ipsis & patribus eorum agenti impensa, omnium ingratisimi crucifixerunt, nec voluerunt respicere, & iam in Iuda est impletum & etiā Iudæis à terra sua dispersis, priuatis templo, & munere sacerdotali, quemadmodum illis paucis ante mortem suam diebus dominus cum lachrimis & fletu prædixerat. Iudas ergo, ut ait Beda, secundum quod prædictū fuerat per prophetam & meritam suæ præuaricationis pœnam excepit, abiensq; in locum suum, gehennam videlicet infernalem communem humanæ conuersationis habitationem immatura & impia morte deseruit: & nihilominus accipiēte sancto Mathia locum ministerii illius & apostolatus, sacratissima Perfectionis apostolicæ sūma instaurata est. Sed notandum est, quod prædictum prophetæ testimonium non totum de Psalmo ceteresimo octauo sumptū est, sed posterior dantaxat particula, scilicet: Et episcopatum eius accipiat alter. Prior verò pars, videlicet, Fiat commoratio eorū de

Vaticinium in Iuda deos impletum.

LUC. 19.

Iudas tritices maledictus antequam natus.

Quam

Quarum prima est hæc: Cōstitue super eum peccatorem. Extrema verò: Et operiatur sicut diploide cōfusione sua.

¶ Circa secundum principale dicitur:

Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore quo intravit & exiit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismo Ioannis vsque in diem qua assumptus est à nobis, et stem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis.

¶ Hic consequenter describitur in Iudæ locum suffectio Matthiæ. Vbi beatus Petrus (penes quem residebat auctoritas super cæteros, cui cura ouium Christi commissa fuerat, & cui nihilominus dictum fuerat à domino, Confirma fratres tuos) loquitur, dicens: Oportet ergo ex his viris, Quasi dicat, hoc superest fratres, vt in Iudæ locum aliquis subrogetur, & episcopatum eius alter accipiat. Nam grex non est suis pastoribus fraudandus. Ille autem deseruit

Ioan. 21.

Luc. 22.

Christus
12. aposto-
los testes
habere vo-
luit.

Act. 1.

Act. 10.

locum suum. Nec tamen ob hoc minuendus est numerus quem dominus instituit, vt essent duodecim, qui suorum & factorum & dictorum testes essent per orbem terrarum qui fuerant ei assidui, domestici, & conuictores. Siquidem ipse dominus de resurrectione sua loquens prædixerat: Et eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Nam & ipse dominus à deuicta morte rediuius, non omnibus indifferenter apparuit, sed testibus præordinatis à deo, quos præ cæteris ad hoc ipsum elegerat. Sequitur:

¶ Et statuerunt duos: Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Mathiam. Isti à baptismo Ioannis cum Christo & apostolis fuerant cōuersati, & erant de numero septuaginta duorum discipulorum. Hos duos apostoli virtutū exemplis pares esse cognouerūt, quos etiam non dubitauerunt cæteris esse præferendos. Porro alterum alteri præferre non hominum erat, sed dei. Itaque suo iudicio diffidentes in commune rogauerunt dominum, dicentes: Tu domine qui corda nosti omnium, ostende quæ elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerii huius & apostolatus, de quo præuaticatus est Iudas vt abiret in locum suum, quasi dicat: Homines qui iudicant ex iis quæ cernunt & audiunt, falli possunt iudicio: sed tu domine qui solius inspector es cordium, ex quibus homines

verè

verè b
in locu
suum,

¶ Nec
vt res
lenitat

lius be
cando

do, & n
per ea
quum d

Et iteri
illo, Ve
num er

apostol
est, sed
bis vol

bis esse
fection
catione

per hor
temper

Et
merat n

¶ Et de
rum: N
quod ip

contra
dum en

huc nō
tū spiri

Et hinc
te quer
nequaq
ne, Apo
ordinat
cunque
Nec tar
bitrariè

verè boni sunt aut mali, ostende què elegeris vt succedat in locum, de quo præuaricatus est Iudas vt abiret in locum suam, quò non ignorabas illum abiturum.

¶ Nec enim ille à te defecit tua culpa, qui plus satis fecisti vt respiceret, ostendendo videlicet ei mäsuetudinis tuè lenitatem, admittens eum tuo conuiuio: rursus pedes illius benignè & humiliter abluendo, denique amicum vocando quum te ille traderet, & osculū eius non recusando, & nihilominus hunc commonefaciens vt respiceret, per ea quæ sufficere poterant vt ei terrorem incuterent, quum diceres: Manus tradentis me, mecum est in mensa. Et iterū: Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo, Veruntamen væ homini illi per quem tradetur: Bonum erat ei si natus nō fuisset homo ille. Neque illum ad apostolatū vocasti quasi ignarus futurorum, vt dictum est, sed ita videbas nobis expedire, vt illo prodēte pro nobis voluntariè morereris, & proditor ipse documento nobis esset, ne vnquā de nostro loco, aut officio, aut statu perfectionis nobis ipsis blādīremur. In qua apostolorum precatione exemplum orandi sortientibus datur, quia licet per homines sortes mittantur in sinum, tamen à domino temperantur. Sequitur ergo:

Et dederunt sortes eis: Et cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim apostolis.

¶ Et dederunt, inquit, sortes eis. More videlicet Hebræorum: Nā & Ionas in naui dormiens sorte fuit deprehensus quòd ipse esset occasio periculorū, & Ionathas quòd melius contra edictum comedit, & Achan de sacrilegio. Non enim venerat spiritus sanctus, & habebāt apostoli ad huc nōnullas Iudaici ritus reliquias. Et donec per aduentū spiritus sancti veritas cōpleretur, figurā licuit exercere. Et hinc est quod Mathias qui ante Pētecosten ordinatur sorte queritur, septē verò Diaconi qui postea ordinati sunt, nequaquā sortis agitatione, se tantū discipulorū electione, Apostolorū verò oratione & manus impositione sunt ordinati. Ad hæc, sortes illę periculose non erant, quę vtrique fauissent, probum & idoneum erant, designaturę. Nec tamē negotium totum sortibus creditum est. Nam arbitrarie electi sunt deo probatissimi, inter quos ambiguitatem

Quanta fecit Christus reuocando proditori.

Ioan. 13.

Ioan. 18.

Luca. 22.

Mat. 26.

Pro. 16.

Vti sortibus

Hebræis quō

dā familiare.

1on. e. 1.

1. Reg. 14.

1osue. 7.

Sortibus

vtrique, quādo illicitū

est. 6.

ratem electionis finit fors. Nec potuit hæc fors errare, quam apostolorum oratio præmia moderabatur.

¶ Designauit ergo hæc fors Mathiã, quanuis Ioseph præter cognominis commendationẽ, etiã Iesu propinquitate commendaretur, & tamen huic præfertur Mathias.

*Vbi nihil
carnali p
p̄iuitati
tribuẽdũ.*

¶ Vbi docemur in huiusmodi electionibus nihil esse tribuendũ affectibus humanis. Quinimõ vbi essent duo pares, potius illi esse fauẽdam, quem caro & sanguis nõ commẽdat. Nec tamen indignatus est iustus sibi præferri parem nec sibi ipsi placuit Mathias adscitus ad vndecim apostolos, vt sacrum numerũ impleret, & vir optimus in pessimi locum succederet.

*Nũ liceat
vti sortibus*

¶ Quõd si queratur an simpliciter illicitum sit sortibus vti. Respondetur, trifariam esse sortem, videlicet diuisoriam, cõsultoriã & diuinatoriã. Sors diuisoria siue fiat per projectionem taxillorum, siue alio quouis modo: quam partẽ rei diuisã quis capiat, illicita non est, modo omnis ab sit superstitio vel inuocatio dæmonum, nec expectetur sortiu euentus à vi planetarum.

*Sors cõsul
toria.
Sors diui
natoriã.*

¶ Porro sors illa cõsultoria vocatur, quã exercetur ad aliquid determinatẽ agendũ vel nõ agendũ, vt si quis sortes consulat num proficiscendũ sit ei ad mercatũ, vel aliquid simile. Sed illa sors quã exercetur vt per eã aliquod futurum cõtingens p̄noscatur, vocatur sors diuinatoriã. Nec his sortibus cõsultoria, videlicet atq; diuinatoriã vllatenũ vti fas est, præsertim in electione ecclesiã ministrorũ. Nec obstat quõd Apostoli in electione Matthiã sortibus ante spiritus sancti aduentum (vt dictũ est) vsi sunt, quandoquidem priuilegia paucorum (vt Hieronymus ait) legem facere non possint.

IN FESTO DOMINICAE annunciationis, in Epistolam.

Esa. 7.

Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.

¶ In hac lectione tria describuntur. Primum est, Erga regem impium in oblatione signi diuini dignatio. Secundum est, Obligati signi fraudulenta recusatio. Tertium est, Salutari signi vltronea promissio. Primũ, à principio

cipio
Terra

Loc
mina

¶ A
co ter
pius h
confu
videl
Israel
maria
est, to
no ad
filius
enim
& Ep
Rom
& eue
filium

¶ Quo
est. Na
cogni
& mu
fatage
tate c
certẽ
cordi
eis, sic
stirpis
promi

¶ Idci
patres
dum,
se, imõ
terran
stodie
princi
impier

cipio lectionis. Secundum, ibi: Et dixit Achaz: Nō petam.
Tertium, ibi: Et dixit, Audite ergo domus David.

¶ Circa primum dicitur:

Loquutus est dominus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à domino deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra.

¶ Ad intellectum huius lectionis est aduertendum, quod eo tempore quo regnabat in Hierusalem super Iudā impius hic, & idololatra pessimus Achaz, de semine David, consurrexerunt aduersus eum & regnum eius, reges duo, videlicet Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, id est, regni decem tribuum, cuius regni caput Samaria tūc erat, quatenus ipsum Achaz & domum eius, id est, totā regis David posteritatem, de qua (promisso diuino ad ipsum David sub iuramēti cōfirmatione facto) dei filius erat nasciturus, iunctis viribus omnino delerēt. Iniit enim, inquit Esaias, cōtra Iudam consilium malum Syria & Ephraim, id est, regnū decē tribuum, & rex eius filius Romeliæ dicētes: Ascendamus ad Iudā & suscitemus eū, & euellamus eum ad nos, & ponamus regē in mediō eius filium Trebeel, alienum scilicet à sanguine David.

¶ Quod utique serpentis antiqui dolis & inuidia factum est. Nam à promissione beati seminis facta ad patres, ut cognouit nasciturum semen suo contrarium semini, quod & mundi principatum sibi auferret, & caput contereret, satagebat ut radicem electæ gētis, vel peccatis & impietate corrūperet, ut inde carnē sumere dedignaretur, vel certē per manus hominum impiorum, quorum ipse præcordiis insidebat, funditus extirparet. Exciso quippe radi eis, sicut spem fructus percipiendi præcidit, ita Dauidicæ stirpis exterminatio facultatem præpediisset implendæ promissionis.

¶ Idcirco ipsum æternum dei verbum, futuræ carnis suæ patres custodiuit. Nec dubites hostem antiquum & callidum, futuræ incarnationis diuinæ sacramentū præsciuisse, imò de regno mundi huius malè sollicitus, circumibat terram & perambulabat eam tanquam fortis armatus custodiens atrium suum, attēdens ne quid fortē cōtra suum principatum suboriretur. Vnde quum iam domum David impietate corrupisset, tēpus opportunū adesse ratus, quo hanc

Reges duo cōtra domū Dauid cōsurgunt.

Propositū dei ut diabolus molitus est auertere.

*Iob. I.
Luc. II.*

hanc prorsus excinderet, vt illius hinc venturi seminis (quod tenebat) pmissio frustraretur, hos duos reges aduersum hanc incitauit. Et nunciauerunt, inquit Esaias domui Dauid dicentes: Requieuit Syria supra Ephraim. Et commotum est cor eius, & cor populi eius, sicut mouentur ligna sylvarum à facie venti.

¶ Porro iussus à domino perrexit in occursum eius Esaias propheta, dicens: Noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filij Romeliæ, quia consiliū quod inierunt aduersum te non stabit, & non erit.

*cur titio-
num cau-
das appel-
lauerit.* ¶ Hos reges idcirco caudas titionum sermo diuinus appellat, quia vtriusque regnum cum ipsis quoque regibus breui post tempore foret defecturum. Vt enim in quarto Regum volumine scribitur: Ascendit rex Assyriorum in Damascum,

4. Re. 16

4. Re. 17.

Emma-
nuel nec-
dum natus

terra sua

vt prote-

xit.

Liberatio

illa signi-

ta fuit.

Mira dei

benigni-

tas in si-

gni obla-

tione.

philip. 2.

signi

(vt dictum est)

siue in celo

sursum,

siue in profundo

inferni

& vastauit eam, & trastulit habitatores eius in Cyrenen, Rasin autem occidit. Deinde cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios, protegente nimirum (vt dictum est) ipso dei verbo, ipso Emmanuel, qui necdum homo natus erat: vnde nec patrem putatiuum Ioseph, nec virginem Mariam matrem appellare poterat, protegente, inquam, vel ex tunc, & terram suam ubi, & patres suos, e quibus humanitatem suo tempore foret assumpturus.

¶ Et quia dicta liberatio domus Dauid ab his duobus regibus, typus erat liberationis generis humani à potestate principis tenebrarum per Christum futuram, ideo mira dignatione clementiam suam rursus adiecit dominus loqui per prophetam suum ad hunc impium, quantumuis indignum regem Achaz, quatenus signum aliquod, siue è celo sursum, siue ex inferis deorsum, quod ipse maluisset, ex peteret per quod ambiguitas omnis de promissa liberatione tolleretur, sed securus hanc & certam expectaret.

¶ Et quia promissus fuit domui Dauid magnificus ac prepotens ille saluator Emmanuel, deus verus, & verus homo Christus Iesus, cuius foret nomen super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flecteretur, celestium, terrestrium, & infernorum: ideo huic perfido & maligno qui diuini nominis gloriam habebat exosam, cuius ipse mallet signi (vt dictum est) siue in celo sursum, siue in profundo inferni

inferni
Pete t
ferri,

Et d

¶ Hic

enim f

cipere

rursus

debito

¶ Siqui

omnib

templi

salem.

impius

sua imp

cita te

minum

rem, vi

tionibu

quonia

latere

glorian

& effie

dis, re

et dis

molestos

dabit de

¶ Vocat

sciat rep

¶ Vbi d

xit B. E

Achaz

veturo

est, quo

tiarum

moleste

temniti

inferni deorsum optio, diuinitus offertur, quum dicitur: Pete tibi signum à domino deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra.

¶ Circa secundum dicitur:

Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo dominum.

¶ Hic describitur oblato signi fraudulenta recusatio. Quum enim sacrilegus & idololatra iste esset, oblatum signum recipere noluit, ne per hoc à populo deus cognosceretur, & rursum ab ipso populo ab idololatria conuerso, honore debito coleretur.

¶ Siquidem ipse dei cultum euacuare contendens direptis omnibus vasis domus dei atque confractis, clauserat ianuas templi dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Hierusalem. Qui quum oblatum (vt dictum est) signum recusans impiissimè contra dominum ageret: nihilominus tamè hanc suam impietatem sub falsæ pietatis colore, versipellis hypocrita tegere volebat, dicens: Non petam, & non tentabo dominum. Ac si dicat: Si deo sine ostensione signi non crederem, viderem tentare deum. Nunc autem quia diuinis assertionibus fidem accommo, signum oblatum recuso. Sed quoniã cor hominis quantumuis prauum & inscrutabile latere deum non potest, videamus quid huic vulpi, qui dei gloriam per signum manifestari noluit, sermo dei viuus & efficax, & discretor cogitationum & intentionum cordis, responderit.

¶ Circa tertium dicitur:

Et dixit: Audite ergo domus David, Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

¶ Vbi describitur salutaris signi vltronea promissio. Et dixit B. Esaias in sermone domini loquens ad populum: Quia Achaz audire non vult, audite ergo domus David, cui de vltro ex vobis secundum carnem saluatore promissio facta est, quos præ cæteris propter hoc dei verbo cum actione gratiarum esse decebat auscultare: Nunquid parum, vobis est molestos esse hominibus, id est, Prophetis quorum dicta committitis, vel hominibus quos in idololatriæ scelere per vos indu-

Diuini
honoris
osor Achaz.
2. Par. 28
Achazhy
pocrita.
Iere. 17.

Heb. 4.

Salutaris
signi vltronea
promissio.

inductos salute sua fraudatis, nisi insup & deo (quantū in vobis est) sitis molesti, ipsius honori & gloriæ inuidētes.

*Dabit do-
min⁹ ipse
vobis si-
gnum.*

¶ Propter hoc dabit dominus ipse, per se non per alium, & de se, & gratuito dabit, sine petitione vel merito cuiusquam, dabit, inquā, vobis signum, salutis & liberationis, per quod signum velitis nolitis, cūctis sua gloria manifestabitur. Et licet hoc signo indigni essent, exhibēdum tamen erat, ne diuinæ bonitatis propositū humana malitia impedire videretur, præsertim quum etiam tūc boni quidam in illo populo adhuc superessent. Dabit autē signū, nō qualecunque, sed inauditum, sed nouum, sed admirabile, & inenarrabile, quod nullus dare possit, nisi ipse dominus. Quia, ecce virgo cōcipiet & pariet filium, videlicet filium dei, verum deū, & hominem verum, verum generis humani redemptorem & saluatorem. Nō ait filios, prout impurus Heluidius delatrauit.

*Heluidi⁹
heretic⁹.
virginis
fili⁹ Em-
manuel
infans pa-
riter &
vir.*

¶ Et vocabitur nomē eius Emmanuel, hoc est, nobiscum deus. Cuius deitatis pariter & humanitatis iudicium subditur, quum de promisso virginis infante puero dicitur Butyrum & mel comedet, id est, quemlibet cibum infantibus dari solitum & opportunum, vt esse verus homo probetur. Sic tamen infans erit, vt simul etiā sit vir, sciētia & virtute perfectus, imō etiā & deus, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, id est, vt mali & boni discretionē habeat, quod esse in homine puro de matre iam recens nato nequaquam potest.

*Nouit re-
probare
malum.
Mat. 25.*

¶ Nouit quippe reprobare malum, id est, omnes peccatores, & bonos eligere, quod equidē ī die nouissimo faciet manifestē, quādo segregabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & idem quotidie facit, sed occultē, imō & ab æterno fecit vt deus. Itaque his verbis (vt B. Hieronymus dicit) percipiamus saluatoris infantia diuinam in eo non minuisse sapientiā. Et hoc erit signum mirabile liberationis nō modō domus Dauid, sed etiam totius generis humani à potestate principis tenebrarum, antequam nascatur vel concipiatur puer iste, ad inuocationem nominis illius, à duorum regum infestatione, nō meritis ò Achaz (vt dictum est) sed vt propositum dei maneat inconcussum, liberaberis, Qualiter autem tante gratia pro-

riz pr
peper
mani
jica le

I

I N
I
m
electa
minic
tio. T
pletio
ingre
ad ang

¶ Prim
Misi
riò de
angel
gelum
¶ Circ
ceptu
annis

hos pu
bat se
nas in
inter h

¶ Vbi
mensē

¶ Ann
suppur
simus,

tio ter

iusticia
imagi
uarica

per to

rix promissio sit adimpleta, & qualiter virgo concepit, & peperit filiū Emmanuel, id est, deum & hominem, ad humani generis æternam salutem, Beatus Lucas in Euāgelica lectione commemorat.

IN FESTO DOMINICAE
incarnationis, in Euangelium.

In mense sexto missus est angelus Gabriel à deo.

LUC. I.

In hac lectione circa dominicæ incarnationis sacramentum tria notantur. Primum est, temporis, nuncij, & electæ virginis studiosa descriptio. Secundū est, Ipsa dominicæ incarnationis per angelū virgini facta annuntiatio. Tertiū est, Annunciatæ incarnationis salutaris adimpletio. Primum est, à principio lectionis. Secundū, ibi: Et ingressus angelus ad eam. Tertium, ibi: Dixit autē Maria ad angelum: Quomodo fiet?

¶ Circa primum principale tria notantur.

¶ Primum est, Mira temporis congruitas. Secundum est, Misi cœlitus paranyphi dignitas. Tertiū est, Necessariū desponsatæ virginis qualitas. Secundū, ibi: Ingressus angelus ad eam. Tertium, ibi: Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud?

Temporis
mira con-
gruitas.

¶ Circa primū dicit: In mense autē sexto, videlicet à conceptu electi & annūciati cœlitus præcursoris domini Iohannis Baptistæ. Præmiserat enim euangelista, dicens: Post hos autem dies cōcepit Elizabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinq;, dicens: Quia sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. Et cōtinuū sequitur: In mense autē sexto.

¶ Vbi considerare libet dominicæ incarnationis annum, mensē, diē.

¶ Annus quippe à mundi creatione secundū communem supputationem, iam tum erat quinquies millesimus, ceterisim, nonagesimus nonus. Sextus ergo iā currebat ab initio temporis annorū millenarius, nimirum ad ostensionē iustitiæ dei, vt, videlicet homo, qui sine omni defectu, ad imaginem dei sexta die creatus, per cœlestis imperij præuaticationem, & sese corruerat, & offenderat creatorē per tot annorum curricula iniquitatem suam recipiens,

Incarna-
tionis an-
nus.

Q exul-

Ierem. 2.

exul à regno, & culpam suppliciiis debitis expiaret, & nihilominus ipse per experimētum disceret, quàm malū & amarum sit homini reliquisse dominum, & non esse timorem eius apud se, & post huius vitæ cursum quàm sit horrendum incidere in manus dei viuentis.

Heb. 10.

*Incarnatio-
tionis do-
minicæ tē-
pus.*

¶ Mēsis proinde apud Hebræos primus erat, qui apud nos partim cum Martio, partim currit cum Aprili, in quo mēse mundus iste visibilis, & tempus, traxisse vidētur originem, dicēte de hoc eodē mēse domino ad Moysen: Mēsis iste principiū mensium, primus erit vobis in mensibus anni. Cōgruebat autē, vt quo mēse fuerat ab initio mundus creatus, eodem etiā mēse assumēte naturam nostræ humanitatis deo, recrearetur, & qui iam per longi tēporis culpam inueteratus fuerat, per inestimabilem diuinæ dispensationis gratiam renouaretur. Decebat insuper, vt veritas figuræ responderet.

Exod. 12.

*Libera-
tionis ge-
neris hu-
mani fi-
gura.*

¶ Liberationis autē generis humani à potestate principis tenebrarum per Christum futuræ, typus præcesserat in liberatione filiorū Israel de seruitute Pharaonis regis Aegypti, quæ & per immolati sanguinem agni, & isto mēse facta est. Ergo nunc mira congruitate, diuina disponente sapiētia factum est, vt hoc eodem mēse genus humanū dei filius liberaturus, & carnem assumeret, & hęc in oblationem & hostiam deo pro nostra salute tandem offerret in odorem suauitatis.

Exo. 12.

*Incarnatio-
tionis do-
minicæ
dies.*

¶ Porro dominicæ incarnationis diem scrutantibus, is qui apud nos est mēsis Martij vigesimus quintus occurrit, quo etiā die pro mundi salute, mortem in cruce sustinuit. Hoc enim die per angelum fuit electæ virgini Mariæ annūciatus, cōceptus, & homo factus, & hęc ipsa dies à sab-
bato sexta erat, qua constat eum pro nobis fuisse crucifi-

*Quo die
prim^o ho-
mo forma-
tus, dei fi-
lius incar-
natus est.*

xum, vt qui à primordio rerum die sexta ad suam imaginem hominem de terra formauerat, eadem die de terra illa benedicta, id est, carne virginea, ipse nouus homo factus, veterem hominē in cruce moriens redimeret & repararet. Itaque mēsem quem Euangelista commemorat, sextum vtique à conceptu Ioannis Baptistæ, Martium intellige, cuius, vt dictū est, vigesimo & quinto die dominus noster & conceptus est & passus, sicut & vigesimoquin-

to die

to die mensis Decembris fuit natus.

¶ Quod si diligenter aduertas, cōperies eo tempore anni dominum & conceptum fuisse & natū, quo dies cū incremento suæ lucis noctem incipit superare. Nam post æquinoctium vernum cōceptus est, & similiter post solstitium hyemale natus. Ioannes autem quæ post æquinoctiū autumnale (quando videlicet diurna iam lux minuitur) cōceptus, & post æstiuum solstitium (quando similiter dies imminuitur) sit natus, docet ipse, qui vel ex sua, vel vt alij autumant, testamenti veteris persona loquitur, dicēs: Illū oportet crescere, me autem minui.

Tempore incrementi lucis, christus conceptus & natus.

1041.3.

¶ Circa secundum, quod est missi cœlitus paronymphi dignitas, dicit sanctus Euangelista:

Missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth.

¶ Idcirco angeli priuatis nominibus censentur, vt significetur per vocabula etiā in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta ciuitate, quam de visione omnipotētis dei plena scientia perficit, idcirco propria nomina sortitūtur, ne eorū personæ sine nominibus sciri nō possint: sed quum ad nos aliquid ministraturi veniūt, apud nos nomina à ministeriis trahūt. Et quia is angelus ad Mariā mittitur, qui illum nunciare veniebat, qui dei virtus & dei sapientia quum esset, ad debellādas aëreas potestates humilis apparere dignatus est, rectè Gabriel (quod interpretatum dei fortitudo dicitur) appellatur.

Angelos à ministeriis nomina sortiri

1. cor. 1.

¶ Congruēbat autem annunciationem tantæ rei ad virginem per angelum fieri, plures ob causas. Primò, videlicet vt ordo à deo præstitutus seruaretur, quo per angelos hominibus oracula diuina panduntur.

Quæ per angelum nunciatur.

¶ Secūdo, vt modus reparationis humani generis, perditionis ipsius modo responderet, vt sicut prima nostræ carnis mater Eua ab angelo tenebrarū malè edocta, & per sua sua mēdaciū, initium fuit humanæ perditionis, sic beatissima virgo Maria ab angelo sancto perdocta & fidelissimè suasa, initium foret nostræ salutis.

¶ Tertio, vt per hoc illa inter angelos & homines, quæ futura erat in regno dei beata societas, quodammodo præsignaretur, quum iam beatorum angelorū imminutus per

impiorum spirituum ruinas numerus per homines Christo mediatore saluandos, foret instaurandus.

¶ Quarto, vt electa in matrem mens sacre virginis affatu angelico in fide tantæ rei illuminaretur vt crederet, & magno diuinæ bonitatis amore inflàmaretur, vt eiusdè tantæ rei sacramentû ad humani generis salutem in se cõpleri desiderarer. Prius enim mente deũ, quàm corpore Christum, virgo beata cõcepit. Vnde dictum est ei: Beata quæ credidisti, quoniã perficientur in te quæ dicta sunt à domino. Nisi enim credidisset angelo sibi euangelizanti, dei mater nequaquã effecta fuisset. Hinc etiã beatus Augustinus beatiorem asserit fuisse Mariam suscipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi.

¶ Porro quo ad istius cœlestis paranymphæ celsitudinem & dignitatem, creditur ipse qui tantæ rei mysterium nunciare mittitur, summus atque beatissimus omnium cœlestium spirituum fuisse, non modò quia rem omnium maximam nunciabat: sed propter hoc maximè, quia dicit hunc diuus Euangelista missum à deo, non autè ab alio aliquo superioris ordinis angelo, sed (vt dictũ est) à deo. Vt etiã beatus Dionysius tradit, inter beatos angelos ordo talis dispositione diuina seruatur, vt à superioribus inferioris gradus angeli ad ministeria diuina exequenda mittantur. Itaque quòd hic angelus ab ipso deo missus esse perhibetur, vtique insinuare videtur inter ipsum & summam atque incomprehensibilem & ineffabilem dei maiestatem, spiritum superiorè alium nullum fuisse. Nec mirum est si ad rem (vt dictũ est) omnium maximã nunciãdam in mûdo, summus omnium supernorum ciuium princeps legatione fungatur. Qui etiam quoniã inuisibilis dei incarnationè (qua in terris visus & cū hominibus homo cõuersat⁹ est) euangelizabat: idcirco inuisibilis ipse spiritus quum esset, in humana tamen specie visibilis & ipse virginis oculis voluit apparere.

¶ Ad maiorem huius tantæ rei fidem faciendam, non modò tempus & nuncium, sed etiam gestæ rei locum, facit Euangelista studiosè describit, quum dicit: In ciuitatem Galiliæ cui nomen Nazareth, cœlestem hunc paranymphum ad indissolubilem diuinæ atque humanæ naturæ in eadem

Luc. 1.

August.

Quis angelorum fuisse putetur.

Dionysius

*Baruch. 3
In humana specie quæ angelus apparuit.*

Res tanta quò loquens sit.

eade
perp
nunc
ni vi
ridi
dica
¶ Cit
elect

Dau

¶ No

quã

ro. De

qui m

de &

mod

rimu

quate

tur, s

excul

rem n

de lig

Mari

lit fru

¶ Cef

si occ

men

¶ Dec

vt sic

pater

norab

um, &

¶ Que

sua ve

nasci,

bere v

cœlo

trem h

¶ Den

eadem persona copulam (quasi connubium quoddam) ad perpetui fœderis inter deum & hominem confirmationē, nunciādam fuisse destinatum. Nazarenus enim, id est, omni virtutum decore floridus & sanctus, vocandus erat. Floridæ virginis filius, & hoc nomine, in cœlo & in terra prædicandus.

¶ Circa tertium, quod est necessariò desponsatæ virginis electæ qualitas, dicit sanctus Euangelista consequenter:

Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria.

¶ Noluit aliunde dominus carnem humanam assumere, quàm de muliere, & ea quæ & virgo esset, & desponsata viro. De muliere, inquam, ut esse verus homo nõ dubitetur, qui matrem mulierem (sicut ceteri omnes) haberet. Proinde & hęc ob causam de muliere nasci dignatus est, ut quo modo à muliere initiũ factum est peccati, & per eam morimur omnes, ita & omnium salus de muliere nasceretur, quatenus exinde non habeat quod de muliere vir queratur, sicut, pater generis nostri, qui cõmissam à se culpam excusatione non æqua in deum ipsum pariter & in mulierem retorset, dicens: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Iã enim data est mulier pro muliere, Maria, pro Eva. Illa porrexit viro pomũ mortis, hęc protulit fructum vitæ.

¶ Cesset igitur nunc viri de muliere querela, quoniam & si occasione suæ ruinæ per mulierem vir accepit, iam tamen si vult erigitur, & non nisi per mulierem.

¶ Decuit autem ut hęc ipsa quæ deũ pareret esset & virgo ut sic dei filius iam hominis filius & homo factus, honori paterno nihil decerperet. Nam patrem suum & viuens honorabat & moriens, sicut ipse ait: Honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me.

¶ Quem & ipse (obediens factus vsque ad mortẽ) morte sua vel maximè honorificauit. Si autem de legali cõiugio nasci, & patrem sibi in hoc mundo mortalem hominẽ habere voluisset, ut sic & patrem in terra vnũ, & alterum in cœlo habuisset: utique ipseus honori, quem ab æterno patrem habuerat, derogasset, quod absit.

¶ Denique matrem suam esse virginem, etiam hac ratio-

Incar-nari quor nõ nisi de muliere deus voluit.

Eccle. 25.

Nõ æqua viri de muliere querela.

Gene. 3.

Quor non nisi de virgine nasci deus voluit.

Io. 8.

Philip. 1.

Patrem

christus

honorat.

Virgo mater ecclesia. ne voluit, vt suæ de virgine generationi, filiorum quos sibi virgo mater ecclesia per aquam & spiritum sanctum foret sine sui corruptione paritura, generatio mystica responderet. Nec rursus alius supererat modus quo posset homo in hanc vitam prodire, nisi iste duntaxat, quo de virgine natus est dominus. Intrauit hanc vitam primus homo sine viro & muliere. Venit Eua de viro solum, non de muliere; ceteri omnes per virum pariter & mulierem generantur. Vltimum autem hunc modum dei filius sibi soli reseruauit, quo videlicet de muliere virgine sine viro possibile fuit deo hominem producere.

cur domini mater desponsata. ¶ Multas autem ob causas matrem suam voluit esse desponsatam viro.

¶ Primò, videlicet vt per genealogiam Ioseph, cuius Maria cognata erat, Mariæ quoque nosceretur origo. Neque enim moris est scripturæ, feminarum texere genealogiam. Nam & de utroque rectè intelligitur quod dicitur, De domo Dauid.

¶ Secundò, ne virginis partus diabolo innotesceret, qui hunc proculdubio quem de matre virgine natum vidisset, quasi ceteris hominibus tanto eminentiorem interuallo, omnino suspectum habuisset.

¶ Vnde & beatus Ambrosius rationem hanc tractans dicit: Non mediocris quoque causa est desponsationis Mariæ, vt Mariæ virginitas falleret principem mundi. Qui quum desponsatam viro cerneret, partum suspectum habere non potuit. Fallendi autem mundi principem fuisse consilium ipsius domini verba declarant, quum apostoli iubentur tacere de Christo, quum sanati prohibentur gloriari de remedio, quum demoniaci iubentur silere de dei filio. Fefellit ergo pro nobis, fefellit vt vinceret, fefellit quum teteretur, fefellit quum dei filius diceretur, vt nusquam diuinitatem propriam fateretur. Præcognitum enim habebant demones esse venturum, sed tempus aduentus sui ignorabant. Quod eos latere expediebat, quia (vt apostolus dicit) si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent: hoc est, nunquam me redimi domini mei morte fecissent.

¶ Tertio, hac ratione de desponsata nasci voluit, ne ab his quibus

*Incar-
natione sua
diabolum
voluit la-
tere.*

Mat. 16.

Matt. 9.

Mar. 7.

Luc. 4.

1. Cor. 2.

quibus
natus
rans, a
natum
partus
ta su
creder
¶ Qua
Ioseph
Hinc e
nutrici
nobis
terni r
fuit in
alium
queret
portet
suz m
ponfa
¶ Prim
cit bea
retur i
gne pr
¶ Mal
matris
nis ven
us quip
ille na
tre sus
struens
habere
pudore
¶ Secu
lio sup
stirpe
modò
erat sa
permi
per ho

quibus olim promissus iam aduenerat, tāquam illegitimè *Ne Christo natus abiiceretur. Hanc rationem B. Ambrosius confide- stus à Iuda- rans, ait: Quid autem Iudæis, quid Herodi posset ascribi, si dæis abii- natum viderentur ex adulterio persequi, quum innuptæ ceretur.* partus lege damnetur? Nisi ergo domini mater desponsata fuisset, omnes Christum è stupro natum humano sensu credentes, reprobassent.

¶ Quarto, (iuxta originem) vt infantis curam gereret ipse *Vt esset Ioseph, siue in Aegyptum iens, siue inde denuò rediens. qui gere- Hinc enim pater Christi Ioseph dictus est, videlicet quia ret infan- nutriticus. Vnde quum ei diceret mater: Filii quid fecisti tis curam nobis sic? Pater tuus & ego dolentes quærebamus te, pa- Luca. 2. terni nominis honore Ioseph sanctum nequaquam cen- sicut indignum vt patrem sibi hunc esse negaret: sed ipsum alium patrem habere se indicās, quid est, inquit, quòd me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Non solum autem ipsi domino, sed etiam suæ matri expediebat, imò prorsus necessaria erat hæc desponsatio plures ob causas.*

¶ Primo, ne diceretur quòd concepisset ex adulterio (vt dicit beatus Ambrosi⁹) & ne temeratae virginitatis adduceretur infamia, cui grauis alius corruptelæ videretur infigne præferre.

¶ Maluit autem dominus aliquos de ortu suo, quàm de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris. Tolerabilis quippe fuit putari ad tempus Christum de legiimo fuisse natum coniugio, quàm sinistrè quippiam de sua matre suspicari. Nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis astringendam. Oportet enim sanctos, & ab his testimonium habere qui foris sunt. Seruatur itaque sanctæ Mariæ sicut pudore integra, ita inuiolabilis opinione virginitas.

¶ Secundò, ne velut adultera à Iudæis lapidaretur, vel alio supplicio afficeretur. Nam secundum legem virgo de stirpe sacerdotali adulterii rea, comburitur. Ipsa autè non modò de tribu Iuda, sed & de tribu Leui descenderat, quæ erat sacerdotalis. Nam & hæc tribus, & tribus regia erant permixtæ. Elizabeth enim quæ erat de filiabus Aaron ac per hoc de tribu Leui, erat Mariæ cognata.

Q. iij

¶ Tertio,

Christus quomodo siue matris honori consulerit.

1. Tim. 3. Leuit. 21.

Christus quomodo siue matris honori consulerit.

1. Tim. 3. Leuit. 21.



IN FESTO

¶ Tertiò, vt ei per sponsum fidele ministerium, & in necessitate subsidium exhiberetur. Sicut enim hanc dominus ipse in cruce moriens commendauit Apostolo, ita & nunc copulatam vult esse sponso non in fœdus solenne coniugii, sed in confortium communis habitaculi.

¶ Ut Christus è virgine nat⁹ cert⁹ crederetur. ¶ Expediebat etiam & nobis matrem domini esse desponsatam viro certas ob causas: Primò, vt Christus de matre virgine generatus certius crederetur, & hoc vtique testimonio Ioseph, qui virginem hanc sibi desponsatam à tempore desponsationis diligenti cura seruauerat. Quam rationem Ambrosius tangens dicit: Quin etiam locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & dolere iniuriam & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Et rursum testimonium sponsi, Mariæ verbis credibilius esse, confirmans dicit: Quid, quod Mariæ verbis fides maior adseiscitur, & mendacii causa remouetur? Videretur enim culpam obumbrare voluisse mendacio innupta prægnans. Causam autem mentiendi non desponsata habuit, desponsata non habuit, quum coniugii præmium & gratia nuptiarum, partus sit fœminarum, hoc est, si desponsata non fuisset, & tamen peperisset, interroganda erat vnde concepisset, & humana præsumptione mentiendi causam interrogantibus responsura habuisset: Sed desponsata existens, hanc mentiendi causam non habuit. Quia prægnans & legitimo desponsata in matrimonio, à nullo interrogatur vnde conceperit, nec dedecori illi est grauis uterus, sed honori, quia hoc est coniugii præmium, & gratia nuptiarum, & præcipuus coniugii fructus, quod videlicet pariunt coniugata.

¶ Secundò, expediebat nobis ad morum informationem, vt Christi mater esset desponsata, & sic ab omni sinistro rumore vindicaretur, & vt per hoc virginibus detur causa vitandæ infamiæ. Quam rationem B. Ambrosius sic explicans dicit: Nec decuit virginibus sinistra opinione viuentibus velamen excusationis relinquere, quod infamata mater quoque domini videretur.

¶ Tertiò, vt duo hæc, virginitas scilicet & matrimonium B. Mariæ matris domini exemplo nobis commendarentur aduersus hæreticam prauitatem, nunc horum vni, nunc alteri

alteri
coniug
gatan
spōsa
lius r
tis id
pratu
gis su
matre
Ille à
frumē
elade
sem et
descē
¶ Sequ
moria
quæ li
ducto
stibus
niuer
cecini
honor
ob vie
tionē
cuncti
cinit,
quæ se

E
rius de
nation
dum e
ibi: D
stud.

¶ Circ
Primu

alteri detrahentem. Exultent itaque tam virginēs quàm coniugatae, quòd matrem domini virginem pariter & cõiugata, studio virtutum possunt imitari. Quòd autem desposata fuit mater domini viro cui nomen erat Ioseph, illius nos commonefacit sancti atque castissimi adolescentis Ioseph filii patriarchæ Iacob. Nam ille typum istius Ioseph sã
 prætulisse videtur. Ille nempe domino suo fidelis coniugis suæ castitatem illibatam reliquit, iste domini dei sui Christi typus.
 matrem, virgo (vt creditur) virginem intactam custodiũt. Gene. 19.
 Ille à famis calamitate mortales præseruaturus prudens Gene. 14.
 frumentum seruauit iste humano generi ab æternæ famis elade liberando, Christum dominũ nostrũ nutriuit, qui desemetipso loquitur dicẽs: Ego sum panis viu⁹ qui de cœlo Ioan. 6.
 descēdit, si quis māducauerit ex hoc pane, viuet in eternũ.
 ¶ Sequitur: Et nomen virginis Maria. Nomen hoc in memoria ty
 miam nos reducit Mariæ prophetissæ sororis Aaron, pus.
 quæ liberato à Pharaonis potestate dei populo, & trans Exo. 15.
 ducto per mare rubrum, demerso Pharaone & cunctis hostibus in profundum, diuinæ triumphum victoriæ cum vniuersis quæ post eam egressæ sunt mulieribus laudatura eccecit domino, & ait: Cantemus domino, gloriosè enim honorificatus est. At verò Christi mater & virgo Maria ob victoriam eiusdem filii sui & generis humani liberatione de potestate principis tenebrarum, & ipsa pium & cunctis venerandum atque canendum domino carmen eccecit, dicens: Magnificat anima mea dominum, & cetera Luc. 1.
 quæ sequuntur.

HOMILIA SECUNDA.

Etingressus angelus ad eam dicit: *Aue gratia plena Domini tecum benedicta tu in mulieribus.* Luca. 1.
 ¶ Ab hoc loco vsque ad finem lectionis, duo superior designata describuntur. Primum est, dominicæ incarnationis facta virgini per angelum annuntiatio. Secundum est, annuntiatæ incarnationis salutaris adimpletio, ubi: Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud.
 ¶ Circa primum dicitur: Et ingressus. Vbi tria notantur. Primum est, oblata virgini per angelum insueti muneris salutatio.

salutatio. Secundum est, pudicæ virginis ad inusitatum salutationis officium verecunda trepidatio. Tertium est, trepidantis virginis magnifica per angelum consolatio. Secundum, ibi: Quæ quum audisset. Tertium, ibi: Et ait angelus ei: Ne timeas.

Mat. 6.

Gratia plena.

¶ Circa primum dicit: Et ingressus angelus ad eam, non in publico repertam, vel intentam vanis spectaculis: sed solitariam & meditantem de domino, & in cubiculo suo clauso, patrem orantem in abscondito. Illic enim turtur casta gemebat. Sed ad eam cœlestis angelus ingressus quid dixerit audiamus. Ave, inquit, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Rectè gratia plena, quæ gratiam quam nulla vnquam alia ipsa adsequitur, vt vide licet ipsum gratiæ concipiat & generet authorem. Verè gratia plena, & vsque ad eam plena, vt nullum in ea locum vanitas, aut peccatum habeat, cuius non modò actiones sed etiam cogitationes, affectiones, & verba, persusa gratia, & deo accepta sunt & grata. Et ideo dominus tecum est, inquit, plusquam tecum. Tecum enim est dominus in corde, tecum in vtero, tecum in auxilio. Vnde nec mirum sit vna ex omnibus & præ omnibus sis mulieribus benedicta & ex hoc nunc & vsque in seculum, in cœlo & in terra, ab angelis & hominibus benedicenda, à deo autem iam benedicta.

¶ Circa secundum, quod est humilis atque pudicæ virginis ad inusitatum salutationis istius officium verecunda trepidatio, dicit consequenter sanctus Euangelista.

Quæ quum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

Virginitatis documenta.

¶ Vbi Beda: Disce virginem moribus, disce virginem verecundia. Disce hanc virginem esse, quæ digna foret cœlesti oraculo, quæ digna foret tanto mysterio. Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Turbata est, inquit, id est, pauefacta, & persusa verecundia, in sermone eius, quo sibi grandia nuntiabantur, quæ in se minimè agnoscebat. Quia ergo non potest quisquis verè humilis corde est, sublimia atque gloriosa de se audire, nisi cum animi quodam cruciatu, & verecundia magna, turbata est luminis & pudica virgo in sermone eius. Et cogitabat qualis esset ista salutatio. In hoc attendere est

A
dere el
David
¶ Quac
rit, siue
mor in
bilo qu
id quod
ros fuis
ria nos
cogitab
ista salu
¶ Discā
tis imir
lus ang
deprau
borum
verebat
mulieri
tabat. C
qualis e
cum pr
batur, q
¶ Circa
consola
Et a
pud deu
¶ Quia
pote qu
rius not
rem per
iubet. Et
astruit
in vtero
¶ Quasi
perdide
modò se
tu quid
sit recur
quæ nec

dere est Mariæ prudētiā, quæ turbata tacebat, patrē suū David imitata, qui ait: Turbatus sum, & nō sum loquutus.

¶ Quacūque etenim mens hominis passione turbata fuerit, siue gaudiū sit illa passio, siue tristitia, siue spes, siue timor intensus, siue amor, siue ira, siue verecūdia, quasi nūbilo quodam perfusa, minus sibiipsi præsens est, minúsque id quod ore proferat aduertit: ita vt plerosque tunc loquutos fuisse, postea pœnituerit. Quid autē tūc sit agēdū Maria nos suo docet exēplo. Nam turbata nō loquebatur, sed cogitabat qualis, quantæque gloriæ, & quāti honoris, esset ista saluatio, & quā diuersa ab eo quod de se sentiebat.

¶ Discāt vniuersi (mulieres præsertim) propositum pudoris imitari. Sola in penetralibus quam nemo videret, solus angelus reperiret, sola sine comite, ne quo degeneri deprauaretur affectu, ab angelo saluatur. Discite virgo verborum vitare lasciuia. Maria etiam angeli salutationem verebatur. Et ideo fortassis, quia se benedictā audierat in mulieribus, quæ potius in virginib⁹ se benedici semper optabat. Cogitabat ergo tacens, cogitabat cum verecundia, qualis esset hæc saluatio: & hinc verecunda, quia pauebat cum prudentia, quia benedictionis nouam formam mirabatur, quæ nusquam lecta est, nusquam ante comperta.

¶ Circa tertium, quod est virginis trepidātis, per angelum consolatio, dicit consequenter Euangelista:

Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deum.

¶ Quia cœlestis angelus Mariam salutatione insolita (vtpote quæ ei soli seruabatur) viderat turbatā, quasi familiaris notam nunc vocans ex nomine (quod prius ad maiorem personæ reuerentiam supresserat) ne timere debeat, iubet. Et quia gratia plenam vocauerat, eādē gratiam & astruit plenius & vberius explicat, dicens: Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum.

¶ Quasi dicat: Timeant qui per peccata sua dei gratiam perdidērunt, qualis erat vestri generis mater Eua, quæ nō modò seipsam, sed etiam prolem, Dei gratia nudauit: sed tu quid timeas plena gratia quum sis, & omnium dominus sis tecum, quum sis benedicta in mulieribus, vna & sola quæ nec primam, similem visa es nec habere sequentem, quæ gra

*Prudētia
Mariæ.*

*Mens hu
mana pas
sione qua
libet obno
bilatur.*

*verturba
tionis tē
pore tacē
dum.*

*Beda.
Exēplo
Mariæ di
scant vir
gines.*

*Angelus
virginem
securam
esse iubēs,
cōsolatur.*

quæ gratiam quam illa perdidit, humili mēte & piis que-
sitam desideris, apud deum inuenisti?

¶ Tria proinde virgini denuntiat, quæ inuentam gratiam
testentur, videlicet, sc̄elicem conceptum, sc̄eliciores filii
partum, & filii nomen magnificum, regnumque suū æter-
num. Sequitur enim:

*Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius
Iesum.*

Mat. 1.

¶ Quod saluator interpretatur. Cuius sacramentum nomi-
nis angelus loquens ad Ioseph exposuit. Ipse enim, inqui-
ens, saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Non
ait, populum Israël, sed populum suum: hoc est, populum
in vnitatem fidei ex præputio & ex circumcisione vocan-
dum, quibus ex diuersa parte congregatis, fieret vnus pa-
stor, & vnum ouile. Sequitur:

Ioan. 10.

Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur.

*Mariæ fi-
lius quo-
modo ma-
gnus.*

Luc. 1.

¶ Magnus utiq; futurus erat, qui nomen saluatoris non
frustra gerens, perfectè rē eius erat cōpleturus. Magnus
in cælo, magnus in terra, magnus & formidatus apud in-
feros subtus terram. Magnus angelis, magnus hominibus
magnus & terribilis principibus tenebrarum, & dæmoni-
bus vniuersis. Dictum erat per hunc angelum & de Ioan-
ne quoddam foret magnus, sed ille quasi homo magnus, hic
quasi deus magnus. Ille magnus coram domino, hic autē
erit magnus, inquit, & filius altissimi vocabitur.

Beda.

*Idē Chri-
stus & ho-
mo cōtra
Nestoriū.*

¶ Idem ergo filius altissimi, qui in utero virginali conce-
ptus, & natus est. Idem homo in tempore creat⁹ ex matre,
qui de⁹ est ante tēpora, natus ex patre. Si autem idem qui
homo etiam deus est, cesset Nestorius hominē tantum di-
cere ex virgine natum, & hunc à verbo non in vnitatem
personæ, sed in societatem inseparabilem esse receptum.
Alioqui non vnum Christum deum & hominem, sed duos
(quod dici nefas est) adserere, ac per hoc non trinitatem,
sed quaternitatem prædicare conuincitur.

¶ Catholica autem fides sicut quemlibet hominem carnē
& animam, ita hominem & verbum vnum Christum re-
ctissimè cōfiteretur, iuxta quoddam & angeli verba significant,
quæ dandam illi sedem David patris sui asseuerant. Qui
enim eundem ipsum patrē habere David, quem & filium
altissimi

altissi-
Christi
et d
lit in d
¶ Acc
tio p
moder
& hom
ctum e
specul
quam
inimic
regnab
eos sup
postea
rigine
perium
regnu
dicio &
que tex
biūm q
tia. Per
fidelib
& conf

Dixi
vnum n
¶ Hic p
tio. Cir
nis trep
de cōc
rante d
natio. S
ritus sa
ria: Ecc
¶ Circa
angelu
sco: Pro
sunt, vit

altissimi vocati pronūciat, in duabus utique naturis vnā Christi personam demonstrat. Sequitur enim:

Et dabit illi dominus deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis.

Acceptit enim Christus sedem David. Nam sicut ille electo præcūctis nationibus dei populo gubernacula regni moderas præfuit, sic dominus noster Iesus Christus deus & homo, cōstitutus est rex à patre super Sion montē sanctum eius, id est, fidelis populi ecclesiā, quæ fide recta deū specularatur, prædicans præceptum eius. Rex summus, inquam, data sibi omni potestate in cælo & in terra, cuius inimici scabellum pedum suorum ponuntur. Iste ergo & regnabit in domo Iacob, id est, in populo dei per fidem, & eos super quos per fidem prius regnauerit ad perpetuum postea vocaturus est regnum, quod eis paratum est ab origine mūdi. Vnde & Esaias ait: Multiplicabitur eius imperium, & pacis nō erit finis. Super solium David, & super regnū eius sedebit, vt cōfirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia. Nō dixit, in acquisitione gloriæ gazarū, que terrestrium, nō in victoria gentium plurimarum, vt biūmque debellatione superbarū, sed in iudicio & iustitia. Per hæc enim regnum Christi, & in singulis quibusq; fidelibus, & in vniuersa per orbem multiplicatur pariter & confirmatur ecclesia.

¶ Circa secundum principale dicit:

Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

Hic ponitur annuntiatae incarnationis salutaris impletio. Circa quā tria notantur. Primum est, pudicitia virginis trepida sciscitatio. Secundū est, nouæ atque admirandæ cōceptionis per angelum enarratio. Tertium est, operante deo & virgine consentiente æternæ deitatis incarnatio. Secundum, ibi: Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet. Tertium, ibi: Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini.

¶ Circa primum dicit Euangelista: Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Propositū suæ mentis (vt ait Beda) reuerenter exposuit, vitā videlicet virginalem se ducere decreuisse quia

Sedē David quomodo Christus accepit.

Mar. vii.

Mat. 25.

Esaiæ. 9.

Christi regnum

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

quale.

Luc. 1.

quia prima tantę se virtuti mācipauit, iure singulari ceteris omnib⁹ meruit anteferri. Quomodo, inquit, fiet istud? Non ait: Vnde hoc sciam certō futurū, quomodo Zacharias Sacerdos de annūtiata sibi per angelū beati præcursoris generatiōe dubitabūsus dixerat: sed, quomodo fiet, inquit, quoniam virum non cognosco? ordinem videlicet obsequij cui subdatur inquirēs, nō autem signum cui credat efflagitās. Non enim decebat electam generādo deo virginem diffidētia dubiam, sed prudētia cautam existere: quia nec facile poterat homo nosse mysterium, quod a seculis in deo manebat absconditum.

Esa. 7.

¶ Quia ergo legerat: Ecce virgo cōcipiet & pariet filium, sed quomodo id fieri posset nō legerat, meritō credula iis quę legerat, sciscitatur ab angelo quod in Propheta non inuenit, dicēs: Quomodo fiet istud, quoniā virum nō cognosco? Quo nihilominus manifestē patet perpetuę virginittatis inuiolabile propositum, quod nec angelo talem ac tantum filium promittente, aliquatenus titubant.

Bernard.

¶ Quod sic ostenditur: Nam si cui libet virginis desponsatę & nubere volenti dicatur, filiū habebis, nō miraretur, neq; interrogaret quomodo hoc fieret, quippe quę se desponsatā, & in proximo nupturā sciret, & a viro fecundari vsu speraret naturę. Maria autem non immeritō mirata est, & qualiter quod p̄mittebatur impleretur, sciscitata, quę tamen si desponsatā, nunquam tamē se nupturam, neque cognituram virum certissimē sciebat.

¶ Circa secundum, quod est nouę cōceptionis per angelum enarratio, dicit consequenter Euangelista:

Respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superuenit in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.

¶ Non, inquit, virili quod ignoras semine, sed quo impleris spiritus sancti operatione concipies. Erit in te conceptio, libido non erit. Nec vllus in te erit æstus concupiscentię, cui virtus altissimi obumbrabit, ne ab illo æstu (quod vereris) nullam prorsus adustionem patiaris. Erit etiam tibi altissimi atque omnipotentis dei virtus, & hoc modo in obumbrationē, vt licet filium sine viro virgo parias, nihil tamen hinc tibi periculi, aut sinistri rumoris inter homines (quasi temerati pudoris) exoriat. Ecce enim

Virtus altissimi obumbrabit tibi.

verbum

verbu
& cōfū
secula
de vte
proce
ideo
¶ Ad d
ātus n
cti effi
stolus
pheta
cepris
tem fo
bilis cō
cōcipe
non ef
¶ Vbi E
dei neg
tatem.
turum.
quę de
Et quia
gebat,
primō,
pleri q
Et ec
te sua,
¶ Ergo
mulier
rillis na
esset: ni
uida, vt
bitaret
firmat,
ne verb
dedit,
cūdaci,
vt virg
zit) pos

verbum dei per quod facta sunt omnia, patri coæternum & cōsubstantialē, lumēnque de lumine ineffabiliter ante secula natum, carnem in fine seculorū ex te suscipiet, & de utero tuo virginali tanquam sponsus de thalamo suo procedet in mundum. Et subdit, dicens:

ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei.

¶ Ad distinctionē nostrę sanctitatis Iesus singulariter sanctus nasciturus asseritur. Nos enim & si per dei gratiā sancti efficiamur, nō tamē sancti nascimur, sed magis vt Apostolus ait, Eramus natura filij irę. Vt meritō singuli cui propheta gementes dicamus: Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Ille autem solus verē sanctus est, qui vt ipsam naturę corruptibilis cōditionem vinceret, & de peccato, & in peccato nō cōciperetur, ex commixtione carnalis copulę conceptus non est. Quod ex te, inquit, nascetur, vocabitur filius dei.

¶ Vbi Beda: Quid hic dicis Nestoriane, qui beatam Mariā dei negans genitricem, apertam niteris impugnare veritatem. Ecce deum dixit superuenturum, dei filium nasciturum. Quomodo ergo aut dei filius deus non est, aut ipsa quę deum ædidit, quomodo dei genitrix non esse potest? Et quia virginis fidem super his quę dixerat angelus exigebat, ideo vt suis promissis fidē adstruat, exemplum primō, & dein rationem adducit, quibus probet posse impleri quę nuntiauerat, dicens:

Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa cōcepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi quę vocatur sterilis.

¶ Ergo ne virgo se parere posse diffidat, exemplū accipit mulieris sibi notę & cognatione iunctę, quę quum sit sterilis natura, & præter hæc iam nunc ætate confecta anus esset: nihilominus tamē diuino munere filio iam erat grāvida, vt deus qui cōceptum dederat sterili, daturus nō dubitaretur & virgini. Quod fieri posse, etiam ratione confirmat, dicens. Quia nō erit impossibile apud deum omne verbum. Ei enim qui naturę legem & ordinem talem dedit, vt à viro fœmina ad prolis generationē possit fœcundari, difficile nequaquam est, imō æquē vt illud facile, vt virgo sine viro (quum ei qui potest omnia placitū fuerit) possit prolem generare.

¶ Circa

Psal.

*christus
aliter san-
ctus, quā
ceteri.
Ephes. 2.*

*Mariam
dei ma-
trem dici
debere cō-
tra Ne-
storium.*

¶ Circa tertium, quod est cooperante deo & virgine consentiente, æternæ deitatis incarnatio, dicit Euangelista:

Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

*Marie
deû cõci-
pietis hu-
militas.*

¶ Vbi Beda: Quanta cum deuotione humilitas, quæ & angeli promissum optat impleri, & seipsam quæ mater eligitur, ancillam nuncupat? Apertissimè insinuans, quàm nihil sibi meriti vendicet, in eò quòd domini iussis obsecundet. Fiat, inquit, mihi secundum verbum tuum, id est, cooperate virgini spiritus sancti virtute nascatur integra carne matris sanctum, & quod nascetur de homine matre, sine homine patre, vocetur filius dei. Sed videamus quibus fulta virtutibus dei filium virgo concepit, vt per hoc discamus, quibus & nobis virtutibus opus est ad hoc vt deum mente concipiamus.

*Quib⁹ ful-
ta virtu-
tib⁹ deû
virgo cõ-
cepit.*

*Marie
quanta
fides.*

Gene. 1.

Roma.

Gene. 4.

¶ Et primò quidẽ occurrit virginis sacrosanctæ fides magna, & eò maior, quò minus apparebat humano sensui ea posse fieri quæ ei nuntiabatur. Vbi vera Abrahæ filia comprobatur, quia quoniã in huius beati seminis pmissiõne nihil hæsitans deo credidit, huiusmodi fide iustificatus est apud deum. Illic è viro cõtum annorũ & Sara femina sterili iamq; nonagenaria, filius pmittebatur, hinc ex virgine. Vtrunque apud humanũ sensum sicut impossibile, ita & incredibile est, longè tamẽ impossibilius esse videtur virginem parere, quàm anum & sterilẽ. Vnde & Mariæ fides, Abrahæ fide maior esse probatur. Hinc à cognata beatificatur, quæ ait: Beata quæ credidisti, quoniã perficitur ea quæ dicta sunt tibi à domino. Ac si dicat: Tãtæ fidei merito, digna es in qua promissa dei compleantur.

Luc. 1.

*Marie hu-
militas.*

¶ Secundò, contemplamur in ea admirandæ virtutem humilitatis. Nam quòd maiora erant ad quæ eligebatur, eadẽ maior erat ipsius humilitas, vt fides ipsius nõ modò nihil prorsus per inanis gloriæ sensum fuerit obnubilata, sed gâtatæ humilitatis virtutem mirum in modum commendata. Ecce, inquit, ancilla domini. Verè à filio quem cõcipis ex nunc edocta, qui se postmodũ magistrum & exemplar humilitatis professurus, dicturus est: Discite à me quia mitis sum & humilis corde.

Mat. 11.

¶ Tertio, obedientiam beata virgo dei exhibuit, dum sese prorsus

prors
cõmi
creat
sum t
refe
mih
mih
¶ Qu
virtus
dei gl
sa con
dioso
cupat
te, cor
adimp
dei fil
tional
sonq,
homo
ta pro
ctus, i
tempo
pturus
thalar
indiffe

I

E

tur nec
tur vn
æterna
ibi: ma

Ego
¶ Ecce

prorsus resignans, & totam cœlestis arbitrij beneplacito cōmittēs, ait: Ecce ancilla domini, faciat de creatura sua creator altissimus quicquid ei placuerit. Ego me illi cui⁹ sum tota mēte & corpore toto cōsigno, nihil mihi de meo referuans. Quum ergo mihi per te, ò angele sancte, suam mihi deus de me creatura sua patefecerit volūtatem, fac mihi secundum verbum tuum.

¶ Quarto, sancti desiderij (sine quo nulla mentis humana virtus deo grata est) sinum capacē deo patefecit, dum ad dei gloriā, & generis humani salutē in se diuina promissa compleri magnopere desiderabat. Nō enim deus fastidiosos vnquam dignabitur, sed (sicut scriptum est) præoccupat eos qui se concupiscunt. Itaque pia virgine credente, consentiente, obtemperante deo, & diuinæ voluntatis adimpletionem desiderāte, spiritu sancto cooperāte, mox dei filius humana carne de semine virginis cū anima rationali, (id est, tota humanitate) assumpta, in vnitāte personę, idem ipse qui deus & dei filius est ab æterno factus, homo verus, & verus Marię virginis filius, vir utiq; (iuxta prophetę vaticinium) scientia extunc & virtute perfectus, inaudita nouitate circumdatus à fœmina, per cōgrua temporis interualla corporis incrementa paulatim recepturus, in vtero matris nouem mensibus: quasi sponsus in thalamo suo, diuino quodam cōiugio humanitate nostra indissolubili vnione sibi copulata, requeiuit.

Maria obedientia.

Marię desiderij sanctum.

Sapient. 6

Diuinę incarnationis mysterij in virginē sic adimpletum.

IN DIE SANCTI MARCI Euangelistę, super Euangelio.

Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est.
¶ In hac lectione primò describitur per similitudinem passionis Christi utilitas. Secundò, indicitur necessaria cum Christo fidelibus vnitas. Tertio, ponitur vnitate scissa Christum deserentium, reprobationis æternę calamitas. Primū, à principio lectionis. Secundū, ibi: manete in me. Tertium, ibi: Si quis in me nō māsferit.

IOAN. 15.

¶ Circa primum dicit:

Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est.
¶ Ecce per visibilis & notę rei similitudinē, passionis

R. suę

*Rupertus.
Fructus
passionis
Christi.*

*Lignum vi-
tis quale
sit.*

*Christus
qualiter
vitis vera*

*Iudaica
gens vitis
Ierem. 2.
Deut. 32.*

sua Christus declarat vtilitatē, vt mūdus incipiat cogno-
scere cur hunc miserit in mundum pater, & ad crucifigē-
dum & occidēdum tradiderit, qui nullam habeat morta-
litas causam. Ego, inquit, sum vitis vera, & pater meus
agricola est. Cōgrua valde & opportuna similitudo, Chri-
sti ad vitē, & fidelium suorū ad palmites. Vitis enim quum
sit lignum deforme, nigrum, hispidum, atq; aridi corticis,
& palmites suos latē diffundēs extendat, & suauē in tem-
pore suo proferat botrū, vino cor hominis lētificaturum,
agricolæ studio in terra plātatur prius hyemis horrorem
imbriumq; & aëris passura molestias. Et ego, inquit, vitis
vitis vera sum. Quod, vt ait beatus Augustinus, dicit secū-
dum quod est caput ecclesiæ, nōsque membra eius, homo
Christus Iesus. Vnius quippe naturę sunt vitis & palmites.
Propter quod quum esset deus, cuius naturæ non sumus,
factus est homo, vt in illo esset vitis humana natura, cui
& nos homines palmites esse possemus.

¶ Est autem vitis vera Christus per similitudinem dunta-
taxat, non per naturæ proprietatem (vt dicit idem Augusti-
nus) quemadmodū ipse dicitur ouis, agnus, leo, petra, la-
pis angularis, & cætera huiusmodi, ea enim in Christo do-
mino vera sunt, propter quæ ad huiuscemodi res per simi-
litudinem cōparatur. Vera est enim Christi innocētia p-
pter quā oui innocuæ similatur. Verē immolatus vt agn^{us}
propter peccatum mundi. Verē proinde victor mortis in
resurrectione & inferni prædator, propter quod leo dict^{us}
est. Verē petra propter nos passione percussa, vt aquā gra-
tiæ spiritus sancti nobis è cælo profunderet. Verē deniq;
lapis angularis à Iudæis synagogaë structoribus stultis in-
dignè reprobatus, qui in ædificationem ecclesiæ creden-
tium duos è diuerso parietes, è Iudæis scilicet & gētibus,
in se vno, quasi angulari lapide foret cōiuncturus. Ad huc
ergo sensum, vitis vera, Christus.

¶ Veram nihilominus se vitem expressit, ad differentiam
illius cui per prophetā dicit: Ego te plantavi vineam ele-
ctam, Omne semen verū. Quomodo ergo cōuersa es mi-
hi in prauum vinea aliena? Hęc enim vitis in prauum cō-
uertā, illa Sodomitica gens est, de qua Moyses in Canticō
suo ait: De vinea Sodomorū vinea eorum, & de suburba-
nis

nis Ge-
mus. P-
fanabi-
cola c-
colet-
apost-
nūc m-
suauer-
ctonis
Ergo n-
colēs &
odor ap-
næ vita
fossus

Fo-

Fo-

¶ Hinc

nus me

braucle

ficue se

fossa hu

eius, qu

vitem

dem ex

emitit

fructife

sefsion

ctis pul

rus est.

Omne

annem q

¶ Ecce

damno

agricola

portetu

qui ha

si iustis

in vna t

affectati

nis Gomorrhæ. Vva eorum, vva fellis, & botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum, & venenū aspidum insanabile. Igitur me vitem veram, idcirco pater meus agricola celestis in hoc mundo plantare, & surculo passionis colere dignum duxit, vt palmites meos (quorū primi vos apostoli mei estis) latius extendam, & post horridam que nūc mihi instat tribulationis & mortis hyemem, botrum suauem, id est, mundi salutem & redemptionē, & resurrectionis gratiam proferā. Pater meus, inquit, agricola est. Ergo non tantūm vitis Christus, sed etiam ager est, quem colēs & commodans pater dicit: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Ager iste, vt æternæ vitæ fructum nobis afferret in passione, per vulnera fossus est, iuxta illud:

Fossa dabit tellus optato tempore fructus,

Fossa caro Christi cælica regna dabit.

Hinc ipse per Prophetam loquitur, dicens: Foderūt manus meas & pedes meos. Huc confugiendum est in vmbraculum ab æstu & in absconione à turbine & à pluuia, sicut scriptum est: Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris domini, & à gloria maiestatis eius, quum surrexit percutere terrā. Sed ad significata per vitem redeamus. Quomodo nempe nōnunquā vitis eodem ex stipite tam steriles quā & fructuosos palmites emittit: sed intētus agricola sterilē amputat, omnēque fructiferum palmitem purgat, sic eadem ex fide vel confessione nominis mei tam reprobis cōpluribus quā electis pullulātibus, pater meus, huius vitis agricola, facturus est. Sequitur enim:

Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.

Ecce Iudam filium perditionis, palmitem inutilem & damnosum viti Christo imminētē, vt videtis qualiter agricola pater amputauit, traditū satanę, vt continuò deporteretur in ignem gehennæ. Sed vos palmites residuos qui hactenus fructū fertis aliquātulum quando à me misistiis euangelizantes & curantes vbique, veruntamen in vna tantūm Iudæorū gēte, vos inquam, vt fructum plus

Gene. 27.

Psal.

Esaiæ. 4.

Esai. 26.

Iudas palmes inutilis.

Luce. 19.

gat agricola, vt cōpluti sanguine meo, suauem excipiat
 austrum, id est, spiritum sanctum, quē dat vobis in remis-
 sionem peccatorū, quasi ad gelidi atque sterili depulsi-
 onem aquilonis, sicut in Canticis sponsa precatur: Surge a-
 quilo & veni auster, & perfla hortum meum, & fluant aro-
 mata illius. Quum autē dicit: Omnē palmitem in me non
 ferentem fructum tollet eum, insinuat vtiq; eos qui Chri-
 sti fidē profitentur sine operum bonorum fructu, nō pos-
 se manere in eo: sed necesse est vt in eo manere cupientes
 & cœlestia mandata seruent, & huius secuti aduersa que
 illis dispēsan- te deo incubuerint, p̄ suorū expiatione pec-
 catorū, & diuinæ volūtatis adimplerione, feriāt patienter.

Cant. 4.

*Qui fru-
ctus à no-
bis requi-
runtur.*

*per tribu-
lationem
quosdam
tollit quos-
dam pur-
gari.
Simile.*

Apoca. 1.

¶ Nam per huiuscemodi tribulationum aduersa, palme-
 tes quidam inutiles tolluntur, quidam purgātur, quomo-
 do vas reprobum in igne crepat, vbi vas bonū consolida-
 tur. Vnde per prophetā de domino dictum est, quōd pur-
 gabit filios Leui, nō filios Babylonis, quomodo videlicet
 vas integrum lauari & mundari solet, vas autem fractum
 proici foras. Pater enim qui omnem palmitem nō ferē-
 tem fructum tollit, etiā omnem qui fert fructum purgat,
 vt amplius fructificet. Purgat autē, aduersa (vt dictū est)
 immittendo, & mundando corda, & spiritum veritatis &
 charitatis infundendo. Purgat nihilominus & ipse Chri-
 stus suos palmites, quum sit idem cum patre deus, vt hoc
 possit: & homo verus nobiscum, qui dilexit nos, & lauit
 nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Vnde sequitur:

Ioan. 14.

Iam vos mundi estis propter sermonē quem loquutus sum vobis.
 ¶ Sermo quippe quem tunc erat loquutus, sermo passi-
 onis & resurrectionis eius fuit, videlicet quē dicebat: Va-
 do parare vobis locum. Et si abiero & præparauero vobis
 locum, iterum venio & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi
 sum ego, & vos sitis. Itēque postea dixerat: Pacem relin-
 quo vobis, pacem meam do vobis, quia videlicet pax vel
 reconciliatio, qua deo sumus recōciliati, peccatorum re-
 missio est. Hic autem sermo admixtus fidei, mundat nos
 æquē vt illos ab omnibus peccatis, quia p̄fectō sermonis
 fides præcedens, causa est vt sanguis filij dei lauet nos à
 peccatis nostris. Vnde Psalmista & ipse lauandus in san-
 guine

*Mūdi p̄-
pter ser-
monem.*

guine
lauab
pe, qu
moni
per
uem
quatu
pter p
eo ex
iam v

fructu
manfer
¶ Hic
pitur v
poris
& def
vobis:
cit ino
ctum
me m
arbitr
lo gran
tare se
quum
nō por
sic nec
superb
lendi e
ctuum
ce pro
quod n
non ac
à nobis
deo est
dixisse
firis su
nobis.

guine Christi: Asperges me, inquit, hyssopo & mūdabor, *Fides hys*
 lauabis me & super niuem dealbabor. Per hyssopū quip- *sopa com-*
 pe, quo pulmonis tumor deponitur, fides intelligitur ser- *paratur.*
 monis huius quo corda purificantur, quo quum primo as- *Act. 15.*
 perferis me, inquit, tunc demum lauabis me, & super ni-
 uem dealbabor. Igitur propter sermonem, inquit, quē lo-
 quutus sum vobis iam vos mūdi estis, quia videlicet pro-
 pter passionē mortis, quam prænuntiaui vobis, qua trans-
 eo ex hoc mundo ad patrem, & iam in mundo non sum,
 iam vos mundati estis.

¶ Circa secundum dicitur:

Manete in me & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.

¶ Hic necessaria fidelibus cum Christo per fidem præci-
 pitur vnititas, quam dicitur: Manete in me. Vbi veram cor-
 poris ecclesiæ ipse caput Christus dominus commendat
 & defendit vnitatem, quum dicit: Manete in me & ego in
 vobis: & de humana possibilitate præsumptuum conuin-
 cit inopiam, quum dicit: Sicut palmes nō potest ferre fru-
 ctum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in
 me manseritis. Videntur enim sibi nimij assertores liberi
 arbitrij, non indigere miserantis & auxiliantis adminicu-
 lo gratiæ dei, tanquam volentes & currentes sua veloci-
 tate sempiternæ vitæ fructum comprehendere possint,
 quum tamen audiant dominum dicentem: Sicut palmes
 nō potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite,
 sic nec vos nisi in me manseritis. Ergo præsumptores &
 superbi, palmites mali, horrenda manu agricolæ iure tol-
 lendi estis, nisi omnem pulchritudinem, omnemque fru-
 ctuum venustatem, nō ex vobis, sed ex vitis intima radi-
 ce procedere confesi fueritis. Quid habes, ait Apostolus, *1. Cor. 9.*
 quod nō accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi
 non acceperis? Si non sumus sufficientes cogitare aliquid *3. Cor. 3.*
 à nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex
 deo est, confiteamur veritatem cum Propheta, qui quum
 dixisset: Domine exaltetur manus tua, paucis interpo-
 sitis subiunxit: Omnia enim opera nostra operatus es
 nobis. Hinc rursus Ieremias ait: Scio domine quod non
 est

est hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos.

Palmites à vite præcisi, heretici sunt.

¶ Itémque & vos ò schismatici ab ecclesiæ corpore vos præcidentes, & propriis adinventionum vestrarum surculis præcisi, nolite putare quòd fructum deo dignum ferre possitis. Quis enim vitis & palmitum eius nesciat vnitatem? Quandiu palmites in vite manent, tandiu ascendentem per venas intimas viuificum radicis eius humorè bibunt, & viuunt, florentque, & flores fructus parturiunt. Si verò de vite palmes excisus fuerit, iam boni succi ei' participare esse non potest. Ideo tamen si speciem palmitis habet, non viuunt tamen, nec vsum habet alium, nisi vt in igne mittatur, & ardeat. Hec ergo ipsius domini & fidelium eius idonea similitudo data est. Quamdiu per vnitatem fidei magistro concordant veritatis, mandatam dilectione seruant, id ipsum sentièdo, omnes in Christo manent, & singuli de spiritu eius viuentes, internæ viriditatis habent gratiam, & accepta sunt fidei ipsorum obsequia corâ deo. Christus nâquæ in eis est, & in eis loquitur, & quicquid ab eis boni operis fit, à deo factum & spiritu eius confirmatum esse rectè creditur.

Qualiter christo viti fideles iungantur

A' christo præcisi stiles viles. 1. Tim. 3.

¶ Vbi verò dissentientes, seseque per hæreses & schismata ab vnitatem fidei diuidentes, à Christo præcindunt, omne eorum opus mortuum est. De quibus apostolus dicit: Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Igitur à vite & manentibus in eo palmitibus sumpta similitudine sui discipulorumque, secum manentium in vno dilectionis spiritu, Manete, inquit, in me & ego in vobis, videlicet sicut palmites manent in vitæ, vt maneat pinguedo vitis in palmitibus. Nō enim quia vitalis humor vitis in palmites sese diffundit, idcirco palmites in vitæ manent, sed ecōtra: quia palmites manent in vitæ, idcirco vitis illos participes efficit pinguedinis suæ. Quoniã enim singuli per vni' veræ & catholicæ fidei cōfessionem in Christo manemus, idcirco spiritus eius omnes participes sum' & viuunt omne opus bonum, quod ipse per nostrum ministerium operatur. Eant igitur & fructum ferre gestiant plantaria mortis, schismatici omnes & heretici vniuersi, surculi profecto æternis ignibus deputati, quos, spirit' disciplinæ sanctus

In schismaticos & hereticos. Sap. 1.

sancti obsecrare non vel... Ego fructus... Qui te dixi nondum supra autem dicit in bis, quod tum. F. uerfat pœnitentis, n. sancta sancta Non t

Si q. & coll. Hic batio. in vite Mittere eum, & mes e lum ar tum, u beat a domin vitis e narum bricab vas? E tice e

sanctus effugit fictos, quorum fidei deprauata cōfessio, & obsequium omne, tam verè verbo vitæ & spiritu veritatis caret quàm verè palmes, nisi manserit in vite, fructum ferre non potest, quàm verè manus abscisa à corpore, viuere vel operari non valet. Sequitur:

Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.

¶ Qui manet in me, inquit. Idcirco repetiuit quod iam antè dixerat: Ego sum vitis, vt manifestius exprimeret, quòd nondum expresserat, quos vellet intelligi palmites. Nam supra dixit: Ego sum vitis, & pater meus agricola est: nunc autè dicit: Ego sum vitis, vos palmites. Et adiecit: Qui manet in me, q. d. Propterea dixit: Manete in me, & ego in vobis, quia qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum. Fructificat enim nunc quidem per innocentiam conuersationis, nunc per obedientiam in præceptis, nunc per penitentiam de erratis, nunc per sedulitatem boni operis, nunc per patientiam in aduersis. Floret per desideria sancta, frondet per verba ædificatoria, redolet opinione sancta per exēpla, fructificat per opera iustitiæ deo digna. Non tamen à se, quia sine me, inquit, nihil potestis facere.

*palmites
in vite
manētes
qualiter
fructifi-
cent.*

¶ Circa tertium dicitur:

Si quis in me nō manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

¶ Hic ponitur vnitatis scissa Christum deserentium reprobatio. Si parum tibi videtur eum palmitem, qui nō manet in vite, nihil posse facere, pauēdum certè est quod restat. Mittetur enim foras sicut palmes & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent. Non solùm ergo nihil facit palmes excisus, sed & de illo nihil fit: verbi gratia, non vasculum aut paxillus vel cuiuslibet artis aut operis instrumentum, nec omnino quicquā est propter quod illū sumere libeat artificem lignariū. Vnde ad Ezechielem prophetam dominus loquitur, dicens: Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnib⁹ lignis nemorum quæ sunt inter ligna sylvarum? Nūquid tolletur ex ea lignum vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce igni datum est in escam. Huic sententiæ propheticæ consentit Apostolus, non vt existimauit Nouatus,

*Lignū vi-
tis inutile*

*Exec. 15.
Apostoli
verbum ma-
le à No-
uato intē-
lectum.*

R iiii qui

Heb. 6.

qui pœnitentiæ remedium lapsis denegabat, sed difficultatem renouationis eorum, qui alta sapientes de hac vitæ præcisi, & hæresiarchæ facti sunt, terribiliter pronuncians. Impossibile est enim, inquit, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donū cœlestē, & participes facti sunt spiritus sancti: gustauerunt nihilominus bonum dei verbum, virtutesq; seculi venturi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi filiū dei, & ostentui habentes.

*Tit. 1.
Mira de
hæreticis
Christi, p
phetæ, &
Apostoli
cōsonātia*

¶ Nullam enim hîc aliã desperationem pœnitentiæ docet Apostolus, quàm eam de qua ad Titum scribens ait: Hæreticum hominem post vnam & secundam commonitionē denita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit quum sit proprio iudicio cōdemnatus. Itaque de illo qui se ab vnitatē veræ vitis, id est, Christi præcidit, hæreticus effectus, vno ore, pariliq; sensu consonant Christus propheta, & Apostolus. Christus enim dicit: Si quis in me non māserit, mittetur foras sicut palmes & arefcet, & coligent eum, & in ignem mittent & ardet. Propheta autem: Nunquid, ait, tolletur ex ea lignum vt fiat opus, aut fabricabitur ex ea paxillus? Ecce igni datum est in escam.

Ezech. 15.

*Mitti foras
quid
sit.*

¶ Mittetur, inquit dominus, foras qui quis in me non māserit: foras, inquā, hoc est, ab interioribus & salutaribus, ad exteriores & seculares curas deuoluetur, & incidet in desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Præterea mittetur foras, id est,

*1. Tim. 6.**Luc. 13.**Mat. 25.*

*Psal.
Fœnū te
ctorum
quid.
Psal.*

extra communionē, seu ecclesiam iustorū, quasi foras paternam domū in regionē longinquā, vbi est fames valida vt pascat porcos. Quid enim sufficere poterit ei qui solum & summum bonum deum non habet? Deniq; tandē foras mittetur quum audiet. Ite maledicti in ignem æternum.

¶ Et arefcet, inquit, vtique sicut fœnū tectorum, quod priusquam euellatur exaruit. Fœnū enim tectorum quod in alto nascitur, superbos quosque significat, in alto semper & arido loco mente consistentes, breui virentes tempore, qui & priusquam per mortem euellātur, excidentēs à Christo, exarescunt. Hinc propheta plangens: Aruit, inquit, cor meum, quia oblitus sum comedere panē meum, qui vtique est verbum dei, quod tunc ad animarum nostrarum

stratu
suscep
¶ Et co
in Eua
foribu
sciu
in cul
& ard
vel à
ctrina
collig
& pra
bus fia
Et hæc
sus in
illis pa
enim:

Si m
que vol
¶ Hæc
scipuli
autem
facim
mus q
stra sit
māser
postol
bus ne
go in
& ver
que in
do: Qu
missio
tantib
tamen
dixisse
litadin
xit) ess
quid su

strarum vegetationē comedimus, quū illud credula mēte susceptum tenentes, moribus implemus.

¶ Et colligent eum, inquit, scilicet angeli messorum, sicut *Palmites inutiles* in Euangelio domin⁹ dicit: In tempore messis dicam mes- *qualiter colligētur* soribus: Colligite primū zizania, & colligate ea in fasciculos ad comburendum. In fasciculos, inquit, ut pares *Mat. 13.* in culpa pari supplicio crucientur. Et in ignem mittent, & ardet. Quisquis à vera vite Christo discedit, colligitur, vel à seductoribus hominibus in sectam aliquam & doctrinam peruersam, vel à fallentibus hunc dæmonibus in colligationem quamlibet impietatis, & ardet, iam viriis & prauis cupiditatibus, ut postmodum ardeat gehennalibus flammis. Paleas enim comburet igne inextinguibili. *Mat. 3.* Et hæc quidem de ligno vitis, quod quū ad cætera sit prorsus inutile, igni datum est in escam. Econtrà verò quid de illis palmitibus qui in vite manent dicat, aduerte. Ait enim:

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

¶ Hæc dicendo aperuit quomodo in suis maneat ipse discipulis, si videlicet verba sua in illis manserint. Manent autem in nobis verba sua, si credimus his quæ ipse dicit, si facimus quæ præcipit, si vitamus quæ interdicit, si diligimus quæ promittit. Quum Christus verbū dei & caro nostra sit, si verba eius, id est, fides verbi incarnati, in nobis manserint, profectò ipse Christus manet in nobis, sicut Apostolus testatur, habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Ergo quod dixerat prius: Manete in me, & ego in vobis, hoc repetiuit dicendo: Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, ut huius vnitatis mutue quæ in inuicem mansionis præmium subnecteret, dicendo: Quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. Quæ promissio ne dubitationis scrupulum nobis moueat, cogitantibus & sciētibus multa petere fideles Christi, quam tamen non fiant eis, memoriter tenendum est prius eum dixisse: Ego sum vitis, vos palmites: & idcirco secūdū similitudinē vitis & palmitum eius, hoc (ut cætera quæ iā dixit) esse accipiendū. Sed nunquid vitis palmitibus suis aliquid suum denegat aut subtrahit? Nōne oēm gratiam sui viroris, *Christi verba que liter manent in nobis.* *Eph. 3.* *Quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.*

IN FESTO

viroris, omnem virtutem suæ radicis in eos transfundit, & per singulos dispartit, totumq; ex illis fructū suum dependere facit.

Quid nobis à deo petendū est

¶ Quæ autē gratia, quæ virtus est in radice vitis huius, scilicet Christi filii dei, nisi oīs plenitudo septiformis gratiæ spiritus sancti? Ergo sicut palmites à vite nihil aliud nisi quòd habet vitis in se expectare vel accipere possunt, sic isti palmites rationales à vera vite, quæ Christus est, nihil nisi quòd habet ipsa vitis, vel petere debēt, vel accipere possunt. Igitur si manseritis, inquit, in me, & verba mea in vobis manerint, quodcūq; volueritis, petetis, & fiet vobis. Hoc est, nō in auro & argento, sed & in omni verbo & in omni scientia diuites eritis, & non concupiscentias carnis, sed omnè donum spiritus sancti, quia omnè donū perfectū quod deforsum est, descendēs à patre luminū petētes, ex me accipietis, scilicet diuini timoris gēmulas, pietatis frōdes, seu pampinos, scientiæ flores, fortitudinis botros, maturas cōsiliū vvas, intellectus torcularia, sapiētīæ apothecas. Quicquid talium petieritis, quia ad verā vitem pertinent, quia gratiæ & veritatis diuitiæ sunt, fiet vobis, ita vt fructus gratiarum omnium (tanq̄ botros de magnis palmitibus dependentes) totus miretur orbis. Quicquid his septem spiritus sancti donis abundantius est, fructuosum non est, & ad vinum salutis nō pertinet, sed à natura vitis alienū est: & idcirco manentibus in vite palmitibus, cupiendū aut petendū non est, neque illis fieri debet.

IN FESTO S. APOSTOLORUM PHILIPPI & IACOBI.

Ioan. 14.

Non turbetur cor vestrū. creditis in deū, & in me creditis. ¶ In hac lectione tria notantur. Primū est, discipulis mœstitia grauatis, quasi relinquēdis orphanis, facta paterna consolatio. Secundum est, ad eorundam trepidantium sciscitata, notanda Christi responsio. Tertium est, Christi cum deo patre veræ consubstantialitatis assertio. Primum, à principio lectionis. Secundum, ibi: Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis. Tertium, ibi: Dicit ei philippus: Domine, ostende nobis patrem.

¶ Circa

¶ Circa
prehe
pulis p
ximus
minu
Secun
¶ Circa
videlic
si dixi
fatana
triturę
Hoc v
turbat
est vnd
corde
dis in v
¶ Itaque
dum, &
vos iam
dentes
que re
tremir
deitati
vniuer
rate. E
virent
uar sal
hyems
de rad
floresc

¶ Circa primum aduerte, quòd ea quæ in hac lectione cõprehenduntur verba Christi sunt quæ loquutus est discipulis post nouissimam illam cœnam, quum iam esset proximus passioni. In quibus de duobus discipulos suos dominus consolatur, videlicet: Primò de fide suæ diuinitatis. Secundò, de promissa sc̃licitate mansionis cœlestis,

¶ Circa primum dicit: Non turbetur cor vestrum, de mea, videlicet quæ iã imminet, vel de vestra futura passioe, ac si dixisset: Non deficiat fides vestra. Et est sensus: Quoniã satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticũ, & tãta illi⁹

Ioan. 16.

trituru⁹ vis erit, vt dispergami⁹ oēs, & me solũ reliquatis. Hoc vnũ restat, vt corporaliter dispersi saltẽ corde imperturbato permaneatis mecũ in tẽtationib⁹ meis. Hoc enim est vnde pro te rogavi Petre, vt dũ voce me neges, saltẽ in corde tuo fides mea nõ deficiat. Et de hoc ipso quod offēdis in verbo, aliquando conuersus confirma fratres tuos.

Luc. 22.

¶ Itaque non turbetur cor vestrum propter ventum validum, & tempestatem violentã in fluctibus meæ passiois vos iam iamq; pulsantem atque iactantem, sed in deũ credentes, anchora fidei inconcussæ etiam in me credite, neque tentationum mearum euentu turbati, errasse vos arbitramini in eo quòd hactenus credidistis in me, sed in fide deitatis meæ quam confessi estis, dicẽtes ore vnus vestrũ vnuerſi: Tu es Christus filius dei viui, constanter perseuerare. Et si nunc ingruentis asperitas hyemis, extrinsecus virentis confessionis vestræ folia deterit ac dispergit, viuat saltẽm intrinsecus radix bonæ arboris, vt postquã hæc hyems transferit, postquã hic imber abierit & recesserit de radice credulitatis quæ viget in corde ad iustitiam, reflorescat oris confessio ad salutem.

Creditis
deum, &
in me cre
dite.Mat. 16.
Similitu
do.Cant. 2.
Rom. 10.

¶ Circa secundum dicit:

In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum.

¶ Hic dominus discipulos, imò fideles vnuerſos, consolatur de promissa sc̃licitate futuræ mansionis cœlestis. Quasi dicat, continuans se ad præcedentia. Vultis tandem audire quid sibi velint ea quæ mox visuri estis, & quorum metu dispergemini, vel quare ego illuc vadã, quòd abeuntẽ vos non potestis me modo sequi. Ecce edico vobis: In do-

Ioan. 13.

mo pa-

- Quibus mansiones cœlestes seruantur.* 2. Cor. 5. mo patris mei mansiones multæ sunt, quæ vobis seruatur quos mei causa persequutionibus & odiis suis mundus expungit, vt quibus in hoc mûdo propter me pars nulla, mansio nulla secuta permittitur, mansiones in cœlo multas, præclaras, domum ex deo non manufactam, æternam, in cœlo permanentem, vobis seruari pernoſcatis. Et ideo vado quò non potestis me modo sequi, quia illarum quæ in domo patris mei sunt mansionum habitatores siue maiores, omnes videlicet filios dei qui ab initio dispersi sunt pro culpa primi parentis, eorû (qui desertorem diabolum sequutus, priuauit seipsum & omne genus suum mansionibus illis) oportet per mortem meam tam de viuis quàm de mortuis, tam Iudeis quàm de gentibus cõgregari in vnum. Ista est causa quare vadam, quare tranſeam ex hoc mûdo ad patrem, quia in domo patris mei mansiones multæ sunt.
- Mansiones multæ.* *Disparitas beatitudinis gradus.* 1. Cor. 15. *Simile disparitatis damna nulla.* *Luc. 6.* *3. Reg. 10.* Sed considerare libet quomodo in cœlesti domo mansiones multæ fore dicantur, quando quidẽ denarius diurnus omnibus in vinea patris familias laborantibus datur, & vnicum sit æternæ beatitudinis obiectum, quod beatos faciat, ipse deus. Ad hoc respõdetur, quòd licet sit idẽ eterne felicitatis præmium, illud tamen inæqualiter participatur. Nam in illa beatitudine nõ dispari, vnusquisque iuxta dispar meritum locum disparem percipit. Itaque mansiones illic multæ sunt, quia diuersa sunt merita venientium, diuersa dona gratiarum, quæ vobis, inquit, & illis distributa vel distribuenda sunt. Itaque sicut alia claritas solis, alia claritas lunæ, atque alia claritas stellarum, stella quoque differt à stella in claritate, sic & ipsæ mansiones multæ sunt, & gloriæ differentis. Veruntamen omnes in firmamento immortalitatis & incorruptionis stabilitæ sunt, vbi disparitatis nemo damna sentit, quòd tantum cuique sufficit quantum percepit, nec vltioris gloriæ capax est, quòd de fiderii sui capacitas tota, mensura bona, & conferta, & coagitata, & supereffluente, sit superadimpleta. Nec vllum locum habet illic inuidia, vbi concordia & claritatis perfectæ tanta vis, vt quod in semetipso quisque non acciperit, illud in alio se accepisse gratuletur.
- ¶ Hæc sunt seruorum Salomonis habitacula & ministrantium ordines, quæ videns regina Saba, non habebat vltra spiritum.

spiritu
forſan
non it
parat
te ſu
quia n
tam g
Et ſ
cipiam
¶ Qua
tis m
tamen
catis v
magis
vt im
uerſæ
nus an
ſionib
guine
nes, in
cerdot
ſtẽ & l
tris ve
quam,
eine iu
hoc m
parat,
& hoc
¶ Prim
in eis
merit
etiam
legim
¶ Secu
ſe, ſicu
ham a
grega
tuum
¶ Ter

spiritum. Si quo minus dixissem vobis, inquit, hoc est, si forsitan haecenus non dixissem vobis: vel si dixissem, sed non ita palam & planè, ecce nunc vobis dico, quia vado parare vobis locum in domo patris mei, ubi mansiones multae sunt. Si ergo vos terret tribulatio, mulceat retributio, quia non sunt cōdignae passionis huius temporis ad futuram gloriam. Sequitur:

Roma. 8.

Et si abiero & preparaverò vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis.

¶ Quasi dicat: Licet enim mansiones multae in domo patris mei ab origine mundi paratae iam fuerint, mansores tamen earum adhuc imparati sunt. Adhuc enim estis in peccatis vestris omnes filij Adae. Quod etiam non diffitètes magni & electi fidelis Abrahamae filij facti sumus, inquit, ut immundi omnes nos, & sicut pannus menstruatae, universae iustitiae nostrae. Nunc autem dico vobis (si quo minus antè dixissem) quia vado parare vobis locis vel mansionibus illis, hoc est, lauare vos à peccatis vestris in sanguine meo, ut digni sitis introire in illas sydereas mansiones, in illa caelestia sancta sanctorum, ut sitis regnum & sacerdotes, quia non aliter suscipient vos illae mansiones, iuste & legitime haecenus exheredatos pro communis patris vestri vitio, nisi per me alium patrem, ut per me, inquam, in morte mea vos regenerantem, introducamini, ordine iustitiae servato. Abiens ergo Christus & transiens ex hoc mundo ad patrem, electis suis in regno patris locum parat, id est, ipsos (ut dictum est) locis illis idoneos facit, & hoc multis modis.

Ante passionem domini omnes erant in peccatis.

Esai. 64. Vado parare locum. Apoca. 2. & 5.

Ioan. 13.

¶ Primò, corporalem sui praesentiam subtrahendo, ut fides in eis locum habeat, quae est de re non visa, inde enim fidei meritum cōsurgit. Ex hac autem fide vivit iustus, per quam etiam cor hominis purificatur, sicut in Actis apostolorum legimus: Fide purificans corda eorum.

Qualiter caeli mansionibus idoneos effecit.

Act. 15. Ioan. 12. Mat. 24. Matt. 6.

¶ Secundò, desiderium eorum excitando & trahendo post se, sicut ipse ait: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Ubicumque enim fuerit corpus, ibi cōgregabuntur & aquilae. Et ubi thesaurus tuus est, ibi & cor tuum erit.

¶ Tertio, pro nobis apud patrem interpellando. Praecursor enim

Hebr. 6. for enim pro nobis introiit Iesus secundum ordinē Melchisedech pōrifex, id est mediator, factus in aeternū. Vnde
1. Ioan. 2. & Ioannes ait: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christū iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.
Apoc. 5. Coloss. 1. ¶ Quarto, pretium nostrae redemptionis exoluēdo: redemit enim nos in sanguine suo, & (vt per Apostolū dicitur) habemus in eo redemptionē & remissionem peccatorū.
 ¶ Etsi abiero, inquit, & vos sic praeprauero, iterum venio ad vos, scilicet resurgendo à mortuis, pace inter deum & vos reformata. Legatus fidelis, iterum, inquam, venio, pacem ac remissionē peccatorū vobis annūtiās, dicēsq̄: *Ioan. 20.* Pax vobis, deinde accipiam vos ad meipsum. Vbi notandus est ordo verborum, attendenda distinctio temporum. Non dico vobis, inquit, quia venio & accipio vos ad meipsum. Non enim vno eodēque tēpore, & à mortuis resurgo, & vos accipiēdo ad meipsum tollo de hoc mundo: sed nūc quidem praesenti tempore venio, quia cito resurgo, vos autem non statim accipio, sed tandem accipiam, postquam & alios ad easdem mansiones per vos inuitauro, vt vbi sum ego, & vos sitis, simulque omnes quoscūq̄ vobiscum adducetis, vt mansiones impleātur, quae in domo patris mei multae sunt. Sequitur:

Et quò vado scitis, & viam scitis.

¶ Mira caelestis magister docendi arte, paruulos adhuc alumnos suos ad quaerendum excitat, vt attēiores factos melius introducat, dum dicit: Et ego quò vado scitis, & viam scitis. Vtique Petro dicenti: Domine, quò vadis, non statim dixit: Ego ex hoc mūdo transeo, vel ad patrē vado, sed hoc tātū, Quo ego vado, nō potes me modo sequi, sequeris autē postea. Discipulis ergo occasione interrogandi dedit, dum ait: Et quò ego vado scitis, & viā scitis.

¶ Circa secundum dicitur:

Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire?

¶ Hic ponitur ad sciscitata discipulorum trepidatium notanda domini responsio. Quum necdum dixeris nobis, inquit Thomas, quò vadis, quomodo tu dicis nobis, & viā scitis? Consequitur enim, vt si quis aliquā ignorat patriā, multò magis viā nesciat quae ducit ad ipsam. Sed ne cuiquam

quam
quò ip
ne om
rū esse
ait Th
fius, &
Licet e
sti, nesc
caret vi
omnibu
quam s
Dicit
¶ Me, in
dei viu
via sum
inquam
volunta
potestis
Ne
¶ Habe
per san
Nec po
recoili
& doct
Christu
Rupert
mo cre
vobis, c
sue Ha
terre, &
venit a
Ideo
hit ad n
spiritum
¶ Ego, in
quia qu
fiar ad s
facio or
dendo,

quam inter se pugnare videatur, quòd dominus ait eos & quòd ipse ibat scire, & viam scire, & quòd Thomas nomine omniù loquens vtrunque se scire negat, attédat & verù esse quod dominus dixit, & veritati nõ repugnare quod ait Thomas. Nam & si discipuli sciebát, & quòd iret Christus, & per quã viam, nesciebát tamen hanc se viam scire. Licet enim scirent, patrem & filium, & humanitatẽ Christi, nesciebant tamen quòd passionem & mortem suã vocaret viam, & patrem suum terminum viã. Itaque magis omnibus intentis ad audiendum, tãdem illis viam indicat, quam se nescire putabant. Nam sequitur:

Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas, & vita.

¶ Me, inquit, scitis, in me credidistis, me Christum filium dei viui cõfessi estis. Ego autem, ego ipse, quem ita scitis, via sum, per quã vobis illuc eũdum est quo ego vado. Via inquam sum, quod & vos ipsi plenè fatemini, prompta voluntate vultis me sequi, quod tamen modo facere non potestis. Ecce ego dico vobis, qualis via ego sum.

Nemo venit ad patrem, nisi per me.

¶ Habemus, inquit, A post. fiduciam in introitum sanctorũ per sanguinem ipsius, quam initiauit nobis viam nouam. Nec potest quisquã venire ad patrem, nisi redemptore & recõciliare Christo. Itaque Christi domini nostri & actio, & doctrina, & passio, via sunt ad patrẽ. Fides proinde in Christum via est ad patrem veniendi. Quid enim est (vt Rupertus ait) nemo venit ad patrem nisi per me, nisi, nemo credit in patrem, si non credit in me? Propterea dixi vobis, creditis in deũ, & in me credite. Nam siue Iudæus, siue Hæreticus sit, nihil proficit confitendo deum cœli & terre, & omnis ornatus eorũ creatorẽ esse: nec enim peruenit ad patrem tali confessione, quia non credit in me. Idcirco quemcunque pater ad se attrahere dignatur, attrahit ad me, vt cõformis factus imaginis filij, per adoptiõis spiritum filius hæresque fiat, coheres autem eiusdem filij. ¶ Ego, inquã, sum nõ solùm via, sed etiam veritas & vita: quia quum corde credatur ad iustitiam, ore autè cõfessio fiat ad salutem, sicut bene diligo credentem, sic & veracè facio ore confitentem, sic & nihilominus me ipsum ostẽdendo, æternaliter viuifico credentem atque confitentẽ.

Itaque

*Mat. 16.
Christus
est via ad
patrem.*

*Heb. 10.
Nemo ve-
nit ad pa-
trem, nisi
per chri-
stum.
Rupertus.*

*Roma. 8.
Christus,
via, veri-
tas, & vi-
ta.*

Itaq; quia nemo rectè ambulat nisi credendo in me, via sum. Et quia nemo verax est, nisi confitendo me, veritas sum. Et quia nemo viuit nisi qui habet me, vita sum. Etenim nemo habet patrem, nisi qui habet me. Nemo venit ad patrem, nisi qui videt me. Via sum, per quam credèdo itur. Veritas, per quam confitendo peruenitur. Vita, qua beatè ac sempiternè viuatur. Ego sum via ducens, veritas lucens, vita pascens: Via sum errantibus, veritas sum à vanitate illulis. Vita sum mortuis.

¶ Igitur, inquit, quò ego vado scitis & viam scitis, quia videlicet & patrem meum ad quem vado scitis, & me filium eiusdem dei viui confitentes, scitis. Scitis, inquam, sed tamen nondum cognouistis. Non enim scire idem omnino est, quod cognouisse. Siquidem & mulier priusquàm nubat viro, scit quem habere maritum velit, veruntamè nò propriè dicitur cognouisse nisi postquam acceperit, & ei naturali more fuerit copulata. Itaque & vos nunc quidè iam me scitis, sed spiritum amoris nondum accepistis, quo vestræ animæ degustato substantiam vel naturam vini sui, scilicet filij dei ab vniuersis quæcunque condita sunt, discernere norint. Sequitur:

Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis, & à modo cognoscitis eum & vidistis eum.

¶ Si, inquit, quo modo personam meam scitis & creditis me esse Christum filium dei viui, si ita & substantiam vel naturam meæ diuinitatis cognouissetis, & patrem utique cognouissetis. Non enim alia patris, atque alia filij substantia, vel natura est, sed qualis pater, talis & filius est. Etenim (sicut dixit Iudæis) ego & pater vnum sumus. Igitur si cognouissetis me, si quod reuelante nò carne & sanguine, sed patre meo qui in cælis est (quod adhuc extrinsecus, & quasi à longe prospexistis) illud intra vos accepissetis dilatata anima, & aperto sensu ad intelligendàm scripturas, quæ omnes de me loquuntur, & patrem meum utique cognouissetis.

¶ Sed neutrum adhuc cognoscebant perfecte, verum ne contristentur, dat spem patrem cognoscendi, dicens: Et amodo, id est, ex nunc cognoscetis eum. Postquam enim abitero & preparauero vobis locum, dum iterum venio ad vos,

reconci-

*Differunt
scire & co
gnoscere.*

Ioan. 10.

Mat. 16.

Luc. 24.

*Nec Christi
sunt nec pa
trem eius
discipuli
adhuc co
gnoscebant*

reco
accip
mittu
prura
autè
faci
& pat
corde
lustrat
¶ Sic e
distis
specul
meipl
tis. Ex
Potest
sit sen
sibi cõ
gelum
videa
re. Ita
que p
li in su
tatis c
iam p
dit plu
stis, su
animè

D
nobi
¶ Hic
subst
pi peti
ficit n
sti, qu
iret :
domi
pefac
dere &

reconciliacionem factam annuntiās, dicēnsque: Pax vobis, *Ioan. 20.*
 accipite spiritum sanctum: quorū remiseritis peccata, re- *Luc. 24.*
 mittuntur eis, & aperio vobis sensum vt intelligatis scri-
 pturas, extūc & me, & patrē meum cognoscetis. Amplius
 autē ex quo iterum spiritū sanctum de cælo do vobis, vt
 faciūdi & fortes sitis ad prædicandū cunctis gentibus me
 & patrem meum sicut cognouistis, & nullo aduersantium
 core vllatenus inuoluamini, extūc patris cognitione il-
 lustrati eritis. Ita cognoscentes, iam vidistis eum.

¶ Sic enim cognouisse, vidisse est. Itaque extunc iam vi-
 distis eum, nondum tamen facie ad faciem, sed quasi per
 speculum & in ænigmate. Donec enim accipiam vos ad
 me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis, ex parte cognosce-
 tis. Ex tūc autem videntes eum sicuti est, similes ei eritis.
 Potest autē quod ait, Et vidistis eum fortassis intelligi, vt
 sic sensus: Vidistis eum loquentem & oporantem in filio
 sibi cōsubstantiali incarnato, sicut dicimus visum esse an-
 gelum, nō quod ipsa angeli substantia mortalium oculis
 videatur, sed prout vidētibus possibile est angelū vide-
 re. Ita & hic qui filium videt, videt & patrem in operibus
 quę per filium pater est operatus: imō nec filium aposto-
 li in sua nuda diuinitate, sed duntaxat indumentū diuini-
 tatis carnem assumptam viderūt. Quum autem dicit eos
 iam patrē vidisse, & hūc amodo cognituros, vtique ostē-
 dit plus esse cognoscere quā videre, quem, inquit, vidi-
 stis, superest vt cognoscatis. Multa enim videmus quę mi-
 nimē cognoscimus.

¶ Circa tertium sequitur:

Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit
nobis.

¶ Hic ponitur Christi saluatoris nostri cum deo patre cō-
 substantialitatis assertio. Vbi primū ponitur beati Philip-
 pi petitio, dicentis: Domine, ostende nobis patrem & suf-
 ficat nobis. Sicut malē intellexerat Thomas verbū Chri-
 sti, quod ego vado scitis, & viā scitis: & ideo quæsiuit quō
 iret: ita & Philippus non rectē intelligens quod dixerat
 dominus, amodo cognoscetis patrem & vidistis eum, stu-
 pefactus est, quum se patrē vidisse nesciret, sed hunc vi-
 dere & cognoscere desiderans, ait: Domine, ostende no-
 bis pa-

*æquali-
 tatis in-
 ter patrē
 & filium
 assertio.
 christi
 verba nō
 rectē in-
 tellexe-
 runt.*

bis patrē, & sufficit nobis. Dixerat dominus: Si cognouissetis me, & patrē meum utique cognouissetis, asserēs per se, & in se, patrem suum manifestari. Philippus verò ordine mutato, patrem sibi ostendi postulabat, quasi iam certissimè filiū & plene cognosceret. Sed hanc Philippi opinionē dominus nō probās, ad viam hunc reducit, dicens:

Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? philippe, qui videt me, videt & patrem.

Luc. 10. ¶ Dicit Philippus: Te magister & domine, Christe fili dei viui, te, inquam, iam vidimus & agnouimus, dileximus & cōfessi sum⁹, & beatos esse fatemur oculos nostros, quate videre meruimus. Iam nihil superest, nisi vt patrē ostēdas, nam de te sufficit nobis.

Discipulos necdū filiū, patrē cognouisse. ¶ Sed hoc dicēs, profectō filiū se non cognoscere confirmabat, quia videlicet in homine visibili inuisibiles diuinitatis diuitias quærere, vel esse, nesciebat, ad quas illos & prius inuitauerat, dicendo: Ego sum via, veritas, & vita. Ideo dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Tam veri sermonis, tamque admirandorum operum testificatione instructi, adhuc & vos sine intellectu estis, neque cognoscitis me, nō solūm visibīlē hominem, sed & inuisibīlē deū esse? Quomodo enim me cognoscitis, qui videntes me hominem, totum illud quod est Christus filius dei viui, vos vidisse putatis, & dicitis:

Mat. 25. Ostende nobis patrem & sufficit nobis? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Non quia alius sit pater, alius sit filius, sed quia vnus omnino substātiæ, omnino similes, omnino æquales in deitate sunt. Et de duobus omnino similibus vulgō dicitur: Si vides istum, & illum etiā vidisti. Nō enim aliud, inquit, d̄ Philippe sum ego, & aliud pater. Non aliud, inquam, quia ego & pater vnum sumus, licet alius sim ego, quia filius, alius ille, quia pater. Nō sum, inquit, ego à patre diuersus habitu, non remotus loco, non tēpore posterior. Sed omne quod pater, hoc & filius est, nisi hoc tantūm (vt dictū est) quod ille solūm pater & nō filius est, ego autē solūm filius, & non pater. Igitur qui me videt, videt & patrem. Et econtrā: Qui me non videt, non potest videre patrem. Non enim videt aut nouit filium, qui patrem putat filio meliorem, quo liquidō pater vos me

Filius & pater vnū & idem sunt.

10an. 10.

me nondum cognouisse. Proinde quisquis filium magis quam patrem visibilem asserit, hæreticus est, quia dissimilem vel inæqualem patri filium facit. Hæreticus, inquam, est, taliter de Christo sentiens post aduentum, videlicet spiritus sancti, ex quo apertis sensibus scripturas oportet intelligi. Sequitur:

Quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est?

¶ Quomodo, inquit, tu dicis, ostende nobis patrem, videlicet addendo, & sufficit nobis, quasi filium sicuti est, iam videretis? Nō credis, quia ego in patre, & pater in me est, id est, & tota natura patris in filio, tota nihilominus natura filij in patre est, ita vt ego & pater (vt iam dictū est) vnū simus, & alter sine altero nunquā videat, nihil loquatur, nihil operetur. Hoc ergo, o Philippe, rectius dixisses: ostēde nobis deum, & sufficit nobis, deum, inquā, vnum, patrem & filium & spiritum sanctum, qui est sine vlla differentia deus inuisibilis, qui habitat lucem inaccessibile, quem nemo vnquam mortalium vidit, nec videre potest. Nec enim videbit me homo (inquit ad Moysen) & viuēt.

¶ Hoc profectō rectē dicat homo fidelis, qui tedium patitur presentis, & amorē habet futuri seculi, qui diligit deū, & hoc nequam fastidit seculum, dicat, inquā, talis: Ostēde nobis patrem & sufficit nobis. Quemadmodum enim desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontē viuū, quando veniam & apparebo ante faciem dei? Deum (inquit B. Ioannes Baptista) nemo vidit vnquam. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Reprehēnsibilis ignorantia hoc esset, si dicētes, ostēde nobis patrem, & sufficit nobis, nesciretis & nō crederetis, quia ego in patre, & pater in me est. Proinde, sicut dixi Iudeis, si verbis meis non creditis, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quia in me est pater, & ego in patre meo, & vobis dico modō:

Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera.

¶ Ad consubstantialitatem sui cum patre probādā duo dat testimonia, alterū dictorum, alterum factorum. Verba, inquiens, quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor,

Pater & filius de⁹ vnus & indiuisus.

1. Tim. 6. Exo. 33.

Piorū clamor: Ostēde nobis patrem. Psal. Ioan. 3.

Ioan. 10. Duobus testimoniis, consubstantia

litas patris & filij asseruitur.

Dent. 10

quasi dicat: Validū in sermone meo testimonium est, quia sicut scitis, sicut per opera experti estis, verba quę ego loquor vobis, à me ipso nō loquor, id est, nō de corde meo, sicut propheta mendax confingo. Verum nanque habent effectum verba quęcunque loquor. Dicit autem lex: Hoc habebis signum. Quōd in nomine domini propheta ille prędixerit & nō euenerit, hoc dominus nō est loquutus, sed per tumorem animi sui propheta cōfinxit. Ergo verū & dignum est in sermone meo testimonium, quod secundum legē saltem vobis amicis meis satisfacere debuerat ad credēdum, verum istud quoque esse quod & vobis discitentibus & Iudæis aduersantibus persępe dico, quia in me est pater, & ego in patre meo.

Testimonium factorum.

¶ Sed ad testimoniū dictorū accedit & testimoniū factorum. Nā pater in me manēs ipse facit opera, id est, deitas quę mihi cum patre eadē est, ipsa operatur. Nūquid si mē tirer in sermone, māsisset in me tandiu mirabiliū effector spiritus eius, qui à superbiētibus semper recedit, sicut recessit à Saul? Igitur quia & in lege scriptum est, quod duorū hominum testimonium verum sit, quid ultra hærētis?

1. Reg. 15.
Dent. 17

Non creditis quia ego in patre & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.

¶ Quasi dicat: Quum sic deitas operetur in me, nō creditis quia ego in patre, & pater in me est? Si enim separati essemus, nequaquam inseparabiliter operaremur. Alioquin propter opera ipsa credite. Hoc est: Si & vos potius signa petitis, neque sapientia & veritate contenti estis, propter opera ipsa credite quę ex patre meo multa vobis ostendit. Sed nunquid ego solus (testimoniū eorum quę dico) opera cęlestia facio?

Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quę ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado.

cur maiora discipuli facturi erāt

¶ Quasi dicat: Quia ego ad patrē vado, ideo iam vestrum erit miracula facere. Ego enim ab eo, non pereō per mortem, sed in propria virtute permanens, ex hoc iam in cęlestis ero. Quod utique dicit consolans eos. Quia enim tristabatur de morte eius, ostendit quoniam manet semper, & non solum manet, sed etiam maiorem per eos ostēdet virtutē. Non enim caritura est effectū hęc sua promissio, quum

quū ipse iam dixerit: verba quę loquor vobis, à memet-
ipso nō loquor: nō ergo carebit effectu præsens hæc pro-
missio de maiorib⁹ per suos fideles signis & operibus pa-
trādis, sed ipsum vera promississe palām fiet omni mūdo
teste, omni mundo quasi ad spectaculum latis animarum
suarum cursibus, in vnam fidem nominis sui cōcurrēte.

¶ Sed quæ possunt esse opera, Christi operibus maiora,
quæ per credētes facta sunt? Ad hoc (vt cętera taceamus)
respondetur. Quale est in plateis poni infirmos in lectu-
lis, vt trāseūte Petro saltem vmbra illius obumbret quę-
quam illorū, & liberentur ab infirmitatibus suis. Præter-
ea Christus ipse salutaris doctrinæ sermone, vna tantūm
lingua (Hebræa scilicet) in vna tantūm gente, nō magna
prædicauit, & paucissimos ex eis conuertit. Illi verò qui
crediderunt in eum, postmodum spiritu sancto accepto,
linguis omnibus, cœlestis sapientiæ sermonem cunctis
gentibus loquuti sunt. Et qui fuerant homines idiotæ &
sine literis, innumerabilem hominum de cunctis Genti-
bus multitudinem, fructuoso labore in æternam salutem
acquisierunt. Bene ergo ait: Qui credit in me, opera quæ
ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet

¶ Sed vnde hoc illi qui credit in Christum vt tāta faciat?
Hinc videlicet, quia ipse ad patrem vadit. Per hoc enim,
inquit, quòd transeo ex hoc mundo ad patrem factus pro
vobis illi obediens vsque ad mortem, mortem autē cru-
cis, per hoc inquā fiet, vt vos remissionem peccatorum
accipientes, aliorum quoque peccata remittere possitis.
In ipsa quippe morte, qua vado ad patrem, vos eidem pa-
tri deo reconciliabimini, & tunc induemini virtute ex al-
to, vt fiat quod scriptum est: Cœli enarrāt gloriam dei, &
opera manuum eius annūtiat firmamentum. Nō sunt lo-
quelæ neque sermones, quorum non audiātur voces eo-
rum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines or-
bis terrę verba eorum. Hęc profecto maiora sunt horum
quæ nunc ego per me facio, & hæc paulò pōst facietis,
quia ego ad patrem vado. Sequitur:

Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.

¶ Modo petitis dicentes: Domine, ostende nobis patrem,
& sufficit nobis. Petitis, inquam, sed non in nomine meo.

*Quæ sint
illa maio-
ra quæ
per disci-
pulos pa-
trata sūt.
Act. 3.*

*Vnde sūt
discipulis
tanta fa-
ciēdi fa-
cultas.
Phil. 2.
Luc. 24.*

psal.

*Quid sit
in christi
nomine
petere.*

Nec enim adhuc cognouistis me, quum tãto tempore uobiscum sim. Non, inquam, cognouistis, quia ego in patre, & pater in me est, & quia nemo uenit ad patrem nisi per me, neque accipit quisquam à patre nisi per me: & idcirco usque modo non petiistis quicquam in nomine meo.

¶ Porro, tunc edocti spiritu ueritatis petitis, dicentes: Domine, ostende nobis patrem in teipso, & teipsum in patre tuo. Et quodcunque sic petieritis, quodcunque postulaueritis in confessione nominis mei, scilicet filii dei, & salutis uestri, (hoc enim nomen meum est, & in hoc nomine petetis, quoties ea quæ salutis uestræ sunt petitis) hoc faciam.

IN FESTO INVENTIONIS sanctæ Crucis.

Philip. 2.

Fratres, hoc enim sentite in uobis quod & in Christo Iesu.
 ¶ Require in dominica palmarum.
 ¶ Item & quod de sancta Cruce prædices, habes in festo Exaltationis eiusdem sanctæ Crucis.

DE GLORIOSA CHRISTI Ascensione in cælum,

Mar. vii

Dominus Iesus postquam loquutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris dei.
 ¶ Gloriosam domini nostri Iesu Christi in cælos ascensionem his uerbis beatus Euangelista descripsit, quia nimirum dies hæc uenerabiliter sacrata, cælum pariter & terram solennibus gaudiis illustrauit. Est enim dominicæ ascensionis solèntas gloriosa, est gaudiofa, est fructuosa. Commemorat enim nobis Christi domini nostri magnificentiam & gloriam, cõmemorat eiusdem diei & domini nostri, opere magno sæliciter cõsummato, ineffabile gaudium & exultationem. Denique, nobis hinc proueniẽtem multimodam & inæstimabilem utilitatem, quæ tria præfens sermo prosequetur.

¶ Christi ascensio mirè fuit gloriosa.

Heb. 2.

¶ Quoad ascensionis Christi in cælum honorificentiam & gloriam apostoli uerbum occurrit, qui ad Hebræos scilicet ait: Eum qui modico quàm angeli minoratus est, uide-

demus

demus Iesum propter passionē mortis, gloria & honore coronatum. Nam vt alio loco idem Apollolus ait: Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos vt adimpleret omnia. Iam enim (vt Bernar. ait) quum se dominum vniuersorum quæ sunt in terra & in mari & in inferno probasset, non restabat nisi vt aëris, & cœlorum se esse dominum argumētis similibus, vel certè potioribus, approbaret. Terra enim cognouit dominum, quia ad vocem virtutis eius quum clamasset magna voce, Lazare veni foras, mortuum reddidit. Cognouit mare, quia solidum se præbuit sub pedibus eius, ita vt Apostoli putarent phantasmata esse: cognouit infernus cuius ipse portas aëreas, & vectes ferreos confregit, vbi & ligauit illum insatiabilem homicidam, qui vocatur diabolus & satanas. Profectò qui mortuos suscitauit, leprosos mundauit, cæcos illuminauit, claudos firmavit, & omnes exufflauit infirmitates, Dominus omnium fuit, & eadem manu qua fecerat, quæ defecerant, reficiebat. Sic & qui in ore piscis, cum ipso pisce staterem inueniri prædixit, patet proculdubiò quia maris & omnium quæ in mari mouentur dominus fuit. Qui verò traduxit aëreas potestates, & affixit eas cruci suæ, claret quia super infernales officinas potestatem accepit. Restabat ergo ad perficiendam fidei nostræ integritatem, vt videntibus discipulis per medium aëris, sicut aeris dominus in cœlos propria virtute conscenderet, vt vniuersorū esse dominus comprobetur, cui omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & vt qui se prius humiliavit factus obediens vsque ad mortem, mortem autē crucis, dextera dei exaltatus sit in gloria dei patris. Hinc ipse triūphata iam morte, Data est, inquit, mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

Et licet ante mortem ipsam, ante ipsam crucem iam dedisset ei pater regnum, non tamen erat tempus vt in eodē regno quum adhuc mortalis esset, clarificaretur, Sicut olim in Dauid fuerat præfiguratum, vti cunctis sacrarum litterarum studiosis cognitum est.

¶ Siquidem sanctus ipse Dauid, qui hūc desiderabilem atque manufortem Christū, nomine suo signauit, factis prætendit, repromissione hereditauit, psalmis propheticis ce-

*Ephes. 4.**Dominus
vniuerso
rū Christ⁹**Io. 2. 11.**Matt. 14.**Psal.**Mat. 17.**Col. 2.**philip. 2.**Mat. ult.**Dauid vt
Christi fi-
figuram
gestit.*

cinit, alio tempore (iuxta modum suum) glorificatus est, atque alio tempore dei dono regni potestatem accepit.

¶ Tunc enim gloria sua glorificatus est, quando mortuus est. *2. Reg. 2.* Saul ascendit in Hebron, susceptus primùm à tribu Iuda, deinde ab vniuerso Israël. Potestatem vero tunc illi deus dedit, quando sustulit eum de gregibus ouium, & per manum Samuelis vnxit in regem in medio fratrum suorum. Sed quantis à potestate accepta vsque dum regno frueretur, interfluentibus potatus est amaritudinibus? Quantis persequente Saul deus coronam eius fabricans, eruditur cum laboribus?

*Allegoria
Heb. 1.
Luc. 1.*

¶ Sic profectò dominus ac redemptor noster, antequam clarificaretur ea clarificatione qua est sedes à dextris dei, acceperat quidem regiam dignitatem, vnctus oleo exultationis præ participibus suis, non tunc primùm quando spiritus sanctus in specie columbæ venit super eum: sed iam tunc quando in secreto virginalis vteri thalamo deus & homo per operationem spiritus sancti conceptus, totam diuinitatis plenitudinem in se corporaliter habitatem accepit. Tunc quippe noster Dauid in secreto paternæ domus (vt impius Saul, id est, diabolus hoc ignoraret) vnctus est. Porro in sui glorificatione quod ante cælaturum fuit, palam factum est.

*Christus
homo nobilis
abiit in regione
longinquã
Luc. 19.*

¶ Tunc enim impletum est, quod ipse prius quasi iam præteritum in parabola narrauerat dicens: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum & reuerti. Ipse enim nobilis ille homo est, de cuius nobilitate B. August. ait: Nobilitas fuit nascentis & virginitate parientis. Nobilitas autem parientis, ex diuinitate nascentis. Nobilis profectò Christus est secundum carnem, secundum animam nobilior, nobilissimus autem secundum diuinitatem. Hic abiit (in cælum cõscendens) in regionem longinquam, accipere sibi super angelos & archangelos, & super omnem virtutem & principatum & potestatem, regnum, sic vt sanctus Daniel in visione conspexit.

*Daniel. 7
Danielis
visio in
Christo
completa.*

¶ Aspiciebam, inquit, in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi,

puli, tribus, & linguæ, ipsi seruiunt. Potestas eius, potestas, æterna, quæ non auferetur, & regnum quod non corrumpetur. Nobilis autem hic homo accepto regno, reuertetur ad iudicium cum senatoribus suis, id est Apostolis sanctis.

¶ Sed quum abiisset, ciues eius qui hunc oderant, miserunt legationem, post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Quorum nomine non modò Iudei qui Christum super se regnare nolentes clamauerunt, Tolle, tolle, crucifige, non habemus regem nisi Cæsarem: sed etiam Christiani peruersi designantur, qui idcirco eius esse ciues dicuntur, quia in Ecclesia, id est, ciuitate eius, & si nõ merito, numero tamen computantur, in suorum peccatorum legationem perfidam post illum mittentes, factis suis clamare videntur. Nolumus huius parere imperio, nolumus hunc regnare super nos. Sed rediturus est accepto regno, & inimicos suos qui noluerunt eum regnare super se, gladio oris sui percutiens, tanquam vas figuli confringet.

¶ Quòd Christi ascensio fuit gaudiosa.

¶ Si Christus verus deus, & homo verus, imminente passionis sua tristabatur vsque ad mortem, si pauebat & tede-
bat, quis miretur si agone mortis fœliciter decertato, iam gloria & honore coronatus, ineffabili gaudio exultauerit. Si gauisus ipse fuit propter suorum discipulorum in fide suæ diuinitatis profectum, dicens: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, quia nõ eram ibi, quia videlicet illũ propter sororum lachrymas à morte seruassem, quem nũc à mortuis resuscitabo, in argumentũ meæ diuinitatis: propter hoc, inquam, gaudeo, vt tanto signo confirmati, ad veram salutem in me credatis: quomodo igitur nõ amplius ineffabiliter gauisus fuit de totius humani generis redemptione, quam in sanguine & morte sua iam in cœlos conscendens perfecerat? Et licet per ascensionem in cœlũ nihil ei nouum accesserit quod ipsius gloriam, siue secũdum corpus, siue secũdum animam auxerit, tamen nouo modo gauisus est, nempe de re iam impleta, itaque gaudiosa fuit Christi domini nostri in cœlum ascensio propter tria.

¶ Primò, propter iniuncti operis impletionem.

¶ Secundo, propter ferocissimi hostis debellationem.

¶ Tertiò, propter ingentis prædæ ereptionem.

¶ De

Ciues regem Christum odientes.

Ioan. 16.

Mat. 26.

Mar. 14.

Christi

humane

mētis pas-

siones habuisse.

Ioan. 11.

gaudium Christi de magni operis summatione. ¶ De primo ipse ait, loquens ad patrem: Ego te glorificavi super terram, opus cōsummaui quod dedisti mihi, vt facerem. Et rursūm: Pater, inquit, manifestaui nomē tuum hominibus. Et vnde tandem in cruce moriens, ait: Cōsummatū est. Quidni gaudeat legatus fidelis optata inter partes cōposita pace? Quid non exultet dux subactis hostibus victoria potitus? Quis mercennarius qui operis sui sine con-

Ioan. 17. sequuto propter mercedis fructum non letetur? Profectō quō magis arduum atque fructuosum opus iniunctū fuerit, eō plus exultat peractō is cui id fuerat peragendum.

Ioan. 19. ¶ Miserat autē in hūc mundū filium suū pater propter varias nostræ salutis causas, videlicet: Primò, vt errantem in inuio & in aquoso hominē, & ciuitatem habitationis non inueniētem, in viam rectam reduceret, vnde ipse ait: Ego sum via veritas & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me.

Ioan. 14. ¶ Secundò, vt ignorantem doceret, siquidem ante aduentum eius de omnibus dictum est: Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Ipse autem vnus est magister omnium nostrum, ipse lux mundi, qui illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum.

¶ Tertiò, vt concupiscentiis & cupiditatibus malis vtique ad mortem morbis laborātem sanaret. Hinc quippe se medicum professus de se loquens ait: Non est opus valentib' medico, sed malè habentibus. Pertrāsit enim benefaciendo & sanādo omnes oppressos à diabolo. Vnde etiam scriptum est, quōd omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Mat. 9. ¶ Quartò, vt captiuū liberaret. Ipse enim in sanguine testamenti sui eduxit vinc̄tos de lacu in quo nō est aqua. Pro debito siquidem quod exoluere reus homo potis nō erat, vinc̄tus sub caligine tenebatur, donec veniret fideiusor,

Act. 10. cuius gratiam non obliuisci iubemur, qui propter nos reliquit domum suam, dimisit hæreditatem suam, & dilectā animam suam dedit in manus inimicorum suorum.

Luc. 6. ¶ Quintò, vt exulem reduceret, pœnam tamen illius sceleribus debitam in semetipsum prius suscipiendo. Recon-

Zacha. 9. ciliati quippe sumus deo per sanguinem ipsius, & (vt Apostolus ait) fiduciam habemus in introitum sanctorum per sanguinem ipsius quam initiavit nobis viam nouam. Quæ

Eccle. 29. omnia

omnia
num
Sed qu
pere, ta
¶ Cui
tre in
nz gra
mana s
lentis p
gato da
ter acc
fius sig
bus cō
si in reg
uinitar
tatus, v
nummi
men de
recupe
phrate
li, ab e
guine s
belua in
quam. V
tatis po
¶ Cuius
ptam d
debitam
set acce
dem or
eum qu
na die
re tanta
lus bon
¶ Secun
in celo
nem. In
neri tyr
tus, nec

omnia simul opus arduum, magnificum, gloriosum, & omnium maximum testantur, quod dedit ei pater ut faceret. Sed quò difficultas, utilitas, & magnificentia maior in opere, tantò maior exultatio in consummatione.

¶ Cuius rei typus in Thobia præcessit. Is enim quum à patre in regionem longinquam, requitendæ pecuniæ paternæ gratia mitteretur, itineris sui comitem angelum humana specie velatū habuit, cuius ope, & deuorare se volentis piscis immanis in flumine periculum euasit, & relegato dæmonio, opulentam sibi seruata sponsam, feliciter accepit, & paternam pecuniã secum adportauit. Christus siquidem homo verus, in terris visus & cum hominibus cõuersatus, à patre suo missus, in hunc mundum quasi in regionem longinquam venit. Venit autem inuisibili diuinitatis potentia in unitate personæ sibi coniuncta comitatus, ut hominem ad dei imaginam factum, quasi diuinæ nummifera natura, à deo iam per peccatum alienatum, tamen deo debitum, & à non suo detentum domino, patri recuperaret, qui quum pedes suos in flumine magno Euphrate lauaret, id est, electos suos vniuersos ab initio seculi, ab eorū peccatis in gurgite suæ passionis, præcioso sanguine suo à peccatis mundaret, princeps huius mudi, utique belua immanis, exiēs ad ipsū venit, in quo nõ habuit quicquam. Voluit quidem comprehendere eum, à quò diuinitatis potentia ipse captus est.

¶ Cuius proinde diuinitatis ope, à dæmonū potestate eripiam de gentibus & Iudæis ecclesiam, quasi sponsam sibi debitam, qui solus hanc à dæmonis potestate saluare posset accepit, & funestum ab ea relegauit dæmoniū, ac tandem omnibus quæ illi pater mandauerat impletis, cum eum quam sibi in sanguine suo despõsarat ecclesia, hodie na die ad patrem feliciter ascendit. Quomodo igitur de re tanta peracta ad beneplacitum & gloriam sui patris filius bonus & sapiens non gauderet?

¶ Secundò, gaudiosa est Christi domini nostri hodierna in cælos ascensio, propter ferocissimi hostis debellationem. Incubuerat enim ante Christi aduētum humano generi tyrannide graui princeps tenebrarum, fortis armatus, nec erat potestas super terram quæ compararetur ei,

*Tho. 4.
& per
totum.*

Baruch. 3

Ionæ. 14.

*Christi
gaudiū de
ferociss.
hostis de-
bellatione
Iob. 41.*

&

& peccatorum chirographo obligatos, sub vinculis tenebrarum captiuos tenebat. Sed victorum suorum tandem misertus, fortior illo dei filius superueniēs, hunc deuicit. Et alligato forti, mundi huius principatum sibi ademit, & ingressus domum fortis, detentos ab illo sub caligine tenebrarum, ab initio mundi dei electos, quasi prædam magnā à latrone abactam, potenter eripuit, & palām triumphans in regnum illis ab æterno destinatum, veluti longo postliminio reuertentes introduxit.

¶ Sed quis excogitare sufficiat, cum quanto gaudio, quo iubilo, iste tenebrarum principis victor & triumphator, à supernorum ciuium turmis fuerit in hac die susceptus, et læstem ingrediens ciuitatem?

1. Reg. 18. ¶ Certè quum reuerteretur à prælio David percusso Philistæo, & ferret caput eius in Hierusalem, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israël, cantantes, chorosque decedentes in occursum victoris & saluatoris populi ab inimico. Porro quò violentior humano generi incuberat hostis, quò grauior exactor, quò tyrānus ferocior, eò clarior Christi victoria, eò lætior triumphus, eò maior liberatoris est gratia. Sed (vt dictū est) non erat potestas super terram quæ compararetur ei. Nec erat quisquam hoc fortius mato fortior, qui ab illo caput, id est, mundi principatum auferret, nisi ipse dominus exercituum, Dominus fortis & potens, Dominus virtutum, qui triumphator hodie super omnes cælos victor ascendens, ineffabilibus canticis, laudibus sempiternis, incessabilis hymni iubilo, ad patrem confessum dexteræ susceptus est.

Christi gaudium de preda ereptione. ¶ Tertio, gaudiosa est Christi domini nostri in cæli ascensio, propter ingentis prædæ ab iniquo raptore iam multis detentæ seculis, ereptionem. Ascendens enim in cælum, captiuam duxit captiuitatem. Hanc quippe (vt dictū est) captiuam princeps tenebrarum sub peccati chirographo possederat captiuitatem, donec superueniens fortior ipso alligato intraret domum eius, & auferens tradidit ei spolia eius, palām de superatis tenebrarū principibus in semetipso triumphans. Itaque captiuitas hæc à Christo victore feliciter capta erepta, & ad cælorū regna reducta est, quomodo quōdam Abraham deuictis regibus exculsis potius

de preda ereptione. ¶ Tercio, gaudiosa est Christi domini nostri in cæli ascensio, propter ingentis prædæ ab iniquo raptore iam multis detentæ seculis, ereptionem. Ascendens enim in cælum, captiuam duxit captiuitatem. Hanc quippe (vt dictū est) captiuam princeps tenebrarum sub peccati chirographo possederat captiuitatem, donec superueniens fortior ipso alligato intraret domum eius, & auferens tradidit ei spolia eius, palām de superatis tenebrarū principibus in semetipso triumphans. Itaque captiuitas hæc à Christo victore feliciter capta erepta, & ad cælorū regna reducta est, quomodo quōdam Abraham deuictis regibus exculsis potius

ten.

potius

potitus præda, Loth filiū fratris sui, & reliquum populū, quem illi captiuum abduxerant, denuò cœpit, eripuit, & ad proprias sedes victor reduxit. Tunc enim & ipse Abraham captiuam ducebat captiuitatem.

¶ Christi ascensio quā fuerit fructuosa.

¶ Ascendens in altum Christus dominus, & captiuam dedit captiuitatem, & dedit dona hominibus, & hoc quidem tunc fecit primū, dum (vt Lucas refert) complerentur dies Pentecostes, tunc enim misit è cœlo sicut pollicitus fuerat Apostolis suis in specie visibilis spiritum sanctū, in varietate ac plenitudine donorū, quem iam pridem illis dederat in remissionem peccatorū, quod & vsque adhuc facit dās inuisibiliter spiritus sancti dona hominibus. Infundit enim animę vulneribus oleum & vinum, & induere non cessat fideles suos virtute ex alto.

¶ Hunc ascensionis suę fructum discipulis prænuuciauerat, dicens: Expedi vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus nō veniet ad vos. Si autem abiero mittā eum ad vos. Si Helias in terra manens non fuisset assumptus in cœlum, duplex spiritus eius super Helisæum non requieuisset. Vnde beat⁹ Bernardus loquitur, dicēs: Quid est quod Christo commorāte in terris spiritus sanctus ad eos venire non potuit? An carnis illius cōsortium abhorrebat, quę per ipsum de virgine matre cōcepta erat & nata? Absit. Sed vt ostēderet nobis per quam ambularemus viam, formam apponeret cui imprimeremur. Et illis quidem eleuatus in cœlum spiritum sanctum misit, qui affectum eorum, id est, voluntatem mundauit: imò potius alterauit, vt iam magis dominum velint ascendisse, quā prius detinuisse voluerant.

¶ Porrò sicut Helias ascendentis domini typum prætulit, ita & Helisæus chorū Apostolicum in Christi ascensione signauit. Sicut enim Helisæus ab Helia nullo pacto auelli poterat, sic nec Apostoli à Christi præsentia poterāt separari. Sanè spiritum duplicem qui assumpto in cœlum Helia super Helisæum requieuit, illud accipere possumus, quod Saluator ad discipulos ait: Qui credit in me, opera quę ego facio & ipse faciet, & maiora horū faciet. Nōne maiora Christo, per Christum tamē, fecit Petrus,

*Ascendēs
Christus
qualiter
dedit do-
na homi-
nibus.*

Actu. 2

10an. 20.

Luc. 10.

Luc. vii.

10an. 16.

4. Reg. 2.

*Helias
& Heli-
sæus quo-
rū gesser-
e figuram.*

4. Reg. 8

Spiritus

duplex.

10an. 14.

de quo

Act. 5. de quo legitur, quia in plateis ponebatur infirmi in lectulis, vt veniente Petro, saltē vmbra illius obumbraret quēquam illorum, & liberarētur ab infirmitatibus suis? Nūquam enim dominus vmbra sua inuenitur infirmitates sanasse. Ex quibus patet quanta cœlestium donorum abundantia, ascendente domino mundo collata sit.

3. Re. 18. *Ascēdēte christocol lat. e mūdo gratie Figura.* ¶ Quum sub Helię temporibus propternimias hominum impietates clausum esset cœlum, & non plueret super terram annis tribus & mensibus sex, tandem ascendente nubecula parua de mari, quasi vestigio hominis, facta est pluuia magna, quæ sterilem terram irriguo peroptato, feracem fructuum effecit. Sterilitas hæc quę & triēnalis fuit, defectum nobis significat fidei, spei, dilectionis, & operū æternæ beatitudinis præmio dignorū. Sed tandem dei filio in assumpta nostrę carnis veritate quasi nubecula, (propter ipsius humilitatem parua) nubecula, inquam, quasi hominis vestigio, (siquidem in similitudinem hominū factus est, & habitu inuentus vt homo) ascendēte de mari, id est, propter nos aditæ passiois amaritudine, effusa est abundantia gratiarum, & diuinorū charismatum largitio copiosa, per quā fidelium corda velut cāpi germinauerunt fructus suauitatis, & gratū sanctimonie odorem, ita vt de credentium ecclesia, (cuius dei filius caput est) ipse dicat pater: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni cui benedixit dominus.

Philip. 2. *Ab effusa gratia mundum germinat se.* ¶ Et quidem fructuosa nobis, imò necessaria fuit Christi domini nostri in cœlum ascensio. Primò, propter fidē suę diuinitatis in nobis firmandā. Secundò, propter beatitudinis spem in nobis subleuandā. Tertio, propter charitatem accendendam in nobis.

Ioan. 6. ¶ Quod per ascensionem Christi in cœlum fides nostra firmatur, ipse insinuat vbi ait: Si videritis filium hominis ascendentem vbi prius erat, subaudiendum est tunc credetis quia ego sum panis viuus. Tunc enim (vt ait Leo papa) ad æqualem patri filium eruditio, fides, gressu mentis cœpit ascendere. Nam si cum hominibus mansisset in mūdo in ea forma qua minor est patre, non ita fuisset creditum esse æqualem patri. Vnde & beatus Augustinus ex ipsius persona loquitur, dicēs: Ideo subtraho formam istam serui

femi, in qua pater maior me est, vt me deum spiritualiter videre possitis.

¶ Secundo per Christi ascensionem, in cœlum spes nostra subleuatur. Sperandum quippe nobis est, quòd quò præcessit caput, illuc sequentur & membra. Accipiã, inquit, *1 Ioan. 14.* vos ad me ipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Vnde ait Leo papa: Christi ascensio, nostra est prouectio: & quò præcessit gloria capitis, eò tēdit & spes corporis. Proinde per ipsum accessum habemus ad patrē. Nam vt beatus Ioannes ait: Aduocatū habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Quomodo autē speraret humana fragilitas illuc se posse peruenire, si non ipse præcessisset? Nunc autem spei nostræ locus est, quandoquidē ipse qui caro nostra & frater est, cœlorum regnū occupauit. Vnde Apostolus ad Habreos scribens ait: Confugimus ad tenendam propositā spem, quā sicut ancoram animæ habemus tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis ingreditur Iesus, secundum ordinem Melchisedech, pontifex factus in æternum. *1. Ioã. 2.*

¶ Tertiò, fructuosa nobis est Christi ascensio, quæ per eam fidelium charitas augetur. Ad hoc enim ascēdit & sedet à dextris dei, vt trahat ad se corda nostra, sicut ipse ait: Ego *Matt. 6.* si exaltatus fuero à terra, oīa trahā ad me ipsum. Traham, inquit, per amorē: Nā vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Thesaurus humani generis, & pignus iure charissimum, ipse dominus est. Ergo exinde quæ sursum sunt quaerite, ait Apostolus, vbi Christus est in dextera dei sedens, *coloss. 3.* quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Porro tria hæc, fides, spes, charitas, quasi quædā vehicula sunt, quibus ex hoc mundo ad ipsum vsque prouehamur.

¶ Quod bene significatum fuit in Ioseph, qui pro suorum *Ioseph vt salutē fratrum deo volēte dominator vniuersæ terræ Aegypti factus erat. Ego, inquit ipse, sum Ioseph frater vester, typū prætulit. quæ vendidistis in Aegypto. Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur, quæ vendidistis me in his regionibus. Gene 45.* Pro salute enim vestra misit me deus ante vos. Madauit autem ad se venire vniuersam cognationē suā, dicēs: Venite ad me, & dabo vobis oīa bona Aegypti, vt comedatis medullam

medullam terræ. Quibus & plaustra dedit, & cibaria in via, & singulis stolas binas, & proficiscentibus ait: Ne irascamini in via.

¶ Filius accrescens Ioseph Christi gefsit figuram, qui & illos saluauit, à quib⁹ ipse persecutionē passus est. Quamque nunc ei data sit omnis potestas in cœlo & in terra (ut dictum est) ipse iubet nos sperare in se, dicens: Nolite pauere, pro salute uestra misit me deus ante vos. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Et rursus: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem, & requiem animabus uestris. Oculis quippe non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod præparauit deus his qui diligunt illum.

¶ Mittit autē quibus ad ipsum uehamur adminicula, aduersitates scilicet & cœlestium promissiones præmiorū, quasi plaustra. Nam mala quę nos hīc premunt, ad deū ita cōpellunt, & desides atque torpentes excitat promissionū magnitudo bonorum. Portamur nihilominus quasi plastro quodam, patientiæ suæ longanimitate, sicut ipse per Prophetam dicit: Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel. Usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego portabo. Ego feci, & ego feram, ego portabo, & saluabo. Et rursus alibi: Ego, inquit, quasi nutritiam portabam eos in brachiis meis, & nescierunt quod curarem eos.

¶ Confert & cibaria in via, verbi videlicet cœlestis, quo uiuat homo, & cōsolationis sanctæ uinum, quod lætificet cor hominis. Geminam proinde uestem largitur, intemā uidelicet integritatē, in puritate mētis, & pximi dilectione, & foris in cōuersatione modestiam & honestatem. Et beatus est qui uigilat, & hæc uestimēta custodit, ne nudus ambulet, & appareat turpitude nuditatis suæ. Hinc & de Ecclesia electorū, quasi magna matrefamiliās scriptū est: Nō timebit domui suę à frigoribus niuis, omnes enim domestici eius uestiti sunt duplicibus.

¶ Pacem denique omnibus in uia huius uitæ commendat, dicens: In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Et iterum: Pacem

Mat. vlt.

Matt. 11.

Ioan. 7.

Ioan. 16.

1. Cor. 2.

*Uehicula
quibus fe-
ramur.*

Gregor.

Esai 46.

Osee 11.

*cibaria
in uia.*

Mat. 4.
Mittit
stolas bi-
nas.

Apoc. 16.

Prou. 31.

*Irasci ue-
tat in uia*

Ioan. 13.

Ioan. 14.

cem
Sol n
dare

¶ Dec
in o

preta
temp

bor q
iam a

pi po
deside

fuisse

¶ Ut a

non in
tione.

trium
linqua

à patr
re por

uideli

ptas a
& ipli

Eccē r
inquā

petitise

nudar
crudel
carnal
fœlice

H
D
lum a
ter siu
dum r

cem

em relinquo vobis, pacem meā do vobis. Et Paulus ait: Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum date diabolo.

Ephes. 4.

¶ Dedit Ioseph fratribus & cognationi suę possessionem in optimo terrę loco, videlicet in terra Gessen, quod interpretatur desiderium, quo nimirum cęlestis regni felicitas sempiterna signatur. De qua propheta loquens dicit: Satiabor quum apparuerit gloria tua. De his autem qui hanc iam adepti sunt, quod per eundem prophetā dicitur accipi potest: Desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo. Ex quibus omnib⁹ patet, fructuosam nobis fuisse Christi in cęlos ascensionem.

Gen. 47.

Possessio

fratribus

data.

Psal.

¶ Ut autem his quę dicta sunt, & aliis charismatibus sim⁹ non indigni, clamandum nobis est tota vi mentis in oratione, atq; dicendum. O rex glorię, Domine virtutum, qui triumphator hodie super omnes cęlos ascēdisti, ne derelinquas nos orphanos. Verē fœlices orphani, nec vlla ten⁹ à patre misericordiarū derelinquēdi, quorum quisq; dicere potest: Pater me⁹ & mater mea dereliquerūt me, quos videlicet mūdus hic ac si pater, & vana seculi huius voluptas ac si mater, reliquerūt. Quem patrē & quam matrem & ipsi non minus propter dominum obliti sunt, vt dicant: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Ob hoc, inquā, fœlices, q̄ ablactati sunt à lacte, auulsi ab vberibus peltiferæ voluptatis. Seculi nempe voluptas quasi lamia, nudat mammas, lactat catulos suos. Sed nutrix ista nimis crudelis est. Nam ad morem lamiaę, quos nudata mamma carnalibus delitiis breui lactat tempore, mox catulos infœlices aternę mortis dentibus laniat.

Orphani

non derelinquēdi.

Psal.

Mar. 19.

Esa. 28.

Mundus

lamiaę cō-

paratur.

HOMILIA SECVNDA DE eadem gloriosa Christi ascensione.

Dominus Iesus postquam loquutus est eis, assumpt⁹ est in cęlum, & sedet à dextris dei. *Mar. vii.*

¶ De veneranda Christi domini nostri in cęlum ascensione primū aliquid dicendum est literaliter siue historialiter. Deinde nonnihil de eadem loquendum moraliter. Habemus enim in ea, & quod creden-

T tes

I N F E S T O

res veneremur, & quod discentes salubriter imitemur, sic per eam in fide pariter & moribus imbuamur. Itaque gloriosæ ascensionis Christi in cælum considerare libet. Primum tempus, deinde modum, nouissimè terminum.

¶ De ascensionis Christi tempore.

cur christus ascensionē suā disiulit. ¶ Cōsiderandum occurrit primū, non ilico post resurrectionem suā à mortuis voluisse dominum in cælum conscendere, sed per cōgruum temporis spatium in terris remanēdo, discipulorum suorum corda in fide resurrectionis suæ, & regni dei mysteriis plenius firmare. Vnde ait

Act. 1.

B. Lucas, quod discipulis suis præbuit semetipsum viuum, post passionem suam, in multis argumentis per dies quadraginta apparēs eis, & loquens de regno dei. Qui dicitur numerus (vt ait Leo papa) sacratissima dei ordinatiōe dispositus, & ad vtilitatem nostrę eruditionis impensus est, vt dum à domino in hoc spatio mora præsentia corporalis extēditur, fides resurrectionis, documentis necessariis muniretur. Mors enim Christi multorū discipulorū conturbauerat, & de supplicio crucis, de emissionē spiritus, de exanimati corporis sepultura, grauatis mœstitudinē mentibus, quidam diffidentia torpor obreperat. Nam

Vt fides resurrectionis cōfirmetur.

quædam sanctæ mulieres, reuoluto à monumēto lapide, sepulchrum corpore vacuum, & viuētis domini testes angelos nunciarent, verba eorum Apostolis aliisque discipulis deliramentis similia videbantur. ¶ Quam vtiq; hesitationem humana infirmitate nutantem, nequaquam permisisset spiritus veritatis prædicatorum suorum inesse pectoribus, nisi illa trepida sollicitudo & curiosa cunctatio, nostræ fidei fundamenta iecissent.

Luc. 24.

¶ Nostis igitur perturbationibus, nostrisque periculis in apostolis consulebatur. Nos in illis viris cōtra calumnias impiorum, & cōtra terrenæ argumēta sapientiæ docebamur. Nos illorū instruxit aspectus, nos erudiuit auditus, nos cōfirmavit attactus. Gratias agamus diuinæ dispensationi, & sanctorū patrum necessariæ tarditati. Dubitatum est ab illis, ne dubitaretur à nobis.

vtilē nobis discipulorum dubitatio nē fuisse.

¶ Non ergo hi dies, qui inter resurrectionem ascensionemq; fluxerūt, ocioso transire decursu, sed magna in eis

confir-

confirmata sacramenta, magna sunt reuelata mysteria. In his metus diræ mortis aufertur, & non solum anima, sed etiam carnis immortalitas declaratur. In his per insufflatione domini infunditur apostolis spiritus sanctus, & beato apostolo Petro supra ceteros, post regni clauis, ouilis dominici cura mandatur. In his diebus, duobus discipulis certius in via dominus comes iungitur, & ad omnem nostræ ambiguitatis caliginem detergendam, pauentium ac trepidantium tarditas increpatur. Flammam fidei illuminauta corda concipiunt, & quæ erant tepida, referante scripturas domino, efficiuntur ardentia. In fractione quoque panis, conuescentium operiuntur obtutus. Inter hæc autem quum discipuli trepidis cogitationibus æstuarent, & apparuisset in medio eorum dominus, dixissetque: Pax vobis, ne hoc in eorum remaneret opinionibus, quod volubatur in cordibus, putabant enim spiritum se videre, non carnem, redarguit cogitationes à veritate discordes, ingerit dubitantium oculis manentia manibus, & suis pedibus crucis signa, & vt diligentius pertractetur, inuitat. Quia ad sananda infidelium cordium vulnera, clauo-
tum & lanceæ erant seruata vestigia, vt non dubia fide, sed constantissima scientia teneretur, eam naturam in dei patris confessuram throno, quæ iacuerat in sepulchro.

*Ioan. 20.**Ioan. vlt.**Luc. vlt.**Cur crucis signa in corpore suo dominus seruauit.**Moræ causa.*

¶ Per omne ergo hoc tempus quod inter resurrectionem domini & ascensionem eius exactum est, hoc prouidentia dei curauit, hoc docuit, hoc suorū oculis insinuauit & cordibus: vt dominus Iesus Christus, verè agnosceretur resuscitatus, qui verè erat natus, passus, & mortuus. Vnde beatissimi apostoli, omnesque discipuli, qui de exitio crucis erant trepidi, & de fide resurrectionis ambigui, ita sunt perspicua veritate roborati, vt domino in cælorum eunte sublimia, non solum nulla afficerentur tristitia, sed etiā magno gaudio replerentur. Hactenus ille.

Luc. vlt.

¶ Sed ascensionis dominicæ considerare libet annum, mensem, diem, & horam. Superna siquidem dispositione, currebat à mundi exordio, secundum communem suppuratione, annus quinquies millesimus ducetesimus trigessimus tertius, quando illa natura cui dictum est: Terra es, & in

Gene. 3.

terram ibis, iam deo vnita cœlorum regna conscendit, vt homo qui sexto die creatus, & per peccatū lapsus est, vlt. ad sextum annorum millenarium exulans à regno, reciperet iniquitatem suam.

*Domini-
cæ ascen-
sionis nō ē
sis.*

*cur in
mēse Ma-
io voluit
ascēdere.*

*Domini-
cæ ascen-
sionis dies*

*Numerus
quadrage-
narius.*

Matt. 4.

*Domini-
cæ ascen-
sionis ho-
ra.*

Mar. vlt.

¶ Porro si mensem inuestigemus, Maius occurrit. Quinta nempè mensis istius die Christus in cœlum ascēdit. Quod sic patet. Nam vigesimaquinta die mensis Martij angelo nunciāte conceptus, & eodem mense & die crucifixus, & mortuus est, & resurrexit tertia die, à qua resurrectionis suæ die si quadraginta dies numerētur, quintus dies Maij quadragesimus à Christi resurrectione occurrit. Et quidem mira dispensatione in illo mēse voluit dominus cœlorum regna sua corporali præsentia decorare, & ciues supernos nouo lætificare gaudio, quo videlicet mundus hic inferior, hyemali asperitate exacta, pulchrè germinatibus omnibus quæ nutrit humus, amœnitate pergrata non solùm homines, sed etiam animātia cætera noua sua gratia lætificat.

¶ Disposuit etiam prouidētia dei, & elegit à Sabbato diē quintum, vt hunc ascensionis suæ gloria cōsecraret. Quoniam & in hac die paruulus à matre fuit in tēplo domini cum legalibus hostiis præsentatus, & tandem cōpleta dispensatione vitæ mortalis, hac ipsa die idē corpus suum sacratissimum in adorandæ Eucharistiæ sacramento, sub speciebus panis & vini, (vt fides locū habeat) adopeniēs, in ecclesia sua militante, admirādi amoris sui preciosum nobis pignus reliquit.

¶ Porro numerū quadragenariū dominus in hoc cōsecrauit, q̄ & quadraginta diebus in deserto ieiunauit, & tandē quadraginta diebus (vt dictū est) post resurrectionem suā (propter causas iam memoratas) in terris remansit.

¶ Deinde qua in cœlum ascenderet horā diē nonam dominus elegit. Quod hinc conuicimus, videlicet quia ascēsurus in cœlum discipulis recumbētibus dignatus est apparere. Verisimile est autē, eos nō ante horā diē sextam, quæ meridiana hora est, cibū sumpsisse. Et quia cum illis loquendo, cōuescendo, & eos foras ciuitatem, Bethaniam versus, in montem Oliueti, (qui mons est inter Hierusalem & Bethaniam) educendo, moram horarum trium v-

detu
vsqu
conf
ritur
ha
secu
ra q
rum
duce
rēt
se pe
sent
post
mini
ascē
eleg
¶ Ci
listis
qu
cœlo
¶ Ci
dom
eum
cum
sus, &
dis, q
credi
tam
qu
¶ Ap
dun
id no
rant
cred
vt be
idcir
rarit
bus a
detur

detur à meridie protraxisse cum illis, ad horam videlicet usque nonam, qua hora discipulis cernentibus in cœlum conscendit, vt qui hac eadem hora in cruce pendens spiritum emiserat, & nos erepturus descenderat ad inferna, hac eadem hora eam quam ab inferis eripuerat, captiuam secum in gloriam duceret captiuitatem: quatenus & ea hora qua generis nostri parentes primi propter præuaricatum cœlestis disciplinæ mandatum, è paradiso pulsi sunt, duce ac mediatore Christo in paradysum cœlestem reducerentur. Post meridiem quippe è paradisi delitiis pulsos fuisse perpēdimus, per hoc quod scriptum est: Et quum audissent vocem domini dei ambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius, à facie domini dei in medio ligni paradisi. Itaq; ordine perpulchro ascensionis suæ dominus annum, mensē, diē, & horā elegit.

¶ Sequitur de gloriosæ ascensionis Christi modo.

¶ Circa dominicæ ascensionis modum, à sanctis euangelistis descriptū tria notantur, videlicet, Discipulorum alloquitio, Christi ascendētis à nubē susceptio, Assumpto in cœlos domino, angelorum apparitio.

¶ Circa primum aduerte, quòd ascensurus iam in cœlum dominus discipulos, quòd ad credendum his qui viderāt eum resurrexisse à mortuis tardi fuissent, increpauit. Recumbentibus enim vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse à mortuis, non crediderant, antequam videlicet eum ipsi viderent, quum tamen post ascensionem suam prædicantibus ipsis, gentes quæ non viderunt, forent credituræ.

¶ Apostoli enim prædicaturi & obtestaturi cunctis per mundum gentibus, qui non crediderit, condemnabitur, quum id non crediderit quod non vidit, nonne ipsi primus fuerant obiurgandi, quòd antequam dominum vidissent, non crediderint eis quibus dominus apparuisset: Qua in re, vt beatus Gregorius ait, quid considerandum est, nisi quòd idcirco dominus tunc discipulos increpauit, quum corporanter reliquit, vt verba quæ recedens diceret, in cordibus audientium arctius impressa remanerent? Quæ enim

Hora diei nonæ, Christum ascendisse Mar. 15.

Luca. 23.

Gen. 3.

Discipuli increpantur.

Mar. 16.

*Heb. 32.
Apocā. 3.
Prou. 27.
Eccle. 7.*

*Christi
ad disci-
pulos p-
missio.*

Act. 1.

*Miraculi
sibi digna.
110.*

*Roma. 13
1. Cor. 10*

Luc. ult.

*Ioan. 20.
Apostolos
bis spiritū
sanctū ac-
cepisse.
Sapient. 1.*

1. Cor. 12.

diligit dominus, castigat. Et ego, inquit, quos amo, arguo & castigo. Et vtrique meliora sunt vulnera diligētis, quā oscula fraudulētī. Et rursus alibi: Meli⁹ est à sapiētē corripī, quā stultorum adulationibus decipi. Sed heu infāniam. Irascimur sananti, & non irascimur vulneranti.

¶ Loquutus est autem eis dominus, nō modò verbum increpationis (vt dictum est) sed etiam verbū gratiosæ promissionis, sicut Lucas testatur, dicens: Cōuescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris. Vbi & hoc prætereundum non est, quòd non solum apparuit discipulis recumbentibus, sed quòd maioris est dignationis, etiam conuescebatur. In quo (vt ait beatus Bernardus) apparuit verè benignitas & humanitas saluatoris. Et multam nobis præstat fiduciam, quòd libentius adsit orationi incumbētibz, quādo nec recumbentibus quidem dedignatur adesse. Apparuit, inquam, benignitas eius, qui cognouit figmentum nostrum, nec dedignatur necessitates nostras, sed miseratur: si tamen curam carnis nō in desiderio facimus, sed in necessitate. Quod considerans idem Apostolus: Siue manducatis, inquit, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriā dei facite. Conuescens ergo præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent: Vos, inquit, sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto, nō post multos hos dies. Et paulò post: Accipietis virtutē superueniētis spiritus sancti in vos, & eo perdocti, eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.

¶ Acceperant sanè iam dudum apostoli spiritum sanctum inuisibiliter in remissionem peccatorum, dicente domino: Accipite spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Vtrique per susceptionem eiusdem spiritus, peccatis eorum dimissis, quia non habitat spiritus sanctus in corpore subdito peccatis. Nūc autem promittitur eis, quòd rursus baptizandi forent, id est, abundanter perfundendi eodem spiritu, quoad varietatem & plenitudinem charismatum siue donorum, de quibus per Apostolum dicitur: Alij quidem per spiritum datur scien-

mo sa-

mo sapientiæ. Alii autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alii gratia sanctorum in vno spiritu. Alii operatio virtutum. Alii prophetia. Alii discretio spirituum. Alii genera linguarum. Alii interpretatio sermonum. Hæc autem & huiusmodi cetera spiritus sancti charismatum dona, ad ædificationem corporis Christi (quod est ecclesia) data sunt. Vnde præmiserat, dicens: Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.

¶ Deinde loquutus est eis verbum salutaris mandati & salutiferæ iussione, dicens: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Et vnde apud Matthæum sic habes: Euntes docete omnes gentes, baptizâtes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti, docentes eos seruire omnia quæcunque mandauit vobis.

¶ Euangelium, inquit, prædicare, & quæcunque mandauit vobis, vt non circumferamur omni vento doctrinæ, nec fides nostrâ sit in sapientia hominum, quæ est stultitia apud deum, sed in dei verbo, quod cælo & terra permanentius est. Christianissimus vir beatus Frânciscus morti proximus inter cetera quæ loquutus est fratribus suis nouissima verba, humanis omnibus institutis sanctum euangelium pronidè monuit anteponendum. Porro scribæ & pharisæi & horum nunc vsque sectatores, consulêtes auaritiæ suæ, qui dei populo dominantes cum austeritate imperant, & cum potentia, Dei gregem dispergentes, in itinere fecerunt mandatum dei propter traditiones suas. Quibus ipse dominus Hypocrytæ, inquit, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autè eorum longè est à me. Sine causa autem colunt me, docêtes doctrinas & mandata hominum.

¶ Quod autem ait, prædicandum esse Euangelium omni creaturæ illud nimirum signat, prædicandum scilicet esse: omni nationi, vt omnis creaturæ nomine, omnis natio gentium designetur. Siquidè antè dictum fuerat discipulis à domino: In viam gentium ne abieritis. Nunc autem dicitur: Prædicate euangelium omni creaturæ, vt scilicet prius à Iudæa

Apostolorum repulsa prædicatio tūc nobis in adiutorium fieret, quum hanc illa ad damnationis suæ testimoniū superba repulisset.

Baptismi necessitas ¶ Qui crediderit, inquit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Ergo à tempore institutionis & publicationis lauacri salutaris, non sat est ad salutem credere, nisi etiam (si facultas adsit) credens baptizetur. Sed quum dicit: Qui verò

Beda. ¶ parvuli si ne ppria fide saluātur. non crediderit condemnabitur, quid hic de parvulis dicemus, qui per ætatem adhuc credere non valent? Nam de maioribus quæstio nulla est. Sed in ecclesia parvuli per alios saluari creduntur, sicut ex illis illa peccata contraxerunt quæ eis in baptismo remittuntur. Quod si quis dicat:

Quæ sit fides que debet. Sufficit mihi quod credidi & baptizatus sum, saluus ero. Verum dicit, inquit Gregorius, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus nõ contradicit. Hinc enim de quibusdã falsis fidelibus Paulus dicit: Cõfitentur se nosse deũ, factis autem negant.

Tit. 1. 1. Io. 17. 2. Hinc Ioãnes ait: Qui dicit se nosse deũ, & mãdata eius nõ custodit, mēdax est. Quod si hæc verba, crediderit & baptizatus fuerit, esse futuri tēporis intelligamus, sicut sunt nõ præteriti, nulla ambiguitas est quin omnis qui in termino vitæ huius, & in fide firmus, & à peccato mundus & locus repertus fuerit, saluus erit. Alioqui non proderit credidisse, vel à peccatis baptizatum & lotum fuisse, ei qui in fine vitæ mortalis, vel à fide, vel à iustitia deficiens inuenitur.

¶ Porro ne quis sibi de hoc quod dictum est verbo, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, iniquo plausu blandiatur, audiat quod sequitur: Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiciet, linguis loquentur novis, serpentes tollent, & si mortiferũ quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Quis enim nunc hæc signa credulitatis habere conspicitur, sine qua tamen credulitate saluari nemo poterit? quoniam qui non crediderit, condẽnabitur. Non enim minor fortasse cūctis ex hoc verbo provenire desperatio, quàm ex verbo priore occasio vane spei data fuisse videbitur. Sed nunquid nos, inquit Gregorius quia ista signa nõ facimus, minimè credimus? Sed hæc necessaria in exordio ecclesiæ fuerunt. Vt enim ad fidem cre-

sceret,

seceret, miraculis fuerat nutriēda. Quia & nos quum arbuta plantamus, tādīu eis aquam fundimus, quousque ea in terra conualuisse videamus. At si semel radicem fixerint irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Lingue in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus.

¶ Non ergo iam à nobis deus huiuscemodi signa (quæ nō tam merita sunt, quàm indicia meritorum) requirit, de quibus nonnullis dicētibus. Nōne in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? audire habebunt in iudicio: Nescio vos, discedite à me operarii iniquitatis. Reddet, inquit Apostolus, unicuique secundum opera sua non secundum signa.

¶ Possunt autem secundum quod beatus Bernardus ait, & hæc quæ à domino de eo qui rectè credit dicta sunt, accipi vt sint indubitata signa credulitatis, ac per hoc & salutis signa. Primum enim opus fidei per dilectionem operantis, cordis compunctio est, in qua sine dubio eiiciuntur demonia, quæ eradicantur è corde peccata. Exinde qui in Christum credunt, linguis loquūtur nouis, quum iam recedūt vetera de ore eorum: nec de cætero vetusta prothoparentum lingua loquuntur, declinantium in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

¶ Vbi verò cōpunctione cordis & oris cōfessione priora sunt deleta peccata, ne recidium patiantur, & iam sint posteriora peiora prioribus, serpentes tollant necesse est, id est, vt venenatas suggestiones extinguant. Quid tamen agendum, si qua fortè radix pullulat, quæ tam velociter nequeat extirpari, sed stimulat animum, concupiscentia carnis? Profectò si mortiferum quid biberint, nō eis nocebit.

¶ Quoniam iuxta saluatoris exemplum, quum gustau erint nolent bibere, id est, quum senserint nolent cōsentire, sic enim non eis nocebit. Quia nulla dānatio est his qui sunt in Christo Iesu, concupiscentiæ sensus, absque consensu.

¶ Quid tamen? Molesta certè & periculosa est sic corruptæ & infirmæ affectionis lucta, sed qui crediderint, super ægros manus imponent, & bene habebūt, id est, egras affectiones bonis operibus operiēt, & hoc remedio curabuntur. Hæc itaque sunt miracula, tantò maiora quantò spiritualia, tantò vtiliora quantò per hæc non corpora, sed a-

*Quādo si
gna neces-
saria fue-
runt.*

I. Cor. 14.

*Nō signa
sed opera
deus re-
quirit.*

Mat. 7.

Rom. 2.

*Indubita
ta fidei &
salutis si-
gna.*

Psal.

Mat. 27.

*Miracu-
lis opera
potiora.*

nimæ

nimæ suscitantur. Nam corporalia illa miracula ostēdunt aliquando sanctitatem, non autē faciunt. Hæc verò spiritualia quæ aguntur in mente, virtutem vitæ non modò ostēdunt, sed faciunt. Illa, vt dictū est, habere & mali possunt, istis perfrui nisi boni non possunt. Quæ tantò securiora sunt, quātò & occulta: de quib⁹ apud dominū eò maior sit retributio; quò apud homines de his minor est gloriatio.

Christi ascēditis à nube susceptio.

Luc. xlt.

Act. i.

Mar. xlt.

Act. i.

¶ Circa secundum, quod est ascendētis domini à nube susceptio, sic apud Lucam scriptum habes: Eduxit autē eos foras in Bethaniam, id est, Bethaniam versus in montem Oliueti, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis. Et sicut alibi dicit: Vidētibus illis eleuatus est. Quibus Marcus consonās, Et dominus quidem Iesus, inquit, postquam loquutus est eis, ea videlicet quæ iam prætulimus, assumptus est in cælum. Ostendunt ergo tam Marcus quàm Lucas sermonib⁹ illis expletis, ad cælos dominum ascendisse. Et nubes suscepit eum, inquit, ab oculis eorum.

Beda.

Mat. 2.

Mat. 27.

Luc. 21.

4. Reg. 2.

Helias in quod cæli raptus.

¶ Vbique creatura, suo creatori præstat obsequium. Astra indicant nascentem, patientem obnubunt, recipiūt nubes ascendente in, redeunte ad iudiciū comitabuntur. Raptus quidem legimus Heliā in cælum. In cælum, inquam, non æthereum, sed aëreum, vnde & volucres cæli dicimus, qui tametsi mortē sublatus distulit, non tamen euasit. Sed redemptor noster quia mortē nō distulit, superauit, eamque resurgendo cōsumpsit, & resurrectionis suæ gloriam ascendendo declarauit. Notandū quoque est (vt ait Gregorius) quòd Heliā legitur in curru ascendisse, vt per hoc aperte mōstretur, quòd ad ascendendum adiutorio homo egebat alieno. Per angelos quippe illa facta & ostensa sunt adimenta. Quia nec ad cælum quidem aëreum per se ascendere poterat, quem naturæ suæ infirmitas grauabat.

Christus

sua virtute

ascēdit

Enoch &

Helias cui

in typum

gesserint.

Gen. 6.

¶ Redemptor autem noster nō curru, non angelis subleuatus legitur: quia nimirū is qui fecerat omnia, sua virtute super omnia ferebatur. Qui quum per humanitatē suā ascenderet in cælum, per diuinitatē suam & terrā pariter conueniebat & cælum, Vt autem ascensionis suæ Christus prænotios & testes haberet. Enoch ante legem, Heliā verò sub lege sublatus suo modo in cælū atque subiectos legitur illum

illum
verac

¶ Itaque
discip

re. O

que

subm

corpu

terren

ergo

nis m

ret, n

senti

¶ Circa

in cæ

dicen

duo v

runt:

Iesus

admo

ait Be

ni.

appar

dicur

lis, in

locus

homo

¶ Ob

stolo

tur, &

in cle

vidist

atque

iudica

turan

nus in

tuos,

¶ Asc

mitat

illum proculdubio significantes aliquando venturum, qui veraciter sua propria virtute cælos penetrare posset.

Itaque ascendente in cælos Christo, impletum est quod discipulis dixerat prius: Quod ego vado non potestis venire. Quocunque enim terrarum iisset, eum indivisibiliter sequerentur, mare (sicut Petrus aliquando) cum eo etiam submergendi intrarent, sed hac sequi non poterant, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Benedicēs ergo eis ferebatur in cælum, forte cōcussis illius singularis misericordiæ visceribus, quū orphanos suos relinqueret, nisi quod ibat parare eis locum, & expediebat ut præsentiam eis subtraheret corporalem.

¶ Circa tertium, quod est suscepto à discipulorum oculis in cælum domino angelorum apparitio, Lucas prosequitur dicens: Quumque intuerentur in cælum euntē illū ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Gallilæi quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quem admodum vidistis eum euntē in cælum. Albæ vestes, ut ait Beda, exultationi magis congruunt quàm humiliatōni. Et ideo domino ascendente, in albis vestibus angeli apparent, qui nato domino in albis vestibus apparere non dicuntur. Quia qui in natiuitate sua apparuit deus humilis, in ascensione sua ostensus est homo sublimis. Nam & locus congruit, dum is qui in humili ciuitatula natus est homo, de monte sublimi regressus est ad cælum.

¶ Ob duas autem causas angeli vidētur, ut videlicet Apostolorum mentes regressiōnis cōmemoratione cōsolaretur, & ut illum verē in cælum ire mōstrarent, & non quasi in cælum sicut Heliam, sic veniet, inquit, quē admodum vidistis eum euntē in cælū. Id est, In eadem forma carnis atque substantiæ veniet iudicaturus, in qua dudum venerat iudicandus. Carni nempe suæ immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Itaque si volumus scire qualiter dominus in die nouissimo venturus est iudicare viuos & mortuos, attendamus quē admodum ascendit in cælos.

¶ Ascendit enim in voce tubæ, Suscipiente nube, Cum comitatu turbe, & data benedictione. Sic utique veniet cū tuba mortuos

*Ioan. 13.
Mat. 14.*

Eccle. 9.

*Ascēdere
domino
angelorū
apparitio
Act. 1.*

*Apparitiōnis
angelorum
causa
duplex.*

Qualiter ba mortuos suscitante, cum nube iudicem presentante,
Christus cum turba iudicium approbante, cum benedictione ele-
veniet ad ctos iustificante.

iudicium. ¶ De primo scriptum est: Ascendit deus in iubilatione, &

Psal. dominus in voce tubæ, id est, angelicis vocibus prosequen-

1. Theff. 4 tibus & laudatibus victorem è prælio cum opimis spoliis

1. Cor. 15. redeuntem. Sic utique veniet, dicente Apostolo: Dominus

Iesus in iussu & in voce archangeli, & in tuba dei descen-

det de cælo. Et iterum: Omnes quidem resurgemus, sed non

omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in novissi-

ma tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti.

¶ De secundo iam dictum est, quod nubes suscepit eum a-

scendentem, & ita ad iudicium revertetur, sicut ipse ait:

Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum po-

testate magna & maiestate.

Eph. 4. ¶ De tertio scriptum est ascendisse dominum in altum &

captivam duxisse captivitatem, utique millia latantium, scilicet

beatarum animarum, quam celestium sibi occurrentium an-

gelorum. Sicut ergo ascendit, ita & descendet, quia ad iudi-

cium cum multis millibus veniet. Unde beatus Iudas Tha-

Iudz. 1. dæus apostolus ait: Ecce veniet dominus in sanctis millibus

suis facere iudicium contra omnes, & redarguere omnes

impios, de omnibus operibus impietatis eorum. Unde etiam

Mat. 25. ipse dominus loquens: Quum venerit, inquit, filius homi-

nis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo tunc se-

debit super sedem maiestatis sue.

¶ De quarto, sicut ascendens eleuatis manibus benedixit

Ibidem. eis, sic etiam veniet ad iudicium benedicturus electis atque

dicturus: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vo-

bis regnum à constitutione mundi.

¶ De gloriosa Christi ascensionis termino.

Mar. ult. ¶ Gloriosa atque magnifice Christi ascensionis terminus

Christus notatur ab Euangelista, ubi quum dixisset, assumptus est in

ascendens à cælum, mox subiecit: Et sedet à dextris dei. Hæc gaudii no-

patre quo stri summa est, quod vera carnis nostri natura in Christo

modo su- domino nos precedens, cõsedet à dextris dei. Quam venien-

scipitur. tem iuxta Danielis visionem in nubibus cæli, hodie patet

Dan. 7. celestis venerandus ille antiquus dierum, cum millibus mil-

lium sibi ministrantium, & decies millies centenis millibus

sibi

sibi assistentium, in illo suo throno suscepit, dignam cano-
capiti suo sententiã eloquutus : Sede, inquit, à dextris
meis, quod idem est, ac si dixisset : Congregna mecum in
æternũ. Quod secundum humanã naturam illi dictum est,
quia secundum illam datum est illi regnum & honor, &
omnes populi, tribus, & linguæ illi seruient.

Hinc ait sanctus Leo Papa : Re vera magna & ineffabi-
lis est causa gaudedi, quum in conspectu sanctæ multitu-
dinis, supra omnium creaturarũ cœlestium dignitatẽ, hu-
mani generis natura conscendit, supergressura angelicos
ordines, & vltra archangelorum altitudines eleuãda, nec
vllis sublimitatibus modum suæ prouectionis habitura,
nisi æterni patris recepta cõcessui illius gloriæ sociaretur
in throno, cuius naturæ copulabatur in filio. Sicut enim à
summo cœlo egressio eius, ita & occursum eius vsque ad
summum eius.

Itaque sedens à dextris dei Deus verus, & verus filius
hominis homo Christus Iesus, accepit datam sibi à patre
summam potestatem, vt dicat : Data est mihi omnis po-
testas in cœlo & in terra. Accepit & iudiciariam dignita-
tem. Pater enim omne iudicium dedit filio. Accepit de-
nique inæstimabilis glorię decorem, ita vt in eum deside-
rent angeli prospicere, cuius veri Salomonis vultum de-
siderat vniuersa terra. Cuius gloriæ & decoris fama, regi-
na Ecclesia excita, properat à finibus terræ vt veniens in
illam quæ sursum est Hierusalem, videat hunc regem in
decore suo.

Sed prætereundum non est, quur beatus Marcus dicat :
Sedet à dextris dei, quum inuictus eiusdem Christi domi-
ni nostri testis Stephanus dicat : Video cœlos apertos, &
filium hominis stãtem à dextris dei, pugnare nempe hæc
inter se videntur, sedet, & video stantem. Sed, vt ait Beda,
scimus quia sedere iudicãtis est, stare verò pugnantis vel
adiuantis. Quia ergo redemptor noster assumptus est in
cœlum, & nunc omnia iudicat, & ad extremum iudex om-
nium veniet, hunc post assumptionem Marcus sedere
describit, quia post ascensionis suæ gloriã iudex in fine
videbitur, Stephanus verò in labore certaminis positus,
stantem vidit, quem adiutorem habuit. Quia vt iste in ter-
ra per-

*Humana
natura in
Christo
exaltata.*

Psal.

*Christus
hæc à pa-
tre acce-
pit.*

*Mat. ult.
Ioan. 5.
1. Pet. 1.*

*Christus
& sedere
à dextris
& stare
cur dici-
tur.*

Actu. 7.

ra persecutorum infidelitatem vinceret, pro ipso de celo illius gratia pugnauit.

Quid nos moraliter doceat ascensio Christi.

*Deut. 32.
Qua ratione & nos ascendamus.*

*Ephes. 4.
philip. 2.
Humilitate ascenditur.*

*Prou. 29
Matt. 11*

Dei filius per humilitatem ascendit.

*Luc. 14.
1. Re. 16.
Dauid inter fratres minorum, in regem uultus est.*

¶ Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, sic iuxta alium Prophetam, Dominus noscitur Iesus Christus ascendit pandens iter ante eos: dum enim humanam conditionem syderibus importauit, credentibus celum posse patere monstrauit. Sanè viam qua ascendit in gloriam patris apostolus Paulus imitandam nobis insinuauit, dicens: Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum? Humiliauit enim semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Hinc & per Sapientem dictum fuerat, quod humilem spiritu suscipiet gloria. Quis enim humilior spiritu, quam ipse qui ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, qui quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semetipsum exinaniiuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo? Propterea dilectissimi, inquit Bernardus, perseuerate in disciplina, ut per humilitatem ad sublimitatem ascendatis, quia hæc est via, & non est alia præter ipsam. Qui aliter vadit, cadit potius quam ascendit, quia sola est humilitas quæ exaltat, sola quæ ducit ad vitam.

¶ Christus enim quum per naturam diuinitatis non haberet quo cresceret, vel ascenderet, (quia ultra deum nihil est) per descensum quomodo cresceret, inuenit, veniens incarnari, pati, mori, ne moreremur in æternum. Propter quod & deus exaltauit illum, quia resurrexit, ascendit, sedet ad dexteram dei. Vade & tu fac similiter. Neque enim ascendere potes, nisi descenderis: quia ut æterna lege fixum est, omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Hoc significatum fuit in filiis Isai, quorum nemo vir secundum cor dei fuit, & regni gloria dignus, nisi ille de quo Samueli interrogatum omnes filij Isai adesset, dictum est: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oves.

¶ Sed

¶ Sed o peruersitas, o abusus filiorum Adam. Quum enim ascendere difficillimum sit, descendere autem facillimum, ipsi & leuiter ascendunt, & difficilius descendunt, parati ad idebitos honores, sese uero nec quales sunt cognoscere, nec humiliare volentes. Qui quoniam non humiliter sentiunt, sed exaltant animas suas: ideo sicut ablactatus super matre sua, ita retributio in anima eorum. Non enim digni sunt diuinæ cōsolationis uere lactari, quia paruuli in oculis propriis non sunt, & ideo nec paruulorum ad morem portantur, nec cōsolantur. Vnde Propheta sciens quia custodiens est paruulos dominus, Humiliatus sum, inquit, & liberauit me.

*Mortalis
arrogan-
tia.*

*Superbie
sua pœna*

psal.

DE SACROSANCTO venerabilis Eucharistia

Sacramento.

R *Euera oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.*
¶ Hanc Prophetæ precationem, ecclesia credentium non immeritò sibi vsurpans in diuinorum operum, & descendendum in nos de sursum à patre luminum optimorum donorum mirabilibus plenius intelligendis petit illuminari, ut non sit credentium populus, sicut equus & mulus quibus non est intellectus.

psal. 118.

Iacob. 1.

psal.

Lumen

intellectus

à deo esse

petendū.

Iacob. 1.

2. Tim. 2.

1. Cor. 1.

¶ A deo nempe cognitionis & intelligentiæ rectæ lumen est expectandum, quia iuxta B. Iacobi sententiā dat omnibus affluenter, & nō impropert, qui uult omnes ad agnitionem ueritatis venire, & illuminat omnem hominē ueniētem in hunc mundum. Est autem triplex uelamē mentis oculos obnubens, quo minus ad diuinorū operum cōsideranda mirabilia confurgat, quod præmissis uerbis petitur amoueri.

Uelamen

incredulitatis.

Luc. 11.

¶ Primum est uelamen infidelitatis, alterum est impietatis, reliquum cupiditatis.

¶ De primo exemplum habemus in duobus illis domini discipulis, de quibus beatus Lucas scribens ait: Oculi eorum tenebātur ne eum agnoscerēt, uidelicet ipsū Christum

stum à morte rediuium cum illis gradientem, colloque-
tem. Sed quo impedimento eorum oculi tenebantur, nisi
velamine incredulitatis quod erat super cor eorū? O stul-
ti, inquit, & tardi corde ad credendū in omnibus quæ lo-
quuti sunt propheta. Cuius rei & in apostolo Paulo habe-
tur exemplum, qui ignorās & in incredulitate Christi no-
men & nascentem ecclesiam dirè persequebatur. Nec est
amotum à corde ipsius huiuscemodi velamen increduli-
tatis, donec se & intellectum suum humilians & captiuus
in obsequium Christi, accessit informandus ad Ananiam.
Hoc autem velamine, diffidentia filiorum oculi etiam
hac nostra tempestate vsque ad diabolicis præstigiis &
traditionibus hæreticorū obscurantur, vt diuinorum ope-
rum atque donorum mirabilia, iustæ considerationis ocu-
lo non cognoscant.

1. Tim. 2.
Velamen
incredulitatis vt
à paulo
recepsit.
Act. 9.

Velamen
impietatis.
Act. 13.

Elymas
impius cæ-
catur.

Sapientia

Velamen
cupiditatis.
4. Re. 7.

¶ Porro de secundo, id est, impietatis velamine exemplū
habemus in Elyma Mago, de quo B. Lucas, Pauli & Bar-
nabæ gesta commemorans: Inuenerunt, inquit, quendam
virum Magum, pseudopphetam, Iudæum, qui erat cum
proconsule Sergio Paulo, viro prudēte. Hic accessit Bar-
naba & Paulo, desiderabat audire verbum dei. Resistebar
autem illis Elymas Magus, quærens auertere proconsulē
à fide. Paulus autem repletus spiritu sancto, intuens in
eum dixit: O plene omni dolo & omni fallacia, fili diabo-
li, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias do-
mini rectas. Et nunc ecce manus domini super te, & eris
cæcus, non videns solem vsque ad tempus. Et confestim
cecidi in eum caligo & tenebræ, & circumiens querebar
qui ei manum daret. Et quidem impius hic viarum domi-
ni subuersor, meritò cæcitate percussus est oculorum, vt
corporalium oculorum caligo, impiæ mētis suæ tenebris
responderet. Non enim in maleuolam animam spiritus
sapientiæ introibit.

¶ Denique velamen cupiditatis (quod tam multorū men-
tes obuoluit) in Sedechia rege significari videtur. Hunc
enim rex Babylonis comprehensum (quia soluere nolue-
rat quod debebat) in Reblatha, effosis oculis lumine pri-
uauit, & vinctum catenis in Babylonem ducens, coniecit
in carcerem: Eos enim qui auaritiæ cupiditate in trāsuer-
sum

sum
tium
pret
geli
de
deli
Chr
culi
gato
brar
ctis
eul
deli
rati
cran
nus.
fecit
esca
de h
li fru
rend

¶ Ci
tutio
min
lis fi
iam
let, &
nam
ait)
lis fi
(vbi
theo
Bibi
stam
toru
nim

sum acti, in proximos iniqui sunt, diabolus excæcat labē-
 tium rerum amore, siquidem Reblatha, multa hæc, inter-
 pretatur. Vnde per apostolum dicitur: Si opertum est euā-
 gelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum, in quibus
 deus huius seculi (id est, diabolus) excæcavit mentes infi-
 delium, ut non fulgeat illis illuminatio euangelij gloriæ
 Christi. His nimirum rerum puluis iniectus, interioris o-
 culi lumē extinxit, quos peccatorum suorum catenis obli-
 gatos, ad carcerem tenebrarū perpetuò cruciandos, tene-
 brarum princeps, vltro eos impellit. Sed tribus iis iam di-
 ctis velamētis, per dei gratiam à nostræ fidei oculis pro-
 cul motis, dei mirabilia (quātum desuper datum fuerit) si
 deli mente cōsideremus, ea præsertim, quæ (vt præsentis
 ratio solēnitatis exposcit) in sacrosancto Eucharistiæ sa-
 cramēto ad nostram salutem operari dignatus est domi-
 nus. In quo sacramēto (sicut propheta cecinit) memoriam
 fecit mirabiliū suorū misericors & miserator dominus,
 escam dedit timētibus se. Primum itaque dicendum erit
 de huius sacramēti institutione. Deinde de ipsius ineffabi-
 li fructu, & viuifica vtilitate. Demum de ipsius vsu, & ve-
 renda susceptione.

De sacrosanctæ Eucharistiæ institutione.

¶ Circa venerabilis atque sacrosanctæ Eucharistiæ insti-
 tutione illud imprimis aduertendum est, q̄ postquam do-
 minus secūdum ritum veterē, vnà cum duodecim aposto-
 lis figurale pascha māducaisset, surrexissetque à cœna illa
 iam secūdum legem peracta, & discipulorū pedes laui-
 set, & hoc factō (vt Ioānes refert) recubuisse iterū ad cœ-
 nam videlicet nouā, & pascha nouum, tunc (vt Matthæus
 ait) accepit panē, & benedixit ac fregit, deditque discipu-
 lis suis, & ait: Accipite & comedite. Hoc est corpus meū,
 (vbi Lucas addidit) quod p̄ vobis datur. Sequitur in Mat-
 thæo: Et accipiēs calicem, gratias egit, & dedit illis, dicēs:
 Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus, noui te-
 stamēti, qui pro multis effundetur in remissionem pecca-
 torum. Dico autem vobis: Non bibam amodo de hoc ge-
 nimine vitis vsque in diem illum, quum illud bibam vo-

*Qualiter
 Eucharisti-
 a christi
 instituta.*

Ioan. 13.

Mat. 26

Luc. 22.

V hunc

biscum nouum, in regno patris mei. Accepit, inquit, panē & benedixit. Panem cōmunem accepit, sed benedicendo (vt ait Rupertus) lōge in aliud quā fuerat, trāsmutauit, vt veraciter diceret: Hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. Item vini substātiā accepit, sed itidem gratiar agēdo vel benedicendo, sic in aliud vertit, vt verē diceret veritas ipsa quę mentiri non nouit, Hic est sanguis meus, noui testamenti qui pro multis effundetur.

cur Christi corpus in sacramento non videtur.

¶ Sed non videtur oculis carnis, non sentitur gustu oris, quōd panis ille caro Christi factus sit, quōd vinū illud in sanguinem versum sit. Nimirū si videretur color, aut sentiretur sapor carnis & sanguinis humani, homini nō plus salutis, sed plurimum afferret horrois. Sic ergo in hoc sacramento est caro & sanguis Christi, quo modo ad vsum nostrum esse conuenit, & ad nostram sufficit salutem. Itaque de veritate substātię corporis & sanguinis Christi in hoc sacramento est dicendum.

corpus Christi quib⁹ essendi modis est in sacramento.

¶ Est enim ibi verū corpus Christi tribus essendi modis, scilicet: Nomine, Re, & Efficatu. Nomine, videlicet esse intelligimus, in eo quod ipse dicit: Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. Sicut nusquam ita nec in illo sacramento imō maximē nec in isto nomen domini inuanum accipere debemus. Si enim in ceteris consecrationibus, vel sanctificationibus, quę per ecclesię ministros ad inuocationem nominis domini aguntur: nequaquam nomē eius inuanum accipere audemus, quātō magis in ista cōsecratiōe, in qua nomē corporis & sanguinis sui, ore proprio posuit dominus, nequaquam inuanum id ipsum nomen accipere debemus.

¶ Re quoque corpus Christi & sanguinem esse intelligimus in eo quod ait: quod corpus tradetur, qui sanguis effundetur.

Cōfutatur hereticorum absurda calūnia. Ioan. 15. Figurata loquutio.

¶ Efficatu verō esse intelligimus, in eō quōd quum dixisset, quod tradetur qui effundetur, addidit, pro vobis in remissionem peccatorū. Nō ergo dicat hęreticus quispiam figuratē Christum loquutum fuisse, quum acceptū in manibus suis panem benedixit & ait: Hoc est corpus meū: & de vino, hic est sanguis meus, quomodo aliās vbi dicebat: Ego sum vitis, & vos palmites. Figurata nempe loquutio est,

est, quæ aliud voce sonat, & aliud intelligendū esse insinuat. Nam figuratiōem in hac eius loquutione omnino perimit, quod ait de corpore suo in sacramēto loquens, quod pro vobis tradetur, & de sanguine suo sub vini specie in calice, qui pro vobis effundetur. Et itidē ait: Et panis quē ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Certē idem hic Euangelista Ioannes in Apocalypsi dicit:

¶ Si quis apposuerit ad hæc, apponat super illum deus plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius, auferat deus partem eius de libro vite, & de ciuitate sancta. Sed nunquid minus timenda est hic illa maledictio, vt nō detrahāmus vel apponam⁹ quicquam verbis domini, dicētis: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: Hic est sanguis meus, nouum testamētum, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū? Quum enim illo dicente: Hoc est corpus meum, nos subauditionem apposuerimus dicentes, figuratiuum esse vel per similitudinē dictum, quum, in quā, illo dicente: hoc est corpus, nos dixerim⁹, hoc significat corpus, nōne multum est quod apponimus, vel praua demutatione detrahimus & sensum generamus, quem tātus author deus & homo, nusquam est loquutus, nec ascendit in cor eius?

¶ Quum igitur ipse dei filius, deus verus, ore proprio, tam diligētem diffinitionem vel descriptionem huius sacramēti dederit, vt nemo dialecticorum vel philosophorum vnquam diligētius diffinire substantiam, vel quodlibet indiuiduum describere potuerit, dicens (vt iam dictum est) hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, totūque modum māducandi carnem suam, & bibendi sanguinem suum præscribēs, hoc, inquit, facite in meam cōmemorationem, quis ad eō vesanus, vt id quod ore diuino tam patēter expressum est, aliorum quā verba sonāt, & quā ipse intenderit, detorqueere contendat?

¶ Nos ergo cunctis figuratum vel similitudinum nebulis amotis, non corpus quodlibet, non corpus Christi quod est ecclesia, sed illud corpus domini quod pro nobis traditum est nos māducare, & illum sanguinem qui pro nobis fusus est in remissionem peccatorū, nos bibere indubitāter credimus, & quod fecit ipse, hoc idem in commemo-

V ij rationem

Ioan. 6.

*Apoc. 17.
Dei verba
nō corrūpēda.*

*Sacramētū
sui corporis
christi
sē ipse
diffinit.*

Luc. 22.

*Eucharistiam
verum
christi
esse,
non
mysticā.*

Ephes. 1. rationē ipsius scimus & bene scimus nos facere, id est, carnem ipsius nos māducare, & sanguinem bibere. Et quantum ecclesiam mysticum Christi corpus esse confiteamur, non tamen id ipsum corpus Christi est ecclesia quod pro nobis traditum est, quam propriam differentiam sæpe dictum Christi corpus (quod est panis vitæ æternæ) semper auctore Christo retinet.

*De hoc
sacramen-
to reſta
confessio.*

¶ Igitur ne veniant super nos plagæ nouissime, neque apponimus, neque imminuimus quicquam diuinæ diffinitioni, quam verbum incarnatum (vt dictum est) ore proprio deprompsit, imò non tam plagarum timore quam amore veritatis cōfitemur, quia panis iste corporeus, postquam signauerit eum pater, & vinum hoc expressum ab vna, mox vt eodem signo signatum est per manum sacerdotis, dicentis in fide ecclesiæ: Vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi, vsq; in mei memoriā facietis, corpus est & sanguis eius, qui huius traditionis auctor est, & hoc sacrificium ipse Christus est, cuius passione vt sacrificiū fieret, à deo patre in veritate signatum est. Iuxta verbū domini, qui quum dixisset, operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternā, quem filius hominis dabit vobis, mox subiicit: Hunc enim pater signauit deus. Et idcirco non nisi operantibus dabit hunc cibum filius hominis, quia pater hunc signauit, id est, proprio signo suo à communibus cibis distinxit, quos vtique bonis ac malis, operantibus & otiosis communes fecit, solū hunc panem ita signauit, vt non velit eum dare nisi operantibus opus dei. Magno autem & reuerendo signo, id est, nomine suo hunc signauit. Nam dixit de hoc pane. Et est nomen meum in illo. Nomen, scilicet, quod est dominus deus, ac filius dei, huius panis proprium signum est.

*idem in
Euchari-
stia qui
in cruce*

¶ Itaque (vt post præmissa Rupertus ait) sicut in illa specie, qua pepedit in cruce, ita & in hoc sacramēto sanctus sanctorū est. Et sicut in illa specie (vt postea dicitur) præteriti temporis omnibus electis remissionem peccatorū operat⁹ est, sic in ista specie panis & vini, nihilomin⁹ sanctus sanctorū est, & omnibus electis qui post eādem remissionem ad fidem eius veniunt, idem illum efficere, id est,

remis-

remis-
bium
& bibi-
nus a
¶ Pro-
nitae
ment
Itaque
cem o-
nis do-
lo eda-
indigi-
mand
vel co-
nond
fangu-
diuidi-
tentio-
tate s-
ti dist-
¶ Sac-
panis
steriu-
quem
& cōp-
nō as-
nis Ch-
tum i-
gnita-
potuit
ment
si nō
dem l-
sit hoc
pecca-
nouiss-
quod
poris
rit &

remissionem peccatorū, & vitam æternam conferre, dubium non est. Ipse enim ait: Qui māducat carnem meam & bibit sanguinē meum, habet vitam æternam. Et protinus addit: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

10an. 6.

¶ Proinde de hac eadem Christi corporis & sanguinis veritate, in hoc sacramento Paulus apostolus (cuius experimentum habemus, quia in eo loquitur Christus) sic ait: Itaque quicumque māducauerit panem domini, vel calicem domini biberit indignē, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignē, iudicium sibi manducat & bibit. Non dixit: Qui manducat & bibit indignē, panem manducat simplicem vel communem panem, & vinum bibit, quale prius erat nondum celebrata cōsecratione, sed reus erit corporis & sanguinis domini, sed iudicium sibi manducat & bibit, nō diiudicans corpus domini. Quapropter non iam de contentiosa cuiusquam dissertatione, sed de apostolica veritate sensum petimus, quo sacramentum, & rem sacramēti distinguamus.

veritas
corporis
domini in
sacramen-
to p̄batur
1. Cor. 11.

¶ Sacramētum quippe dicimus visibiles atque sensibiles panis & viui species. Rem sacramenti Christus ipse mysterium suæ passionis esse dixit, id est, salutis effectum, quem inde cōsequimur, remissionem scilicet peccatorū, & cōparticipes esse Christo, quam sacramēti huius rem, nō assequitur quisquis accedit indignē, talis enim passio- nis Christi merito non communicat, tamen si sacramen- tum ipsum sensibiliter māducat & bibit. Et quidem indignitas eius, dignitatem tantæ cōsecrationis euacuare nō potuit, sed (vt dictum est) rem sacramēti nō attingit, quia mente & fide per dilectionem operāte, passionem Christi non respicit. Idcirco nec effectum consequitur eiusdem sacramenti, vt dixi, in eo scilicet, vt pro se traditum sit hoc corpus, & fusus iste sanguis, id est, in remissionem peccatorum sibi, vt habeat vitam æternā, & suscitetur in nouissimo die in resurrectionem vitæ, sed consequitur id quod huic effectui contrariū est, vt videlicet sit reus corporis & sanguinis domini, & vt iudicium sibi manducauerit & biberit.

Sacramē-
tum &
res sacra-
menti.
Malos sa-
cramen-
tum, sed
non rem
sacramen-
ti accipe-
re.

10an. 6.

2. Cor. 12.

IN FESTO

¶ Duo proinde circa huius sacramēti institutionem sunt considerata. Primum, quur non nisi in materia panis & vini conficere hoc sacramentum Christus voluit. Alterum est, de tempore quo institutum fuit.

Quur in materia panis & vini tantum conficiatur.

Sacramentum hoc quale signum sit. ¶ Conuenienter autem hoc sacramentum in materia panis & vini conficitur, hac videlicet ratione, quia sacramentum hoc (sicut & cætera sacramenta) sacræ rei signum est. Signum sanè demonstratiuum, scilicet rei existentis. & nihilominus signum rememoratiuum, rei videlicet quæ præterit ingerens recordationem. Porro res præsens quam sacramentum hoc demonstrat duplex est. Vna est, Vera vnitatis ecclesiastica. Altera est, Fidelis animæ refectio interna.

Vt ecclesiasticam significat unitatem

¶ Hac enim ratione panis hic mensæ domini vnitatis ecclesiæ (vniq; rei sacræ) monumentum est, quia sicut ex multis granis conficitur panis vnus mensæ domini, & ex multis acynis confluit vinum calicis Christi, sic ex multis fidelibus & piis, vna ecclesiā dei (quæ est Christi corpus mysticum) constituitur.

Anime refectio conuenientissima.

¶ Est etiam hic idem mēsa dominicæ panis, viuificum hoc Eucharistiæ sacramentum signum spiritualis & conuenientissimæ refectiois interioris hominis, quamobrem etiā sub speciebus panis & vini debebat institui, quod in pane & vino exterioris hominis refectio conuenientior, & minus fastidiosa habeatur. Vnde sicut in sacramēto baptismi aqua assumitur in signū spiritualis ablutionis animæ (quæ corporalis ablutio quæ interiorem & inuisibilem significat ablutionem, conuenientius fit in aqua) ita panis & vinum quibus communiter homines reficiuntur, in hoc sacramēto assumuntur ad significationem spiritualis & inuisibilis refectiois, quæ nostro interiori homini inuisibiliter, huius sacramenti participatione confertur.

Cur corpus & sanguinem domini velata sumimus.

¶ Porro necessarium prorsus nobis erat vt Christi corpus & sanguinem sub aliena specie velata sumeremus. Nā vt olim diuinitas in vtero virginali latuit, & post hoc dei filius è virgine natus sub humane carnis velamine se occultans,

tans,
ipsam
cōiūc
cong
tet ca
sua
¶ Den
locum
beret
sibilis
¶ Est
præte
reco
cabiti
nunci
facite
illud
dit, m
fructu
ne su
ciatu
fractu
corpo
pane,
nutria
gruor
mem
¶ Sim
in pa
bus I
uenie
est.
Quo
¶ Ma
temp

tans, inter homines cōuersatus est, sic & in hoc sacramēto ipsam eadem iā glorificata Christi humanitas diuinitati cōiūcta, sub forma panis & vini latet, vt vobis mortalibus congruere possit. Quis enim (nisi qui omnino desipiat) putet carnē hominis crudā, & humanū cruorem in propria sua forma ab hominibus fore sumenda?

¶ Deniq; velatū nobis Christi corpus exhibetur, vt fides locum habeat: Quid enim fides tua mereretur, aut quā haberet gratiā corā deo, si tibi Christus in propria forma visibilis appareret? Sed beati qui nō viderunt & crediderūt.

¶ Est etiam hoc sacramentū signum rememoratium rei præteritæ, id est, passionis & mortis Christi nobis ingerēs recordationem, dicente Apostolo: Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicē bibetis, mortem domini annunciabitis. Quod etiā ipse dominus præcepit, dicēs: Hoc facite in meam cōmémorationē. Quoniā ergo preciosum illud frumenti granum (quod à deo missum in terrā descendit, mortificandum quidem primū, deinde cū inffabili fructu mirè multiplicandum) id est, Christus ipse, passione sua propter nos triruratus, conculcatus, excussus, cruciatu vario quasi malorū pondere pressus, atque morte cōfractus, amoris igne decoctus & assus est: ideo viuificū sui corporis & sanguinis sacramentū cōuenienter ex triticeo pane, granis omnia quę dicta sūt passis, vt inde panis quo nutriamur ad vitam corporalem fieret, conficitur, vt congruum nobis sit aditę propter nos suæ passionis signum rememoratium.

¶ Similiter, quia preciosus sanguis, de botro sui corporis in passionis & crucis torculari calcantibus, & prementibus Iudeis, expressus est, ideo vinum è botro pressum, conuenienter in sacramentum Dominici sanguinis assumptum est.

¶ Quo tempore sacramentum Dominici corporis debebat institui.

¶ Magnopere pertinet ad huius sacramenti mysterium, tempus, seu tēporis articulus, quo fuit institutum à domino.

*Vt fides
locus sit.*

10an. 23.

Euchari-

sti. à signū

esse reme-

moratiuū

Luc. 22.

10an. 12.

Ex quali

grano pa-

nis iste cō-

fectus sit.

Ioan. 16. no. Quum enim hinc multa loquutus fuisset ante suam passionem, nusquam tamen traditionem eius dedit, antequam ad ipsam venisset passionem. Sed quum iam venditus erat atque iam in ipsa passione agonizabatur, & (vt Apostolus ait) ipsa nocte qua tradebatur accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Quum hoc nisi quia non aliunde viuificum hoc mysterium, quam ex ipsa condebatur domini passione? Proinde quia mortis Christi monimentum est (dicente Apostolo, vt premissum est.) Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat, condi non debuit, nisi sub ipsius articulo passionis.

1. Cor. 11. ¶ Hoc etiam nostrae salutis ordo poscebat, vt non nisi iam mundatis per passionem eius, & lotis (quod vtique illa quae praecessit pedum discipulorum lotio significabat) mundatis, inquam, ab illa veteri macula peccati originalis, daretur iste cibus vitae, contra illud edulium mortis, quod primus homo contra vetitum suggerente diabolo maligna intentione comedit, volens esse deo similis, in quo omnes peccauimus, in quo oēs superbiae veneno infecti sumus.

Roma. 5. Et haec tunc sanguis ille nondum fusus esset, sed postera die fundendus, quo & ipsos Apostolos oportebat emundari, quibus primis illa nocte hanc escam, & hunc potum dedit, iam tamen (vt dictum est) veterus erat iste agnus dei, iam tradebatur. Iam tristis erat anima eius vsque ad mortem, iam pauebat & mæstus erat, iam factus in agonia & oras, sanguineas guttas desudabat. Iam se propter certitudinem mortis instantis, in mundo non esse dicebat, iam strues lignorum componebatur, super quam secundum spiritualem ritum, subiecto in altari igne magnae charitatis, & qua maiorem nemo habet, igne videlicet spiritus sancti per quem desiderabat offerri, & idcirco iam recte mundi habebantur, iamque veraciter vocabantur amici, ita vt diceret eis: Iam vos mundi estis, propter sermonem quem loquutus sum vobis. Et subi-
Mat. 26. inde: Vos amici mei estis.

Ioan. 15. ¶ Notandum autem est, quod non dixit propter passionem
Ibidem. vel mortem meam, iam vos mundi estis, sed propter sermonem quem loquutus sum vobis. Non enim passio eius
Hæc munda dant à peccato. aliter

aliter
ditus
sanct
gine
loqu
tus
quod
bum
quam
& mu
sangu
¶ Inte
rat, q
nempe
dicit
filium
sub le
mus-
tus ia
AEgy
imme
¶ Qu
vernu
no die
lixior
delice
lati C
re. Na
autem
sis Na
scit, t
orbis
ment
schali
¶ Rur
domi
Eucha
tur, vt
dem,

aliter eis profuisset, nisi sermo quē loquutus fuerat eis, creditus ab eis fuisset. Quod autē istis dixit, omnibus quoq; sanctis dixit, aut dicere potuit, qui eum expectabāt ab origine mundi. Iam vos mundi estis propter sermonem quē loquutus sum vobis. Nam re vera propter eū quem loquutus est eis sermonem legis & prophetarum, propter illud quod primū ad Abraham loquutus est promissionis verbum de semine eius, quod est Christus, propter illum, inquam, sermonem, quia crediderunt, iam ex eo mundi sunt & mundavit eos ipsa passio eius, quæ tunc agebatur, ipse sanguis eius, cuius effusio nocte illa parabatur.

Inter hæc aduertendum, quod ea nocte plenilunium erat, quod nequaquā otiosum esse putandū est. Plenilunio nempe illa temporis plenitudo mysticē signabatur, de qua dicit Apostolus: At ubi venit plenitudo tēporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factū sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorū reciperemus. In plenitudine nanque temporis, id est, quando multus iam impletus erat electorū numerus, apud infernalē Aegyptum, redemptionē suā expectantium, tunc venit per immolationem agni sui, agnus dei tollere peccata mūdi.

Qui agnus, secundū legis præscriptum nō ante, sed post vernum immolatur equinoctium. Ab equinoxio enim verno dies incipit superare noctem, & ante illud tempus prolixiores tenebras, breuioremque habemus lucem, quia videlicet ab immolatione agni incontaminati & immaculati Christi, cœpit lux iustitiæ peccatorū tenebras superare. Nā antea longa & profunda peccatorum nox, brevis autem & nubilosa legalis iustitiæ lux erat. Sed & ipse mensis Nisan, id est, Aprilis verna tēperies, quū tellus reflorescit, totusq; post hyemē, quasi post seniū rursus iuuenescit orbis, docere videtur quatenus homo renouatur spiritu mentis suæ, fide viridis, spe lætus, & charitate floridus, paschalis agni epuls spiritualibus intersit.

Rursus quod non ante typicam agni cœnam, sed post eā dominus sacrosanctam corporis & sanguinis sui tradidit Eucharistiam, ratione pariter & articulo tēporis arctabatur, ut tali hora conderet hoc sacramentum. Ratione quidem, quia non ante consummationem veteris inchoādis

*Patres
vet. test.
in quo mī
dati.
Gen. 15.*

*Cur tēpo
re pleni
lunij sa
cramenti
hoc insti
tuit.
Gala. 4.*

*Cur agri
non nisi
post ver
num equi
noctium
immola
batur.*

*Mensis
Paschæ.*

*Hora in
stitutio
nis sacra
menti.*

erat

erat ordo noui sacrificii. Articulo temporis, quia mox capiendus, & ad passionem ducendus, aliud spatium tēporis nō habebat vt ante mortem suam hoc hæredibus suis cōscriberet testamentum. Vnde quū illis tradens sanguinis sui calicem dixisset: Bibite ex hoc omnes, Hic est enim calix sanguinis mei. Statim addidit, Dico autē vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum quum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. ¶ Est quidem quum in regno patris, id est, quum iam factus immortalis, post resurrectionem suam cum discipulis suis manducauit & bibit, potuit vtique tunc primū illis tradere corpus suum, & calicem noui & æterni testamenti, sed nunc magis opportunè id egit: quia testamentum non ratificatur, (vt dicit Apostolus) nisi mors interuenerit testatoris.

Heb. 9.

*Institutio
nis huius
sacramēti
causa.*

¶ Itaque velut arram sui amoris, corporis & sanguinis sui sacramentum, miraculorum ab ipso factorum maximum passionis suæ perenne monumentum, & promissæ per seipsum passionem salutis æternæ pignus signumque veritatis huius in se promissionis, rursus de sua contristandis absentia solatum singulare saluator noster dei filius, mira benignitate reliquit. Cuius diuinam erga suos benevolentiam & dilectionem, Beatus Ioannes demirans, & venerās ait: Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit eius hora vt transeat ex hoc mundo ad patrem, quum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos, non sicut is de quo per Sapientem dicitur: Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die tribulationis. Christus autem quū tanta dilectionis signa hæcenus erga suos exhibuisset, in finem vsque mortalis vitæ suæ perseuerans, tunc vel omnium maxima ostēdere dignatus est, in eo videlicet, quod mortem pro ipsis adiens, dilectionis atque mortis suæ monumentum, admirabile nobis hoc sacramentum instituit & donauit.

*Ioan. 13.
Christus
dominus
amicus, cō
sors &
fidelis.
Eccle. 6.*

DE

P
cieba
ex pa
& sat
cibun
filius
respo
pus d
creda
tæ sua
li libe
tē & d
ius ex
rum p
¶ Hoc
quanc
tis, vt
accipi
tādo i
difi, an
quis p
laude
deu
eius p
ius an
¶ At i
accep
parad
di dar
leue o

DE SCROSANCTAE

Eucharistiæ viuifica vtilitate.

HOMILIA SECYNDÆ

Pater meus dat vobis panem de cælo verum.
 ¶ Hęc Christi verba sunt illis dicta Iudæis, qui eum non ideo sequebantur, quia viderant signa quæ faciebat super iis qui infirmabantur, sed quia manducauerāt ex panibus (quos suæ diuinitatis virtute multiplicauerat) & saturati fuerant. Quibus quum dixisset: Operamini, nō cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quē filius hominis dabit vobis. Hūc enim pater signauit deus, responderunt ei dicentes: Quid faciemus vt operemur opus dei? quibus ipse respondit & dixit: Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem ille misit. Quod vtique opus dei tā- tā suauitatis iugum est, ad eō leue on^o est, vt ei nulla seculi libertas, aut otium valeat cōparari. Deliciosum op^o certē & dulce omni homini si scirent filii Adæ dulcedinem eius experiri, euaporato sensu carnis, qui ex peccato primo parentum cunctiorum ferē mentes obscurauit. *Ioan. 6.*
 ¶ Hoc enim opus & non aliud datum est primo homini quando tulit eū dominus & posuit in paradysum voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. Quod nequaquam est accipiendum, quasi impositū illi fuerit hoc operis, vt operādo in sudore vultus sui vesceretur ex omni ligno paradisi, aut vt poma paradisi custodiret, ne dirutis sepibus aliquis prædo nocturnus illa decerperet, sed vt creatori in laude & gratiarū actione fidelem animum gereret, & pl^o deum quā vllam creaturam diligeret, & credendo consilio eius paradysum seruaret sibi, ne peccando habitationem eius amitteret. *Ioan. 6.*
 ¶ At ille ingratus quum antequam operandi præceptum accepisset, mercede operis donatus esset (prius enim in paradysum tulit eum deus foris plasmatum, quā operādi daret illi præceptum) ingratus, inquam, suaue iugum & leue onus dei, & creatoris sui abiecit. Quid enim asperitatis *Opus dei omni oia dulcius*
Gen. 2.
Opus hoc primo homini inuito etum fuit se.
Primi hominis in gratitudo

Gene. 2. tatis aut molestia habebat imperio credere dicentis, Ex omni ligno quod est in paradiso comedes, de ligno autem scientia: boni & mali ne comedas? Quacunq; enim die comederitis ex eo, morte moriemini.

Credere in deum quid sit. ¶ Igitur opus dei omni otio suavius, hoc est, ut credatis, inquit, in eum quem ille misit. Quid etiam est in deum credere, nisi deum non propter sua, sed propter seipsum diligere? Nam qui deum propter aliud quam propter seipsum querunt (quemadmodum isti qui veniebant ad Dominum Iesum non quia signa viderant, sed quia manducaverant ex panibus, & fuerat saturati) nec Deum diligere, nec in Deum credere dicendi sunt. Possunt quidem credere Deo, vel credere esse Deum, sed credere in deum nullatenus dicendi sunt. At illi qui Deum non propter temporale emolumentum, sed propter ipsum diligunt, verè in Deum credere dicendi sunt. Et ij profectò gustauerunt, gustuque suavi experti sunt hoc opus Dei, (quod est credere in Dei filium) opus esse sine labore, iugum sine asperitate, onus sine pondere. Ergo quod ait, Ut credatis in eum quem ille misit, idem est, ac si dixisset: Ut non propter panes quos manducastis, sed propter me ipsum ad me veniatis. Quod profectò amici huius mundi facere non possunt.

Iudeorū improbitas in miraculis poscendis. ¶ Dixerunt ergo Iudæi: Quod signum tu facis, ut videamus & credamus tibi? Quid operaris? Ac si dicant: Dixisti hoc esse opus dei, ut credamus in te quem ille miserit. Magnam profectò gloriam queris, nec paruo signo tibi debet concedi. Quod ergo signum tu facis? Quid operaris? An quia de quinque panibus hordeaceis, quinque millia hominum semel satiasti? Hoc parum est ad hoc ut credamus tibi. Maius hoc fuit quod patres nostri manducaverunt manna in deserto, non panem de terra productum, sed de cælo datum. Non quatuor aut quinque millia hominum, sed exceptis paruulis & mulieribus, sexcenta millia pugnatorum, non semel aut bis, sed totis quadraginta annis. Quid tale tu operaris? Vbi patet hos ea querere signa quæ non animæ, sed ventri proficerent. Vnde dicunt scripturam allegantes: Sicut scriptum est: Panem de cælo dedit illis māducare. Quod protinus negat ipsa veritas,

Exod. 12.

Psal.

ritas, vobis de co
¶ Ac
cei
re d
aut d
bis p
man
¶ Ne
ctum
sicut
pecc
pane
est, q
sicut
berer
sta e
extit
¶ Qu
lum p
est, e
Omn
tural
de no
gis il
Chri
tra C
lis, e
dictu
quan
bra
ad di
adie
¶ Par
tam
Dom
sus: F
cred

ritas, dicens: Amen amen dico vobis, Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum.

¶ Ac si diceret: Hunc panem de quo Propheta dicit, Panē cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo, verè dico vobis, nō Moyses præterito tempore dedit vobis, aut dare potuit: sed pater meus præfenti tempore dat vobis panem de cœlo verum, id est, nō perentem, sed permanentem in vitam æternam.

¶ Nec sicut præmissa scriptura prophetica dicit, tunc factum est quādo manna manducauerunt patres vestri, sed sicut futurum erat vt aperirēt ianua cœli quæ propter peccatum antiquum clausæ fuerāt humano generi: & vt panem angelorum māducaret homo, tunc præfiguratum est, quādo illo pane patres vestri aliti sunt in deserto. Nā sicut aqua illa quæ tunc de petra percussa profluxit vt biberent patres vestri, rhompheam quæ ante paradysum posita est nō extinxit, sic illud manna, nec cibus angelorum extitit, nec vitam angelicam patribus vestris dedit.

¶ Quum autem Apostolus escam illam spiritualemente, & illum potum è petra spiritualemente appellat, intelligendum est, quia in figuram escæ & potus spiritualis cōtingebat. Omnia enim in figura contingebant illis, & quia nō naturali rerum ordine, sed spirituali virtute prodibat. Proinde non magis illud manna panis iste verus erat, nec magis ille potus, idem erat quod iste vitalis potus, quæ verè Christi sanguinem credimus & cōfitemur, quàm illa petra Christus erat. Petra vtique inanimata & insensibilis, quam Moyses virga percussit. Nam vniuersa, vt dictum est, in figura contingebant, quæ profecto nunquam valet idem quod ipsa res quâ figurat, sicut nec umbra idem est, quod ipsa rei vel corporis substantia. Vnde ad differentiam illius typici panis, cōsequenter dominus adiecit.

¶ Panis enim verus est, qui de cœlo descendit & dat vitam mūdo. Dixerūt ergo rursus sensu suo carnali Iudai: Domine, semper da nobis panem hūc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ, qui venit ad me nō esuriet, & qui credit in me, nō sitiet in æternum. Et rursus post pauca:

Ego,

Exo. 16.
Panis verus non manna, sed Christus est.

Exo. 17.
Gene. 3.

Manna & aqua de petra quæ cib⁹ & potus spiritualis dicuntur.

Ioan. 6.

Ego, inquit, sum panis viuus, qui de cœlo descēdit. Si quis māducauerit ex hoc pane, uiuet in æternū. Et panis quem ego dabo, carō mea est, pro mundi vita.

*Christus
panis &
pastor.
Matt. 11.
Ioan. 6.*

¶ Ergo ipse Christus dominus, panis est & pastor, mortis depulsor, vitæ dator, & vitæ seruator, qui abiiciens neminem à gratia sua, vniuersos inuitat dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Qui enim manducat me, uiuet propter me.

¶ Ut autem nonnullas huius panis cœlestis viuificas utilitates agnoscamus, consideremus primò, hoc cibo vitæ à mortis edulio credentes sanari. Secundò, hoc eodem vitæ cibo seu sacramento ad salutem fideles à deo tentari. Tertiò, tam mortuos quàm viuos eo refici. Quartò, per mortem hinc migrantes hoc viatico præmuiri.

Dominici corporis sacramentum, cibo illi opponi quem homini diabolus in paradiso suggessit.

*eadē via
qua mōs
intrauit,
vita redū
citur.*

¶ Eadem via per quam vita exclusa, morsque admissa est, mortem dei filius excludere, vitamque credentibus redū intrauit, cere parat, scilicet per credulitatem rei quam cōstat inuisibilem esse, nec humana potest ratione cōprehēdi. Vnde Rupertus: Scimus quia primi parētes nostri acquieuerunt diabolo mēdaci, & mendacium loquenti, & dicenti: Nequaquam morte moriemini. Scit enim deus quia quocumque die comederitis ex eo aperietur oculi vestri, & eritis sicut dij sciētes bonum & malum. Nec dixerunt: Quomodo potest hoc lignum oculos nostros aperire, sciētiā boni & mali afferre, deos nos efficere?

*Cōgrua si
militudo*

¶ Hoc itaque sciendum est, quia quemadmodum peritus medicus secūdum naturam morbi quā nouit, antidotum temperat, & dicit ægotātī: quia tale venenum bibisti, aut talem herbam, vel quamlibet rem malam comedisti, nisi hoc illi contrarium sumpseris, viue te non poteris. Sic auctor vitæ quum dicit, nisi manducaueritis carnem meam & biberitis sanguinem meum, nō habebitis vitam in vobis, hoc per summam iustitiam intendit, vt quantum homo mendacio credidit, tantum credat veritati: quantum credidit

*Quam sit
æquum
quod ab
homine
postulat
deus.*

didit deceptori superba præsumptione, tatum credat redemptori, humili subiectione: tanta fide comedat panem & bibat calicem Christi, quanta infidelitate comedit fructum vetite arboris, ut de isto credat plus quam videre possit, qui de illo plusquam videbat, & omnino plus & aliud quam esse poterat, nulla ratione adductus credidit. Certè non videbat oculis in illo fructu ligni virtutem tantæ rei effectiuam quam serpens promissit, dicens: Eritis sicut dij. Et quidè nec illa mors apparebat, aut videri poterat oculis, quam interminatus fuerat deus, dicens: In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Sed credere oportuisset deo creatori fideli in omnibus quæcunque dixit.

¶ Creditum autem fuit, nõ creatori sed serpenti, non deo sed diabolo. Totum illud sacrilegium, per istud emendatur sacramentum in illis qui credunt, & credentes humiliter & fideliter percipiunt, ac proinde illis parentibus longe dissimiles, quum illi promissum hoc audierint in pretium prævaricationis, eritis sicut dij, superbi & malè creduli: ac proinde malè creduli, quia superbi: isti autè vocem humilitatis audiunt in mysterio, siue annuntiatione mortis eius: Vos amici mei estis, manete in me & ego in vobis. Quãtò enim suauior est hæc vox, quicunque mādaucauerit carnem meã & biberit sanguinẽ meum, in me manet & ego in illo, illectione illa quam serpens susurravit, comedite & eritis sicut dij, qui utique de suo nõ dabat, sed rapinam facere studebat? Hic autem nõ qualecunque suum, sed suam carnem & suum sanguinem dat.

¶ Caro mea, inquit, verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Verus profecto cibus & verus est potus, quia verum est quod pollicetur, quia vera spes est qua māducatur & bibitur. Vnde & constat (ut dictum est) cibum hunc cibus illi contrario modo esse oppositum, quem primis parentibus serpens obtulit, quia videlicet cibus ille fuit cibus mēdaci: falsum quippe fuit quod ille cibus pollicitus est, quia cū vana promissione datus, & vana spe diuinæ similitudinis cōsequendæ manducatus est. Sed nondum manducantibus carnem suam, & bibentibus sanguinem suum, tantum promissit ista veritas, quantum in persuasione cibi retinè pollicita est ista falsitas. Nam diuinitatè promissit:

Aperientur,

*Credidit
homo dia-
bolo, quid
ni credas
deo?*

*Illud ma-
lè credi-
disse qua-
liter emē-
datur.*

*Ioan. 15.
Ioan. 6.*

*Gene. 3.
Ioan. 6.*

*Caro chr̄i
si cibus
verus.*

*cibus do-
minici
corporis
cui cibo
opposit.*

Gene. 3.

Aperientur, inquit, oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Sed hanc illusionem nequissimi nebulonis serid loquens in verum effectum couertit dei filius, dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo.

¶ Nec ait: Eritis sicut dij. Nec omnino sic dicere debuit. Qui maducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, erit sicut deus, vel erit similis altissimo: sed in me manet, inquit, & ego in eo. Quis enim esse potest sicut deus? Ille nanque nullius indiget, nullius ope vel gratia deus est.

¶ Sed quis ita praeter illum naturae suae sufficientia deus esse potest? Angelus voluit esse sicut deus, & factus est diabolus, qui & ipse deitatem appetere suasit homini, & hominem hominis honore spoliavit. Tam hic quam ille quum voluit esse sicut deus, voluit sine gratia vel adiutorio melioris esse deus, & hac voluntate vterque a deo se diuisit. Quid ergo esset nisi dei aduersarius? E contra, consortium, vel gratia dei, deos efficit & filios excelsi.

¶ Hac enim gratiam & communicationem dei commendans ei, qui manducat carnem suam & bibit sanguinem suum, in me manet, inquit, & ego in eo. Sed quum deus ipse sim, is in quo maneo, ego diuinitatem in se transusam habens, deus factus est, filius excelsi renatus est.

¶ Sed propositioes oppositas inter se conferamus. Ille fraudulentus suasor serpens erat, iste agnus est. Ille vetus peccator, iste antiquus creator. Ille per terram repit, iste de caelo venit. Ille spiritu diaboli falsum sibilans, iste spiritu dei verum euangelizans. Ille peccati suasor, iste iustitiae doctor. Ille mortis artifex, iste vitae opifex. Ille de ligno non suo raptor obtulit, iste de corpore & sanguine suo largitor dedit. Ille quod non habebat mendaciter promissit, eritis, inquit, sicut dij: iste quod semper naturaliter habet fideliter dedit, ut simus dij, dum manet ipse in nobis, ut iam dictum est. Illi tandem nefandissime creditum est plusquam deo: Credatur e contrario huic deo, si non plus, at saltem quantum creditum est illi diabolo. Creditum est enim quod illi poma inesset quod non videbatur, scilicet vis deos efficiendi. Credatur huic sacramento inesse quod non videtur, videlicet veritas carnis & sanguinis, valens efficeret

*Qualiter
homo dei
ficatur.*

*Christus
& diabo-
lus vt op-
ponuntur.*

efficere nos concorporales vnigenito filio dei. Hęc enim credulitatem à nobis iustitię ratio deposcit.

¶ Accipite, inquit, & comedite. Accipere enim est fideliter credere, cum gratiarũ actione diligere, affectu cõpactentis corporis huius traditione, & sanguinis huius effusionem respicere. Quod fieri nõ potest, nisi prius reiiciatur id quod ab illo malè acceptum est. Illud igitur mēdaciũ execrantes, hęc veritatem accipite, approbate, amplectimini, & cõtra cibum mortis comedite panem vitę eternę, & calicem bibite salutis perpetuę. Hęc quippe summa causa est eternę vitę effectiua, manducare carnẽ & bibere sanguinem meum.

¶ Porro non manducare carnem meã & bibere sanguinẽ meum, antiquę perfidię est argumentum qua primi parentes (vt iam dictum est) serpenti quã deo credere maluerunt. Nec enim differt in culpa, non credidisse quod manducantes de ligno vetito morerentur & non credere quod manducantes carnem meam & bibentes sanguinẽ meum, ab eadem morte liberentur. Qui ergo manducat & bibit, rectè antiqua mortis pœna se exuit. Et qui non manducat aut non bibit, nihilominus iustè relinquitur in antiquo iudicio paternę prauaricationis. Qui autem vel tenerrima cohibentur infantia, qui prius ex hac luce migrant quã manducare aut bibere possint, vel qui articulo temporis cõstringuntur: sicut nonnulli martyres, quos nec baptizari aqua persequutionis & mortis instãtia permisit, hac domini sententia qua ait: Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, non reprobantur. Nec enim iudicatur apud deum non manducasse, nisi qui māducare noluit, qui nõ curauit, qui neglexit. De sensibus enim & voluntatibus iudicat deus, quę in infantibus edentulis malè esse non possunt. Quũque in eiusmodi nominis Christi confessoribus voluntates & sensus boni sint, non fraudantur effectu, quia manifestè Christi communicant passionibus. Proinde nec paruulos quos ætatis impotentia manducare vetat, qui mox vt baptizati fuerint, ab hac luce migrant, eternę vitę exortes nemo arbitretur, nec prauetos à persecutore cõfessores pios in sanguine suo

X bapti-

*corp^o do
mini acci
pere quid
est.*

*cõtra ci-
bum mor-
tis propo-
nitur ci-
bus vitę.*

*Nõ man-
ducare
carnem
christi,
perfidiorũ
est.*

*Quomo-
do excu-
santur
paruuli
vel morte
præocu-
pati.*

*Quis cen-
setur a-
pud deũ
nõ mādū-
casse.*

baptizatos corpori Christi communicasse, vel calicē do-
mini bibisse, quod ad vitā aternam proficiat, dubitamus.

Qualiter fideles in hoc sacramento à
Deo tentantur.

*Tentat
deus du-
pliciter.*

¶ Aduertendum est, secundum Rupertum, in hoc sacra-
mento duobus modis hominem tentari. Tentatur enim
à Deo, & tentatur à diabolo. Tentatio Dei quærit fidem,
tentatio diaboli quærit perfidiam. Duplex tamen est ten-
tatio qua homo à Deo tentatur. Vna in ruinam. Altera in
gloriam seu salutem. Porrò tentatione quæ est in ruinam
neminem tentat deus vt comprehendatur præuaricator,
nisi prius ipse fuerit ab eo malè tētatus. Exempli gratia:
Deus non tentasset humani generis primos parentes, po-
nendo præceptum quod non ignorabat eos fore præuari-
caturus, si non ipsi prius deum tentassent, diuinitatis ap-
petitum corde suo versantes. Nam si non prius intumuis-
sent, foris tentati nō tam facile cecidissent. Tentati pro-
inde à diabolo cibum vetitum suggerente & dicente: Ne-
quaquam moriemini, scit enim deus quod in quacunque
die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis si-
cut dij scientes bonum & malum, sic, inquam, tentati, deū
& ipsi tentauerunt, experiri ausi vt verior existeret, deus
ne qui dixerat: In quocunque die comederitis ex eo, mor-
te moriemini, an serpēs qui dicebat: Nequaquam morie-
mini, sed eritis sicut dij.

*Primos
parentes
tentasse
deum.
Gene. 3.*

*Exo. 16.
Isti à deo
cur tenta-
ti sunt.*

¶ Rursus idem pater per hoc quod in Exodo scriptum est
dicente domino ad Moysen: Ecce ego pluam vobis pa-
nes de cælo. Egrediatur populus & colligat quæ suffi-
ciant per singulos dies, vt tentem eum, vtum ambulet in
lege mea, an non. Tentati verò deprehensi sunt, quod nō
ambulant in lege eius, id est, in fide eius, dum diffiden-
tes de crastino, collegerunt plus quàm sufficeret per sin-
gulos dies. Profectò tentati à deo non fuissent tentatio-
ne hac in qua deprehensa est eorum perfidia & præuari-
catio, si non prius iniquè deum ipsi tentassent, sicut scrip-
tum est: Tentauerunt deum in cordibus suis, vt pete-
rent escas animabus suis, & malè loquuti sunt de deo, &
dix-

Psal.

dixerunt: (vtrique diffidentes & aduersus deum murmurantes) Nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Ergo dum tentantibus ostendit deus quid ipse posset parare mensam illis in deserto, æquum fuit vt ipse vice versa tentaret eos ne nescirent quales erant ipsi.

Alia est tentatio dei ad salutem, qua videlicet deus hominem illum tentat, à quo ipse malè tentatus nō est: Cui nimirum omnis illa tentatio in gloriam cooperatur. Unde non solùm Abraham, quem deus tētavit in oblatione filij sui, verùm etiam ferè omnes sancti p̄ exemplo sunt sicut scriptum est: Et si coram hominibus tormenta passi sunt, deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se.

*Tentatio
dei ad sa-
lutem &
gloriam.
Gene. 22.
Sapien. 3*

Igitur, vt ad propositum redeam, magna in isto sacramēto tentatio dei est, tentatio quærens fidem ad euacuandam perfidiam, quam tētatio diaboli in primis hominibus inuenit, quibus persuasit vt veritatem comederent.

Est autem fides (vt ait Apostolus) sperandarum substantiarum argumentum nō apparētium. Oportebat ergo non apparere res, id est, carnem & sanguinem, vt locum haberet hæc sperandarum substantia rerum, hoc argumentum non apparentium, scilicet fides. In quo, inquit, testimonium consequuti sunt senes. Denique si omnes respicias senes, i. antiquos patres, de quibus testimoniū sancta perhibet scriptura quòd fuerint fideles, quòsque Apostolus ibidem enumerat, sententiam hanc veram interse-rens: Impossibile videlicet esse, sine fide placere deo, omnium illorum fidem probatā inuenies circa res illas quas non apparebant, quas ipsi iam non videre, sed tantum spe-

Heb. 11.

*Patrū fi-
dē fuisse
tentatā.*

Hebr. 11.

rare poterant. Quorum etiam aliqua non solùm non apparebant, sed & supra naturam erant. In hoc itaque sacramento (quum sit opus magnæ atque ineffabilis misericordiæ) magno æquitatis iudicio miranda tentamur veritate, vt manifestentur hi quorum est fides, quibus salua iustitiæ rectitudine, misericordia condonare debeat morsus illos ligni vitæ, quos momordit mulier, & dedit viro suo, mala in deū suspitione, peruersa & nimia circa serpentē credulitate.

*Fidē no-
stram in
hoc sacra-
mento tē-
tari.*

Illi autē quorum occupat perfidia mentes, dum audiunt dicentem: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi,

*Ioan. 6.
Perfidios*

*de huius
sacramē-
ti verita-
te litiga-
re.*

*Magis
christo
quàm sen-
sibus no-
stris cre-
dendum.*

*De man-
ducanda
carne
Christi
edictū go-
nerale.*

*Vet. test.
patres sa-
cramenti
huius vir-
tutē suis
se conse-
quutos.*

& qui manducat carnem meam, habet vitam aeternam, & similia, litigāt & murmurant, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Sicut & quondā Iudæorum patres missum desuper panem cernētes, dicebant: Manhu? Quod significat, Quid est hoc? Tūc, inquam, dicere cōperunt: Manhu? & vsque hodie siue Iudæi siue hēretici sequaces, eorum dicere non cessant (quō dicimus eis, Sacramentum hoc caro Christi est) Quomodo est, quomodo est? Porro nos ecclesiæ fideles filij à domino in hoc sacramento salubriter tentati, à domino, inquam, dicente: Accipite & comedite, hoc est corpus meū; bibite, hic est sanguis meus, & eritis filij dei, credim⁹ verbo eius plusquā oculis nostris carnalibus, quibus non nisi exteriorem panis & vini speciem intuemur, & ita iniquā credulitatē parentum nostrorum, pia credulitate in nobis ipsis euacuamus.

Sacramentum hoc tam mortuis pro-
fuisse quàm viuīs.

¶ Quom de omnib⁹ generaliter sine cuiusquā exceptione dictum sit, nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, & totū nihilominus ecclesiæ corpus tam ex mortuis dei electis constet quàm ex viuīs, necesse est hoc pane viuo, hac alimonia vitæ aeternæ, tam mortuos refici quàm viuētes, tametsi dissimiliter, vt totū corpus ecclesiæ hoc sacramēto recipiat vnitatem, hoc pane viuat, & consecretur.

¶ Sacramentum enim à sacrando dicitur, eò quòd ecclesiam Christi consecret. Nam sicut ornāmētum res aliqua dicitur, eò quòd ornet, & vestimentum, eò quòd vestiatur: sic corpus domini rectè sacramentū dicitur, tum quòd ecclesiā dei cōsecret (vt iam dictum est) tum etiā quòd mortis Christi nobis ingerat recordationē, tum denique quòd promissæ à Christo per eandem suam mortē salutis aeternæ & remissionis peccatorum signum, & pignus nobis relictum existat.

¶ Circa quod, duo occurrunt consideranda. Primum est, de huius sacramenti tam in mortuos quàm in viuos communicatione. Secundum est, de duorum ad salutem requi-
storum

storu
Itaq
nes, t
nunc
se co
¶ Qu
ne mu
nec a
hic ag
sui cib
parare
catum
bum v
plus c
ratum
tis iam
Abrah
ianuis
gnatu
qui m
tris ad
ligno
tuoru
come
¶ Dec
dicent
come
quo &
veram
inde
Corpe
te cib
neban
vêtre
nunqu
venire
geloru
cari pe
tium,

strorum sacramentorum præfiguratione.

¶ Itaque circa primum aduerte, tam mortuos quàm viuentes, tam priscos veteris testamenti patres, quàm nos qui nunc sumus, sacramenti huius virtutem & vtilitatem fuisse consequutos, & adhuc consequi, sic colligitur.

¶ Quum nemo fidelium dubitet sanctos omnes ab origine mundi expectasse hunc redemptorem generis humani, nec aliter eos potuisse paradiso restitui, nisi venisset prius hic agnus tollere peccata mundi, qui corporis & sanguinis sui cibo potuque hominem per cibum vetitum lapsum repararet, (aliter enim, vt dictum est, non poterat destrui peccatum illud quo homo credens diabolo plusquam deo, cibum vetitum superba intentione comedit, nisi vt iterum plus credendo deo quàm diabolo, e contra cibum imperatum humili subiectione comederet idem homo) paratis iam in temporis plenitudine esurientibus, quum sinus Abrahæ iam ex ipsis esset impletus, patefactis nunc cæli ianuis, dedit pater hunc panem viuum & verum, panem signatum, quem ipse pater signauit deus, panem angelorum qui missus à patre in hunc mundum veniens præcepto patris aduersus lignum vetitum ipse fructus vitæ æternæ in ligno crucis pendere voluit, & per passionem mortis, mortuorum simul & viuorum cibus fieri, vt suo quique modo comederent eum, tam mortui quàm viui.

¶ Decerptum quippe de arbore crucis manu patris (ipso dicente: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum) comederunt illum animæ sanctorum, eo videlicet modo quo & angeli eundem comedunt. Comederunt, inquam, veram diuinitatem, & verè aperti sunt oculi eorum, & exinde viderunt deum quem antehac nemo vidit vnquam. Corpora quoque illorum in monumentis iacencia, virtute cibi huius non caruerunt, mox vt eodem ventre quo tenebantur & ipsa, receptum est corpus eius, sicut Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Et vide, atque nunquam satis admirare dignationem. Nam quia mortui venire non poterant ad manducandum hunc panem angelorum, iuit ad eos ipse, vt quomodo à mortuis manducari poterat, manducaretur panis angelorum, vita viuentium, resurrectio mortuorum. Dissipati erant mortui, etenim

*Quomodo
Christus
factus est
cibus mor-
tuorum &
viuorum.*

*Mortuo-
rum cibus
Christus.
Luc. 23.*

*Ioan. 2.
Mat. 12.
Christum
ad mor-
tuos iuis-
se, vt eos
seipso re-
ficeret.*

IN F E S T O

animæ quidem ad inferos descenderant, corpora verò in ventrem terræ recondita fuerant. Dissipari ergo voluit & ipse panis vitæ, & anima quidem cum verbo dei descendit ad inferos ad animas eorum, corpus verò nõ sine potentia verbi eiusdem in vètre[m] terræ, ad corpora eorum, vt dictum est.

Mat. 27

¶ Itaque virtute huius cibi factum est, vt multa ex ipsis resurgerent in testimonium futuræ vniuersalis resurrectionis. Qui vtique nõ (vt quidam existimauerunt) iterum morituri resurrexerunt, dicente Euāgelista, qui venientes in ciuitatem sanctam post resurrectionem eius apparuerunt multis, quod profectò absurdè diceretur de iterum morituris: verbi gratia, de Lazaro vel de filio viduæ, qui nõ apparuerunt multis, sed omnibus visibiles & cõtractabiles atque omnino consimiles: siue comparsibiles fuerunt sub conditione mortali, comedentes atque bibentes, & habitantes in domibus suis.

Iohan. 11.

Luc. 11.

*Vinorum
quomodo
cibus est
christus.
Psal.
2. Cor. 5.*

¶ Viui autem comedunt modo (vt prædictum est) sibi congruo, comedunt eiusdem passionis suæ viuificam participationem & gratiam, secundum traditionem ipsius domini signantis panem & vinum, vt edant pauperes & saturarentur, & laudent dominum qui requirunt eum. Edent, inquam, pauperes grandem eleemosynam regis regum, quam dat ipse, non aliam quàm seipsum, nondum in sua specie (per fidem enim nunc ambulamus & non per speciem) vt vera fide manducantes cibum vitæ æternæ, culpam euadamus parentum nostrorum, qui manducauerunt decepti vana spe, & nimia credulitate diuinitatis præcipiendæ.

*Idè reme
dium pa-
tribus &
nobis per
christum
Apoc. 1.*

¶ Igitur non alio remedio veteres consummati sunt facti, & alio subuenitur nouis. Sed quo sanguine simul cum aqua profuente de latere Christi emundata est vniuersitas illorum in ipsa hora dominicæ mortis, eodè nos emundamur singuli, & eodè aquæ elemento vndecunque sumpto cum verbo eiusdem crucis & sanguinis ipse lauat nos à peccatis nostris. Et quem illi agnum in ara crucis torridum, illa sacratissima vespera simul omnes in inferno positi velociter comederunt, impleta prophetia quæ dicit: O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne: quæ, inquã,

Exo. 12.

Osee. 13.

agnum

agnum
quique
uamus
¶ Libert
Mist
confor
Quam
resque
cum v
dum h
pore p
tum, vt
gnum
nica i
ascens
facris
gnifica
& vini
¶ Vbi
um bo
ipse no
te se
scerni
signac
morte
& cruc
est in
rem p
sed no
gni er
tur ne
claud
tum. P
Esaiam
lis me
¶ Circ
menta
videlic
mentu

agnum mortui in inferno comederunt, nos eundem suis quique temporibus & locis manducamus, vt cum illis viuamus in æternum.

¶ Libet hîc nota vti similitudine. In numeris scriptum est: Misit Moyses exploratores ad considerandam terram, & confortamini, inquit, & afferte nobis de fructibus terræ. Quumque ascendissent, explorauerunt terram, pergentesque vsque ad torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in veste duo viri. Secundum huius rei gestæ similitudinem, nimirum & illi qui tempore præcesserunt, & nos qui subsequimur Christi aduentum, vtrique portamus quasi botrum cum palmito suo, magnum promissionis & dulce experimētum, scilicet Domini incarnationis passionis & resurrectionis, atque ascensionis mirabile sacramentum. Illi portauerunt in sacris ac mysticis sacrificiorū ceremoniis vmbaticis & significatiuis, nos portamus in isto vnico sacrificio panis & vini.

¶ Vbi aduertendum est, quia virorum illorum portantium botrum illum, alter qui præcedebat, quod portabat, ipse non videbat, alter qui sequebatur, quod portabat ante se videbat. In hoc denique nos atque illi non parum discernimur, quod nos manifestis (vt dictum est) verbis cū signaculo viuificæ crucis verum perficientes sacrificium mortem Domini annunciamus, mortē Domini sequimur & crucem baiulamus. Botrus quippe in veste, Christus est in cruce, & hoc aperta facie contemplamur. Illi autem portabant quidem, sed non videbant: legebant, sed non intelligebant: & qui optimi & intelligere digni erant, qui propheticis oculis videbant, eis dicebatur ne propalarent. Exempli gratia: Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum. Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Ad Esaiam autem: Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.

¶ Circum secundum aduerte, duo nobis à Christo sacramenta esse commendata necessaria ad salutem, baptismū videlicet, & sacro sanctum sui corporis & sanguinis sacramentum. Et quidem pulcher & rationabilis ordo salutem.

Num. 13
Tam vite
res quā se
quitos p
christū sat
nari.

illi obsc
rā nos cla
ram de
christo no
titiam
habemus.
Botrus in
veste Chri
stus in cru
ce.

Dani. 12.

Esa. 3.

Baptism⁹
& Eucha
ristia ne
cessaria ad
salutem.

tis est, vt prius aquæ sacramento baptizati, maculam veteris cibi lauaremus, & tunc demum eidem edulio mortis, contrarium hunc cibum & hunc potum salutis perpetuè perciperemus.

*Distorū
sacramen
torum
typus.*

1. cor. 10.

Exo. 31.

Eiusdē

Exod. 17.

*Māna pa
tribus da
tū nequa
quā chri
sti corpus
fuisse.
Ioan. 6.
Psal.*

*His sacra
mentis per
ceptis ad
huc posse
perire.*

¶ In quorum utique duorum sacramentorum typum, olim prior populus, & mare transiit, & in deserto panem de cælo manducauit, & aquam bibit de petra: sicut Apostolus meminit, dicens: Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibeant autem de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus. Et post pauca: Hęc autem omnia inquit in figura contingebant illis. In figura quum dicit, subaudiendum est, horum quę nunc reuelata sunt, quando gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

¶ Proinde quum eandem escam & eundem potum dicit, & non addit aliquid: vt verbū gratia dicat, quam nos manducamus, vel quem nos bibimus nunc de mensa Christi, nullatenus dissonat verbo Christi, dicentis: Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verum. Ac si diceret: Hunc panem de quo propheta dicit: Panem cæli dedit eis, panem angelorum manducauit homo, verè dico vobis, non Moses præterito tempore dedit vobis, aut dare potuit, sed pater meus præsentī tempore dat. Quum ergo dicit Apostolus: Eandem escam spiritualem manducauerunt, & eundem potum spiritualem biberunt, & non addit, quem vel quam nos hoc tempore reuelatę gratię summimus, vt iam dictū est, non contrarius est sententię Christi, sed sicut aliò tēdit: ita & relationes istas pronominum eandem & eundem, aliò ducit.

¶ Intendit enim nobis auferre præsumptionem securitatis, ne putemus nos securos esse debere, quasi quomodoocunque viuamus post baptismum & mensę Christi participationem debeamus sine dubio regnū dei videre, & habere vitam æternam. Hoc intendens, dicit in figura nostri
illud

illud
mann
runt,
intro
cium
non t
calice
tur in
illa te
¶ Itac
subau
Eand
dem l
quæ:
detur
tualis
& spi
autem
tualet
id est,
& spi
tiam
ritual
¶ Itac
quē v
re, se
magi
tiqui
& D
mann
& sar
eius d
gunc
bapti
haber
tur: E
¶ Sed
erat,
cator

illud corrigisse, quod illi omnes mare transierunt, & omnes manna manducauerunt, & omnes aquam de petra biberunt, & tamen non omnes in illam repromissionis terram introierunt. Sed non in pluribus eorum, inquit, beneplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto. Sic profectò, non omnes qui hunc panem manducant & hunc bibunt calicem (cuius ille panis, & illa aqua figura fuit) ingrediuntur in illam veræ promissionis & viuientium terram, cui⁹ illa terra figuram prætulit.

Itaque eandem escam & eundem potum quum dicit, subaudiendum est, mali, quam vel quem boni acceperunt. Eandem enim escam Chore, quam Caleph & Iosue. Eandem Dathan & Abiron, quam Moyse & Aaron. Quod si quæras, quomodo ergo esca spiritualis erat? Facile respon-

*Quomodo
illa esca
& ille po-
tus spiritu-
alis fuit.
1. cor. 10.*

derur, quia non alio, sed eodem modo quo & petra spiritualis Christus erat. Sicut enim dixit spiritualem escam & spiritualem potum, sic dixit de spirituali petra: petra autem erat Christus. Constat autem quia petram spiritualem Christum dixit: ac si dixisset, spiritualis petra, id est, Christi significatiuam. Ita ergo & spiritualem escam & spiritualem potum dixit, ac si diceret escam figuratiuam escæ spiritualis, potum significatiuum potus spiritualis.

Itaque tam vnum quàm alterum sacramentum illis æquè vt nobis erat necessarium, quia videlicet neutrum in re, sed vtrunque in figura tantum acceperant. Non enim magis per illam figuram sanctificati esse poterat quàm antiquiores, Abraham, Isaac, & Iacob: vel posteriores, Samuel & Dauid, qui neque illud mare transierunt, neque illud manna manducauerunt: quia quando moriente Christo, & sanguinem & aquam fundente de latere suo, baptismi eius conditum est sacramentum, tunc omnes eodem sanguine & eadem aqua mundati sunt, illo vno pro omnibus baptizato vel sanctificato, sicut antè dixerat: Ego baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor vsque dum perficiatur? Et alibi: Ego pro eis sanctifico me ipsum.

*Luc. 12.
Ioan. 7.*

*Quæstio
notanda.*

Sed quæstio rursus exoritur. Nam quid, inquis, opus erat, postquam baptismum accepimus in remissionem peccatorum, sumere hunc cibum in remissionem peccatorum

rum

Mar. vlt. rum, imò vtrolibet horum sacramentorum accepto, quid alterum ad salutem erat necessarium? Dixit enim: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Dixerat nihilominus: *10an. 6.* Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam. In vtroque sic posuit salutis conditionem, vt in neutro mentionem alterutrius fecerit.

Solutio. ¶ Ad hoc respondetur, quia videlicet quod ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, tale est ac si dicat certus medicus de homine semiuiuo plagis plurimis à latrone conuulserato: Si se in stabulum meum deferri permiserit, saluus erit. Dabo enim illi cibum & potum tantæ virtutis, vt integram continuò sospitatem recuperare possit. Sic nempe quum dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, subaudiendum est, Corpus enim meum in escam, & sanguinem meum in potum dabo, quæ iã illi parui, vnde refectus sine dubio saluus fit.

Questio. ¶ Quod si rursus quæras: Quir non vnum quodlibet horum, sed vtrunque sacramentum ad salutem necessarium sit homini? Respondetur: Quia peccatum ab homine duplex commissum est. Alterum superbix, alterum gulæ fuit. Superbiuit enim pius mente, appetendo similitudinem dei. Quod maxime liquet ex serpentis promissione dicentis: Eritis sicut dii, Neque enim similitudinem dei pro mercede præuaricationis illis spondisset, nisi prius pensisset illos hoc ipsum ambire. Deinde & gulæ ambo succubuerunt. Igitur quia congeminatum fuit peccatum, rectè congeminatum est & sacramentum. Et in altero quidem superbix malum per humilitatis bonum, in altero gulæ vitium per melioris alimenti curatur antidotum. Sic nanque deus (cuius omnes viæ misericordia & veritas) miseratus est misero homini, vt hominis superbi congruam exigere satisfactionem non dissimularet. Ecce qui regnatis in cælo dei similitudinem appetiuit, pendens in ligno filii dei similitudinem per baptismum suscipit. Ibi contempsit maiestatem, hic adorat crucem: illud superbix fuit, hoc humilitatis. In illa superbia diabolus hominem inueniens cibum vetitum obtulit: Eritis, inquit, sicut dii. In hac humilitate deus hominem respiciens, cibum potumq; offert

*Duplex
hominis
peccatum
duplici re
medio ex-
piatur.*

¶ sal

offert
me &

¶ Qu
lenti
sunt in
vt ard
in cœl
quod
quod

Sed
Hoc
Iup
Illud
Dii

Quam
me ni
gni co
scend
do vid
stra vi
dit in
ipse d

¶ Sed
confir
iterun
ibi &
onem
viat
in cœl
nem d
orta d
sursun
te effe
tur, n
na m

offert corporis & sanguinis sui. Et manebitis, inquit, in me & ego in vobis. Hæc post Rupertum.

Ioã. 15.

Per mortem hinc migrantes hoc sacramento muniri.

¶ Quum regnum cœlorum vim patiatur, & non nisi violenti rapiant illud, & omnium quę per hominem geri possunt in hac vita, hoc maximum atque gloriosissimum sit, ut arduo virtutum calle is qui mortalis in terra genitus est, in cœlum conscendens præda beatus rapiat regnum dei, quod utique nisi à deo adiutus efficere non possit, iuxta quod Ethnicorum quidam ait:

*Mat. 11.
Opus omni
niū maxi
mū est tra
perere
grum cœ
lorum.*

Facilis descensus Auerni:

Virgilius

Sed reuocare gradum, superasque euadere in auras:
Hoc opus, hic labor est. Pauci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

Illud etiam adiiciens.

Dius geniti potuere.

¶ Quum etiam audiamus dominum ipsum dicentem: Sine me nihil potestis facere, speciatim verò quum de lucro regni cœlorum dicat: Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, palàm est nos ad tantum iter (ex hoc mûdo videlicet ad patriam cœlestem) emetiendum, nulla nostra virtute sufficere. Et quidē propria virtute nemo ascendit in cœlū, nisi ille vnus qui ut rursus ascenderet prius, ipse descenderat de cœlo.

Ioan. 25.

Ioan. 3.

Ephē. 4.

¶ Sed ut ipsius ope fideles illuc sæliciter ascendere posse confirmaret, ait: Si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio & assumam vos ad me ipsum, ut vbi ego sum ibi & vos sitis. Quisquis ergo per corporis sui communionem ei vnitur, eodem viuifico sacramento quasi quodam viatico (utique immortalitatis alimento) ex hoc mundo in cœlum, Christi virtute conscendit, sicut per similitudinem de nebula patet, quæ nocturno vapore generata, ex orta diei luce iacere conspicitur super terram, nec potest sursum ascendere propter sui grauitatem, donec Solis virtute effecta subtilior incalescat, tunc enim mox sursum fertur, non sua tamen, sed solis virtute. Haud secus humana mens ignorantia Dei, quasi nocturnis tenebris, & iniquitatum

*Ope christi
fideles
ascendere
posse in
cœlum.
Simile.*

iniquitatum frigoribus aggrauata, terrenis semper in rebus
versaretur, si non superni luminis superinfusione à sole iu-
stitiæ Christo per spiritus sancti virtutē sursum eleuaretur

3. Reg. 19 in deum, & in cœlestia bona eueheretur.

*Helias ci-
bo panis
cōfortat^o
ambula-
uit, & c.* ¶ Hæc humanæ mentis per dominici corporis & sangui-
nis sacramentum corroboratio in Helia propheta signifi-
cata fuit. Is enim dū fugeret Iezabelem, quæ domini pro-
phetas insano furore trucidabat, & quærebat animam He-
lia, dū in deserto (quo fugerat) dormitaret, ab angelo exci-
tatus comedere iubetur & bibere, cibum videlicet & poti-
um, quem non homo, sed virtus cœlestis apposuit. At ille
comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, ut
que ad montē dei Oreb, quo loco deus illi apparuit. Vbi
per Helia personā fidelis quisque exprimitur, qui dū fugit
cuius quæ in mundo est concupiscētiæ corruptionem, quæ
dei verbum in omnibus persequitur, & in plerisque occi-
dit, in deserto propositi spiritualis per negligentia torpo-
rem dormitat. Qui cœlestis oraculi alloquutione vigilare
iussus, panem viuum qui de cœlo descendit, manducare
præcipitur. Ut huius cibi virtute confirmatus in fide & spe
precaationibus assiduus, & piorum operum instantia illuc
indefessè contendat, vbi mundi cordis oculo cernere deū
possit.

*Dieb^o &
noctibus
ambulare
spirituali-
ter.* ¶ Ambulauit Helias in fortitudine cibi illius diebus ac no-
ctibus, ambulet Christi corporis cibo corroboratus fide-
lis quisque, tam in aduersis rebus, quàm in prosperis, per-
gatque de virtute in virtutem, quoad usque tandem videre
mereatur deum. Habemus quippe fiduciam in introitum
sanctorū in sanguine filii dei, quam inicitauit nobis vitam
nouam.

*Migrātes
hinc quo
reficiātur
Gene. 18.* ¶ Qualiter autem ex hac mortali vita migrantes ad hanc
viam accingi atque muniri debeamus, fidei nostræ pater
Abraham in figura nos docuit. Is enim angelis in homi-
num viatorū specie hospitio receptis, benignè consulens,
ait: Lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore, po-
namq; buccellam panis ut cōfortetur cor vestrū, & postea
trāsibitis. Quisquis enim in fide ecclesiæ quasi in patriar-
chæ fidelis & creduli hospitio (vtique peregrinus & via-
tor in hoc mundo) recipitur, is si cū angelis cupit trāsire,
& felici-

& for-
lauan-
rum p-
larum
Christi
de p-
re do-
gno c-
hanc
lam l-
atque
patre

trade-
sti par-
argui-
cto ip-
mum
dum
quicu-
¶ C-
vobis
te cre-
mani-
repre-
quia f-
opini-
refes

& feliciter euolare in cœlū, mortis trāsitu propinquante, lauari primūm studeat cōpunctionis sanctæ ac lachrymarum profluuiō, & emūdari ab eo, qui ex huius vitæ via marum cupiditatū sibi puluere adhaferat. Patrē enim cum Christo nō habebit, quicūque lotus ab illo nō fuerit: deinde per spem in dei clementia firmiter constitutā sub arbore dominicæ passionis, & crucis fide requiescat, exiguo ligno credens animam suā, vt tentationum mare per ratem hanc trāsens liberetur. Tum denique fide fortis buccellam hanc viuifici atque diuini panis assumat, quo tutus, atque munitus viatico salutari, transeat ex hoc mundo ad patrem.

*Lauetur
pedes.*

Ioan. 13.

*Requie -
scat sub
arbore.*

Sapie. 14.

*Sumat
buccellā.*

DE SACROSANCTAE
Eucharistiæ verenda
susceptione.

HOMILIA TERTIA.

Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. *I. Cor. 11.*

Apostolus in hoc capitulo fidelibus modum tradens, quem seruāt ad mensam domini accedētes Christi panem manducaturi & bibitori calicem ipsius, primum arguit quorundā temerè accedentium culpā: deinde adducto ipsius domini exemplo tradit salutarem doctrinā. Deum proposita temerariis pœna incutit terrorem. Secundum ibi: Ego enim accepi à domino. Tertium, ibi: Itaque quicumque.

*Pauli
apo. tradi
tio de mo
do sumē
di sacra
mentum
corporis
christi.*

Circa primum dicit: Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Quatuor in Corinthiis peccata reprehendit. Primum, quod essent inter se contentiosi, quia scissuræ propter contrarias de religione sententias, opiniones & hæreses erant inter illos. Oportet, inquit, hæreses esse. Non quod hæreses deo placeant, sed quod per cas

*arguit
quadruplī
cul
pam te
mere ac
cedentiū.*

eas fideles exercētur, & qui deo noti sunt, etiam hominibus manifestentur. Vnde enim gubernator laudabitur, si nauis in portu, vel in tranquillo consistat? Ut qui probati sunt, inquit, siue doctores in resistendo, siue populares fideles in permanendo, manifesti fiant in vobis.

¶ Secundò reprehendit, quòd cibum corporalem in ecclesia sumebant. Vnde dicit in sequētibus: Ecclesiam dei cōtemnitis, faciētes eam triclinium epularum. Premiserat: Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Et tunc subdit: Aut ecclesiam dei cōtemnitis? Inuenerat enim apud Corinthios praua cōsuetudo, ecclesias passim dehonestare conuiuuiis.

¶ Tertio, quòd ante cōmunionem corporis Christi corporalem cibum sumebant. Vnde dicit: Cōuenientibus vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam mādūcare. Vnusquisque enim cœnam suā præsūmit ad mādūcandū. Ut enim ait Sedulius, ante dominicā oblationem vescēbatur cōmunibus cibis, quam cœnam noctibus adorēbantur. Quūmq; diuites ebrii ad Eucharistiam venirent, vera bantur inopes fame. Et ideo vnus quidē, inquit, esurit, alius autem ebrius est. Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.

Dominica cœna nō est vbi pauper contemnitur. ¶ Quartò, quòd nihil pauperibus erogabant. Vnde ait: Cōuenientibus vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare. Conuentus & congregatio præsertim charitatem. Cœnam autē dominicam, vnanimem dominici corporis & sanguinis conuictū appellat, ad illius venerandę cœnę dominicę imitationē, quam ipse cum discipulis egit. Sed vos, inquit, re tanta, id est, dominicę cœnę imitatione, priuati estis. Nam per hoc quod vnusquisque cœnam suam priuatā præsūmit ad mādūcandū, dominicam cœnam fecistis priuatam. Quādiu autem erat cōmunis, domini cœna dicebatur. Sunt enim & seruis dominorum bona cōmunia. Et quia vestrum singuli praeueniēdo propriam cœnam edunt, nullius pensu pauperes habentes, scēdastis profectò hanc cœnam. Quibus apostoli verbis facillē intelligitur, illud tunc erroris esse apud Corinthios, vt multum panis & vini in Christi corpus, & sanguinem sacerdotali cōsecratione conuertendum ad suos priuatos

uatos
facile
me cr
na cor
parti
tis, &
¶ Circ
& trad
debat
cipite
bis tra
cepi, i
die sup
nō sec
vniuer
vos ec
dignar
tu frat
Christi
stribue
quum
minus
fos ad
to disp
mediu
sed tib
¶ Hoc
functō
brandi
riturus
adorn
minica
riam, n
tam en
suum
audiat
nem. c
aliquo
que ill

uatos vsus in ecclesiam diuites afferrent, vnde detestabili sacrilegio crapularétur opulenti, pauperibus interim fame cruciatis. Quos melius fuisset domi priuata ac pphana conuiuia celebrasse, quàm pauperibus presentibus cōparticipationem renuere. Ecclesiã, inquit, dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent.

¶ Circa secundum dicit: Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis, Quoniã dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit, panem, & gratias agēs fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationē. Accepi, inquit, à domino. Hoc ait, vt intelligas vel hodierna die super mystica mēsa dominū hunc idipsum adesse, qui nō secus quàm tūc mysteria tradat. Quum igitur Christus vniuersos eadem mensa sua discipulos dignatus fuerit, vos econtrariò pauperiorem quēque & propulsatis & dedignamini. Ille etiã proditorem suum conuiuiam habuit, tu fratrem quibusuis rebus ducis indignū, præsertim quum Christi exemplo instructus sis gratis agere, frangere & distribuere. Facis ergo quod minus est his gratis dignum, quum alio fameſcente, tu debaccharis. Et ipse quidem dominus proprium corpus suum (quod iam propter vniuersos ad mortem destinauerat) omnibus æquē in sacramento disperiebat, tu verò neque communem hunc panē in medium exponis, neque eundem frangis vt multis detur, sed tibi ipse referuas.

¶ Hoc facite, inquit, in meam commemorationem. Si defuncto parente, legitima quæque, & more gētis tuæ celebrandis funeribus cōsuetæ, ea præsertim quæ à te ille moriturus expetiit non perficeres, & mensam pauperum nō adornares, percussus vtique cōscientia fores. At quum dominicæ mortis (quam ipse pro te adiit) facturus es memoriam, nec simplicem saltem cibum cuiquā impartitis, vbi tamen ille in suæ charitatis monumentum, ipsum corpus suum quod pro te tradebat, in sacramento tibi dereliquit, audistisq; dicentem: Hoc sumite in meam commemorationem. Quemadmodum si quis peregrè proficiscēs, pignus aliquod ei quē diligit plurimū derelinquat, vt quotiescūque illud viderit, possit ei⁹ beneficia & amicitias ad memoriam

*Proposito
domini
exemplo
tradit sa
lutarē do
ctrinam.*

*Similitu
do.*

Simile.

moriam reuocare. Hic utique si amicum talem verè dilexit, sine ingenti desiderio & fletu, non poterit illud con-
tueri. Sequitur:

*Cur calix
domini ca-
lix test.
noni dica-
tur.*

¶ Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Ideo calix dominici sanguinis calix testamēti vocatur, quia testabatur post paululū passionem suam futuram, quam & nunc testatur factam. Nouum, inquit, testamentum est in meo sanguine. Tam vetus quàm nouum testamentum per sanguinem dedicatur, quia sine testatoris morte firmum esse non potest testamentum. Hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. Quasi dicat: Quinena per calicem mortem cōmemorabis quam subiit dominus. Quopacto igitur tu quisquis diues es & potens, solus comedens & bibens, deliciis affluens & debaccharis, præsertim quum dominici sanguinis verendus calix, pari cūctis conditione sit traditus?

*Proposita
temera-
rius vltiōe
incutit
terrorem.*

¶ Circa tertium dicit: Itaque quicumque māducauerit panem vel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini, quasi illum occiderit, vt fecerunt Iudæi, qui tanti mysterij sacramentum pro vili despexerunt. Probet autem seipsum homo, id est, mundet. Nam si in vas sordidum nemo audet illum mittere, quātō magis in cor pollutū? Probet ergo primū se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, vt non nisi tersa ac nitida conscientia ad diuina mysteria quisquam accedat. Neminem, inquit, tibi in iudicem proposuerim, præter teipsum. Tu itaque cōscientia examinata discussaque, adito ea mysteria, nō festis modò diebus, sed omni tēpore, quum purum te & dignum compereris. Hæc Bulgarius.

¶ Sequitur:

*Tuo arbi-
tratu
christi
mensam
adito.*

¶ Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi māducat & bibit non diiudicās corpus domini. Non ob mysteriorum naturam id dixit, quippe quæ vitam in se & habent & largiuntur: sed ob mysteria aduentium indignitatem, quibus nō aliter illa nocent, quàm sol oculorum valetudine laborantibus solet obiectus officere. Ideo verò iudicium sibi manducat & bibit, quia nō diiudicat corpus domini, id est, quia prius nihil disquirat, vel internoscat

Simile.

*Nō dii-
dicās cor-
pus domi-
ni.*

presentis

præsentsis mysterij magnitudinem. Nam si certiores essemus quisnam & quâtus sit ille qui nobis in hoc sacramento proponitur, nulla fermè alterius rei ope indigeremus, sed solus ille & cõinentiam nobis & vigilatiam compararet. Sequitur:

¶ Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quasi dicat: Argumento sint ea mala quæ vobis cõtingunt. Eo nanque & mortes iam immaturæ, vt diuturni morbi oboriuntur, quia mysterium hoc indignè sumunt multi. Et licet nonnulli vsque ad ipsam mortem inoffensam seruent valetudinem, nõ tamen propter hoc Christi sacramento non esse obnoxios satis probatur: quia nõ modo præsentia hæc tormenta, sed etiam futura & grauiora hos manent, qui indignè mysterium illud adierunt. Et qui præsentia mala (oculto sed iusto dei iudicio) euadunt, incidunt in futura. Sed pœnis nequaquam nos afficeremur, inquit, nisi essemus peccato obnoxij. Vnde sequitur:

¶ Quod si nosmetipfos diiudicaremur, nõ vtique iudicaremur. Nõ dixit: Si nosmetipfos cruciatibus afficeremus, sed si diiudicaremur dũtaxat. Hoc est, ipsi nos ob praua facinora damnaremur, nõ adeò in terrenis malis dãnationi addiceremur. Sed euaderemus forsitan vt præsentia, sic & futura supplicia. Sequitur:

¶ Dum iudicamur autem, à domino corripimur, vt non cum hoc mundo daminemur. Quia, inquit, ipsi nos minus damnamus, quod factu facile est, idcirco nos deus in hac vita acrius castigat, vt in futura se præbeat misericordem. Castigamur itaque dum viuimus, non excruciamur, sed à patre corripimur, ne cum mundo, id est, cum infidelibus postmodum condemnemur. Nam quum summè Deo fideles curæ sint, ipsius arbitrio pœnas hinc tolerant pro cõmisis.

¶ Cæterum quum tantæ dignitatis sacramentum nequaquam sit dandum indignis, aut sit ab indignis sumendum, multũ interest, quomodo vel à quo quisque indignus existimatur. Est enim quum semetipsum quisque indignum cõfiteatur, & est quũ ab alio indignus existimatur, vel pronunciatur. Porro semetipsum laudabiliter indignum cõfiteatur, quisquis veraciter, & vt dignũ est, dignitatem sa-

Y cramenti

*Indignè
communi
cantium
pœna*

*Se se ho-
minem in-
dicare
quàm sit
vile.*

*Iudicio
pprio in-
dignus.*

cramenti huius perpendit. Quis enim si rectè iudicet castum cor se habere, gloriabitur? De hac parte per apostolum iam dictum est: Quòd si nosmetipsos diiudicemus, non utique iudicemur. Exemplo nobis est probatè fidei apud dominum Centurio, qui maiestatem ipsius expauescens, indignum se ad quem Christus introiret humiliter confessus, tantam se indignum iudicando laudem promeruit, ut diceret de illo dominus: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel.

*Matt. 8.
Centurio-
nis humi-
litas com-
mèdatur.
Alieno iu-
dicio mdi-
gnus.*

¶ Econtrà detestabiliter indignus iudicatur quisquis vel in aliquo scelere notus aliquantis testibus, siue toti ecclesie causam dedit ut indignus existimeretur. Quum igitur nostro iudicio indigni sumus, nõ tunc sancta iure nobis negantur. Quum autem ab aliis indigni prænuntiamur, maximè ubi non dubia indignitatis causa profertur, iure repellimur, ne iudicium nobis manducemus & bibamus.

¶ Ut autè ex ipsius scripturæ sacræ testimoniis atque mysteriis, qualiter ad mensam Christi debeamus accedere perdiscamus, aduertendum nobis est quemadmodum dominici corporis & sanguinis sacramentum multis priusquam daretur seculis fuisse typis, seu figuris velut in vmbra prænuntiati. Quæ figuræ tametsi plurimæ sint, ceteris tamen ad præsens suppressis, duas duntaxat in mediũ afferre visum est, quibus potissimũ instruimur quid de re tanta credere & sentire, & qualiter ad hanc salutis nostræ causa debeamus accedere. Harum figurarũ vna agnus paschalis extitit, altera, quo in deserto quadraginta annis pasti sunt filij Israel, manna fuit.

Qualiter agnus paschalis sacramenti huius typum gessit.

*1. Cor. 15.
Exod. 12*

¶ Pascha nostrũ immolatus est Christus. In agno paschali quem populus antiquus quotannis in pascha immolabat, figura tantũ erat, hinc autem veritas: illie vmbra, hinc corpus est.

¶ Sed dicat aliquis: Per eandem fidem saluati sunt illi per quam saluamur & nos. Recipimus quod per eandem fidẽ,

sed

sed non per eandem fidei scientiam, nec per eandem fidei confessionem. Hodie palam exigitur vt corde credas ad iustitiam, & ore cōfitearis ad salutem, quia verus est agnus Christus filius dei, qui nos redemit de morte, qui nos sanguine suo cōsecrauit, & resurrectione sua reparauit in vitam. Et hoc præfiguratum fuisse in immolatione illius paschalis agni, in illo trāfitu filiorū Israel, in illa submersione carruū & exercitus Pharaonis, filiis Israel per mare rubrum transeuntibus, manifestum est.

¶ Sed nunquid iam tunc habebant illi fidei & confessionis scientiā? Et quidem Moyses & prophetae, alij plus, alij minus, secundum placitum spiritus sancti diuidētis singulis prout vult, sacramenti huius habuere notitiā: sed qualiter hoc à populo subtegere deberēt, in Moysse significatum est. Is enim vbi cognitionem secretorum cœlestium accepit, facies eius secundum similitudinem mētis refulsit. Sed splendorem illum nō valētibus sustinere filiis Israel, velamine operuit. Et sicut faciem operuit velamine, sic secretum spiritus sub tegumento literæ abscondit. Quæ autem illis erant figuris adumbrata, nobis per Christum reuelata sunt.

¶ Propter quod in eius morte velum templi scissum est, vt ea quæ in sacratori adito seruabantur, quæ videri fas nō erat, manifestarētur. Itaque & quæ de agno paschali in lege præscripta sunt & cætera quæcunque, quæ (vt ait Apostolus) in figura contingebāt illis sic accipimus, tanquam actuales de Christo pmissiones vel prophetias, clausas sub sigillis, quæ solus aperire posset ipse agnus dei, quod & fecit postquam resurrexit à mortuis, quando aperuit discipulis sensum vt intelligerent scripturas. Itaque ritum legitimum manducandi corpus & bibendi sanguinem domini nostri Iesu Christi, de ritu metiamur illius agni figuræ, in gloriam & honorem huius veri agni dei qui tollit peccata mundi.

¶ Decima die mensis huius, inquit lex, tollat vnusquisque agrum per domos & familias suas, & seruabit eū vsque ad quartumdecimū diem, & immolabit eum omnis multitudo filiorum Israel ad vesperam. Hoc agit solenni ritu

X 1) omnis

Patrū fides de christo & nostrā nū eadē? Roma. 10. Exo. 12. Exod. 14.

1. Cor. 12. Mysteria fidei figuris fuisse adūbrata Exo. 34. 2. Cor. 3.

Mat. 27. Figurarū velamen per christi mortē amotū esse

1. Cor. 10. Apoc. 5. Luc. 11.

Ioan. 1.

Figura. Exod. 12. Veritas.

Matt. 21 omnis Israel, id est, ecclesia Dei, quum redeunte anni tempore quo Christus passus est, ante quinque dies eius sacro sanctæ passionis, illum eius in gessum in sanctâ ciuitatē atque occursum puerorū cum ramis palmarum religiosa exceptione & deductione, canēdo laudes imitatur. Porro ad immolationem vel esum agni nō vna vespera (vt illis) sed totus annus sanctæ ecclesiæ acceptus est. Quocunque die, quacūque in domo Israel immolare, vel edere liber, scripturæ huius mysterium obseruandum est.

¶ Si minor numerus est, inquit, quā sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui iunctus est domui suæ. Numerus hominis (vt secundum præsentem causam loquamur) tūc sufficiens est, quādo is qui agnum manducat mysteria eius penetrare præualet. Sed ad hæc quis idoneus vt ad capiendum totum cibum tam solidum nihil sibi desit?

Assumere vicinū ad esum agni quid sit. Ergo quoties hunc agnum immolamus, rectè paucitatem nostram confitentes in nobis, quia totum eius mysterium capere nō possumus, assumimus vicinum qui cōiunctus est domui nostræ, scilicet Apostolorum & Martyrum chororum, qui per eandem quæ in illis fuit fidem propinqui sunt familiæ Christianæ. Denique sine illorū inuitatione nunquā comedere præsumimus. Dicimus enim: Communicātes & memoriam venerātes imprimis gloriosæ semper virginis Mariæ genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi, Sed & beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, &c. Quod idem est, ac si dicamus in eadem fide nos immolare & comedere agnū dei, in qua virgo cōcepit & peperit, quam fidem apostoli sancti prædicauerunt, pro qua beati Martyres passi sunt. Et ita vicinis assumptis, per dei gratiam ad esum agni sufficimus. Quia videlicet & si totum eius mysterium cōprehendere non valemus, tamē satis est quōd nihil de illo quod est cōtrarium apostolicæ fidei, sentimus.

Quod agnus ad vesperam iubetur immolari, quid. Iubetur autem agnus immolari ad vesperam, & ipsius sanguine postes domus signari, ac deinceps carnes eius manducantur. Vespera præsens seculi, ætas est in qua nos sumus, in quos (vt ait Apostolus) fines seculorū deueniunt.

1. cor. 10

rud.

runt. Vniuersa multitudo filiorum Israel, vniuersitas credentium est, quæ quâ tumcunque sit per orbem terrarum diffusa, vnus est agnus quem in tot locis immolat, vnus est panis quem frâgit, vnus est Christus cuius manducat carnem, & sanguinẽ bibit, dummodo secundum id quod sequitur, spiritualiter testimonium habeat catholicæ fidei.

¶ Sument, inquit, de sanguine, & ponent super vtrunque postem, & in superliminariibus domorũ in quibus comedent illum. Porro sanguis agni super vtrunque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam cordis hauritur. In vtroque enim poste sanguis agni est positus, quâdo sacramentum passionis illius, quum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris sui sanguinem accipit vt imitari passionem eius necdum velit, solum in vno poste sanguinem posuit. Qui etiam in superliminariibus domorum ponendus est. Quid enim spiritualiter domos nisi mētes nostras accipimus, in quibus per cogitationem habitamus? Cuius domus superliminare, est ipsa intētio, quæ præminet actioni. Qui igitur intentionē cogitationis suæ ad imitationem dominicę passionis dirigit, in superliminari domus agni sanguinem ponit. Vel certè domus nostræ ipsa sunt corpora, in quibus quousq; viuimus habitamus. Et in superliminari huius domus sanguinẽ ponimus, quia crucem passionis illius in fronte portamus.

¶ Oportet ergo domum prius signari sanguine agni, & tunc demum carnes eius in illa manducari. Quia prius oportet quenque baptizari in morte agni, aque ita consecrata domo tunc demum intus viuificæ mensæ participationem fieri.

¶ Sunt autem notæ sanguinis tres, duæ, scilicet in duobus postibus, tertia in superliminari. Baptizamur enim in nomine patris & filij & spiritus sancti, qui tres personæ sunt: sed vnus Deus, cuius videlicet trini nominis confessio dum fide passionis Christi perornatur, vnus ostij duo postes cum superliminari agni sanguine titulatur. Subdit lex:

¶ Et edent carnes nocte illa assas igni: Non comedetis

Agni sanguine vtrunque postem & superliminari signari.

Notæ sanguinis tres mysticæ.

Agnus in nocte comedimus.

*crudū co
medere.*

ex eo crudum quid, vel coctum aqua, sed tantum assumi igni. In nocte agnum comedimus, qui nunc in sacramento dominicum corpus accipimus, quando adhuc ad inuicem conscientias nostras non videmus. Carnes, inquam, assas igni, id est, excoctas molestia passionis. Porro crudū comedere nihil aliud est, nisi quod videtur aestimare. Et coctum aqua velle comedere, est quomodo sit velle carnaliter iudicare: sed comedetis, inquit, assum igni, id est, totū attribuetis operationi spiritus sancti. Vnde ait beatus Ambrosius: Quid quaris naturæ ordinem in Christi corpore, quum præter naturam sit ipse dominus Iesus Christus partus ex virgine? Vel assas igni, id est, per spiritus sancti præsentiam diuino amore succensu agni carnes assumetis?

1. Cor. 5. Sequitur.

*Agnus cū
panibus a
zimis co-
meditur.
Lactucæ
agrestes.
quid.*

¶ Et azymos panes cum lactucis agrestibus, subaudi, comedetis. Quo nimirum innuitur, vt vetus fermentum à nobis, scilicet fermentum malitiæ & nequitæ secundum apostoli præceptum expurgemus, & epulemur in azimis sinceritatis & veritatis, quia præses Christi passio mūdatur nos ab omnibus peccatis, quibus corruptus homo primus totam generis sui massam fermētavit. Lactucæ agrestes quæ valde amaræ sunt, passionis Christi recordationem cum amara cordis compunctione de peccatis nostris quæ Christo mortem pepererunt insinuant. Sequitur:

*Caput a-
gni vorare
quid.
1oan. 1.*

¶ Caput cum pedibus & intestinis vorabitis. Hoc facere omnes communiter possunt, singuli non possunt. In magna domo & perfecti sunt quorum sit solidus cibus, quale est osseum caput, sunt & paruuli, quorum infirmo dente vix intestina mollia terantur: Caput enim agni vorare, est alta diuinitatis Christi eloquia viriliter capere. Quale illud est: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & Deus erat verbum. Pedes vorare, est nec illuc ignorare quia verbum caro factū est. Intestina vorare cū pedibus, est verborum illius occulta & mystica mandata cum auiditate sumere. Vel vertè, singulas assumptæ propter nos infirmitatis eius actiones siue passionis in usum virtutis assumere. Verbi gratia, quòd esuriit, quòd fleuit, quòd contristatus est, ad summum quòd tentatus est pro
similitu-

similitudine absq; peccato. Vorare quum dicit, quid aliud quam pigritiæ nostræ torporem reprehendit, qui eius mysteria atque verba per nos nõ requirimus, & ab aliis dicta audimus inuiti. Sequitur:

Vorare
 ¶ Non remanebit quicquam ex eo vsque mane. Si quid *quid in se*
 autem remaserit, igni comburetis. Nihil ex eo remanere *nuet.*
 in huius mortalis vitæ nocte quod non assumatur, est omne agni eloquium intelligi, & omne eius mysterium posse *Nihil ex*
 penetrare & comprehendere. Quod autem ex agno rema *agno re-*
 net igni comburimus, quãdo hoc quod de mysterio incar- *manere.*
 nationis eius intelligendo penetrare non possumus, pote
 stati sancti spiritus humiliter reseruamus, vt non suberbè
 quis audeat contemnere quod non intelligit, sed hoc igni
 tradit, cum spiritui sancto reseruat. Sequitur:

¶ Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedis festinanter.

¶ Qui pascha comedit, accinctos renes habere debet, vt *accinctio*
 qui solennitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, *renum.*
 corruptioni iam per vitia nulla subiaceat, voluptates edo
 met, carnis luxuriã restringat. Neque enim cognouit quæ
 sit solennitas incorruptionis, qui adhuc per incontinẽtiam
 corruptioni subiaceat. Hæc quibusdam dura sunt, sed angu-
 sta est porta quæ ducit ad vitam.

¶ Calceamẽta in pedibus habere, est munitis ab amore re *Mat. 7.*
 rum labentium affectibus ne ab his tanquam à spinis pun *calceamẽ*
 gantur, ad peragendum iter vitæ, paratos & promptos esse. *ta in pedi*
 ¶ Porro bacul⁹ in manu, cui peregrinus dum lassus est in- *b⁹ quid si*
 nititur, & à canibus sese defendit, spes est in deo constitu- *gnificent.*
 ta, quatenus cum variis tentationibus fatigamur, confi- *Qui bacu*
 damus quoniam qui cœpit in nobis opus bonũ, ipse per- *lus in ma*
 ficiet. Irridentium proinde siue obrectantium nobis vo- *mo.*
 ces, quasi canum rictus, spe muniti contempnamus. *philip. 1.*

¶ Comedendum est festinanter, quia mãdata Dei & my- *Comeden-*
 steria redemptoris & cœlestis patriæ gaudia, cum festina- *dum festi-*
 tione cognoscenda, & præcepta vitæ, non oscitanter, sed *nanter.*
 beneuola mente, cum festinatione sunt adimplẽda. Nam
 quod hodie adhuc liceat nobis bene agere scimus,

verum cras licebit, ignoramus. Sequitur:

¶ Hæc est religio Phæse: Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem seruus emptitius circumcideretur, & sic comedet. Aduena & mercenarius, nō edent ex eo. In vna domo comedetur. Nec offeretur de carnibus eius foras.

A Christi mēsa phibentur. ¶ His diuina legis præscriptis nobis innuitur, quòd neque Iudæus, neque Gentilis, neque ob facinora praua per excommunicationis sententiam ab ecclesiæ cœtu pulsus, ad agni carnes in sacramento vescendas admittantur. Extra-

Aduena quis sit. ¶ neus enim & alienigena est. Neque aduena, id est, qui nuper à manifestis & grauibus criminibus respuit, de quo nondum aliquid certum apparuit, num animo perseuerandi ad ecclesiam redierit, an aliud aliquid simulatus & fictus, intendat.

Mercenarius quis sit. ¶ Mercenarius proinde repellitur, hoc est, quisquis huius mundi lucrū vel carnis suæ cōmoda sectatus, non Christo domino seruire intendit in ecclesia, vel ministerio altaris, sed suo ventri. Qui huiuscemodi sunt, licet Christū sequi, vel deum querere videantur, in eis tamē verè cupiditas regnat cui famulantur, non Christo. Sed quid huiuscemodi cupiditatis satellitibus Christus dicat audiamus.

Intentione varia venitur ad christum. ¶ Venistis, inquit, ad me, non quia vidistis signa: sed quia manducaſtis ex panibus, & saturati estis.

10an. 6. ¶ Ad cor suum quisque redeat & interroget semetipsum qua mente ad mensam Christi accedat, & quid desiderans introeat ad altare Dei. Sūt illic signa quæ fecit Iesus, sunt & panes, quibus qui accedūt pascuntur, & qui nihil aliud esuriunt, saturantur. Signa quæ facta sunt super his qui infirmabantur, illa sunt quibus sanamur mysteria, incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis & ascensionis eiusdem domini nostri Iesu Christi. Qui propter hæc veniunt gaudentes, & gratias agentes quòd ea videre meruerunt, tempore quidem præterita, virtute autē semper præsentia, & in his sancto pascuntur desiderio, non illos tanquam raptos sui refugit Christus, sed esse ciues & domesticos suos agnoscit, vt faciat illos inuenire quòd querunt quia iam intra illos est regnum dei.

Luca. 27. ¶ Panes autem eiusdem regis Christi, (panes inquam multi, non

non
& an
qui h
ris n
reg
runt,
Veni
stis e
me,
me q
duca
Nō e
ni So
¶ Et h
patio
los d
telsq;
sa ca
enim
scimi
sterio
patin
fecer
¶ Sed
qui C
cunci
indis
meda
ras, q
ption
pertin
¶ Qu
am al
bis pa
Et ma

non vnus panis) sunt illi, qui pro mercede constituti iusta & antiqua lege debentur his qui altario deseruiunt. Porrò qui huic soli mercedi inhiant, & ob hanc solam sacri altaris ministerio se ingerunt, mercennarii, imò peruersores regni sunt. De quibus per prophetam dicit: *Ipsi regnauerunt, sed nõ ex me.* Quibus dicit: Amen amen dico vobis: Venistis ad me non quia vidistis signa sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Ac si dicat: Vos vtique non me, sed mea diligitis: non quod sum ego, sed quod est sub me quæritis. Non mei, sed mēsæ meæ amici vos estis. Manducastis ex panibus meis, & sufficit vobis, saturati estis. Nõ enim iustitiam esuritis & sititis, sed solo vëtre ducimini. Solam curam carnis facitis in desideriis.

*Osce. 8.**Ioan. 6.**Mat. 5.*

¶ Et hæc est beatitudo vestra, totaq; saturitas, ingredi participantè domū domini, comedere agnum de grege, & vitulos de medio armenti, quum nihil aliud quærentes, canentèsq; ad vocem psalterii, sicut David putatis vos habere vasa cantici, & nihil patimini super contritione Ioseph. Verè enim non compatimini, neque compassione charitatis participatis in cõtèplatione signorum quæ videtis, id est, mysteriorum quæ in altari commemoratis. Nihilquæ omnino patimini super contritione dicentis: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Amos. 6.

¶ Sed vt ad superiora reuertamur, Seruus emptitius, id est, qui Christi sanguine redemptus est, ab omni crimine circumcissus comedit. In vna domo, id est, in vnius ecclesiæ indiscissa fide agni carnes legitimè, ac ritè ad salutem comedantur. Nec quicquam de carnibus eius effertur foras, quia ad eos qui foris, id est, extra ecclesiam sunt, redemptionis quæ per Christi mortem facta est, participatio nõ pertingit.

*Seruus è-
ptitius.**In vna ec-
clesiæ do-
mo agnus
comeditur*

Qualiter in manna sacramenti huius
figura præfulsit.

¶ Quum murmurant filii Israël in deserto propter inopiam alimenti, ait dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cælo. Quod vtique factū esse testatur qui ait. Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit. Et pluit

*Exod. 16**Psal.*

per manna pluit illis manna ad manducandum. Quid autem per mā-
quid signi na intelligi velit innuens, continuò subiunxit? Panem cœ-
ficatum. li dedit eis, panem angelorum manducauit homo. Quisnā
 hic panis cœli, panis angelorum? Nunquid angeli illo pa-
 ne cibantur in cœlo, quem populus ille colligēs (similem
 coriandro) frangebat mola, vel mortariolo terebat? Ergo
 verus panis cœli, verus panis angelorum, ipse est qui in E-
 uangelio dicit: Ego sum panis viuus qui de cœlo descēdi.
 Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Hic
 enim victus est, & vita angelicæ substātiæ. Nam in eum de-
 siderant angeli prospicere. Quod quia facere contempnit
 angelus, cecidit & factus est diabolus, qui & huius panis
 sempiternam patiens inediam, semper est pallidus & se-
 quitur illum mors.

Ioan. 6. ¶ Sed vnde hoc q̄ hūc panem angelorum manducauit ho-
 mo, nisi quia mandauit nubibus, id est, prophetis & post-
 modū apostolis, vt videlicet doctrinā (huius rei intelligē-
 tiam mundo dantem) quasi imbrem, desuper effunderet.

1. Petri. 1. ¶ Per semetipsum verò clausas prius hominibus ianuas
 cœli aperuit, solutis in carne sua veteribus inimicitis, sic-
 que cœlestibus terrena coniunxit, id est, homines angelis
 sociauit, vt eodem vescantur pane cœli, illi in cœlestibus
 in manifesto cōspectu diuinitatis, isti adhuc in terra posi-
 tis in sacramento pietatis. Porro verbum hoc, pluit, quo
 vtraque scriptura vsa est, eandem vbique terrarum para-
 tam omnibus pusillis & magnis significat copiam, vt de se
 metipso magnus propheta dicat: Paraasti in cōspectu meo
 mensam. Et de nobis licet minimis: Edēt pauperes & sata-
 rabuntur, & laudabunt dominum: qui requirunt eum, vi-
 uent corda eorum in seculum seculi.

Psal. ¶ Et vide quanta congruitate manna illud Christi corpus
 in sacramento significauerit. Plures enim sunt huiuscemo-
 di cōgruitates, Prima fuit, modus generationis, quia inui-
 sibiliter noctu è cœlo descendebat. Quid autem per no-
 ctē nisi fidei nostræ status præfens designatur? Sicut enim
 in cœlo nullę prorsus tenebræ sunt, & in inferno charitas
 nulla, sic in præsentis vitæ peregrinatione non est lux cla-
 ra diuinę visionis sicut in cœlo, non etiam totalis absen-
 tia

tia luc
 subob
 videm
 ¶ Secu
 deba
 que qu
 tum, n
 tur, atq
 mitur.
 tum fu
 te pan
 riam d
 transfo
 mini s
 ¶ Tert
 reperit
 quia sa
 vt sabb
 minici
 æterne
 sed tan
 operis
 ¶ Qua
 descen
 ta. Sicut
 barbar
 dit in n
 fratres
 tum. R
 sanctu
 tionem
 cunqu
 gratiæ
 ¶ Quir
 scende
 circuit
 bus va
 viuo, q

tia lucis, vt in inferno, sed lux fidei, quasi lux nocturna & subobscura, qualis habetur per lunam & stellas, per quã videmus & cognoscimus hoc sacramentum.

¶ Secunda congruitas erat, locus descensionis, quia descēdebat in deserto circa castra filiorum Israël solum, defecit que quum intrarent terrã promissionis. Sic hoc sacramentum, non nisi in Ecclesia & in eius fide veraciter consecratur, atque in deserto præsentis vitæ tantum à fidelibus assumitur. Quum autem ad promissam viuentium terram ventum fuerit, iam non amplius sub sacramenti velamine vitæ panis conspicietur aut sumetur, sed reuelata facie gloriæ domini speculantes, in eandem imaginem dei electi transformabuntur à claritate in claritatem, tanquam à do-

*Locus de
scensionis
1o Isae. 3.*

2. Cor. 3.

*Tēpus col
lecti nis.
Exod. 16.*

¶ Tertia, est tēpus collectionis. Sex quippe diebus potuit reperiri, præceptumq; fuit vt sexta duplum colligeretur, quia sabbatho colligi fas nõ erat. Vnde & quidam egressi vt sabbatho colligerent, non inuenerunt. Sic nimirum Dominici corporis & sanguinis sacramentũ sabbatho quietis æternæ nõ colligitur, nec vt dictum est, velatũ reperietur sed tantum vitæ præsentis tempore (quod nobis ad boni operis vsum indulgetur) colligi potest & manducari.

*Cum man
na ros de
scendit.
Psal.*

¶ Quarta congruitas erat, quod ros pariter cum manna descendit. Ros spiritũ sanctum significat, dicente propheta. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Sequitur: Et sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion, sic bonum & iocundum est habitare fratres in vnũ, quod fit per vnũ & solum dilectionis spiritum. Rectè igitur ros qui cum manna descendit spiritum sanctum significat, per cuius sanctificationem ad inuocationem sacerdotis conficitur corpus Christi. Proinde cuiusque sacramentum hoc manducare conceditur, diuinæ gratiæ ros, si ritè manducat, nequaquam negatur.

¶ Quinta cōgruitas, quod sicut castra filiorum Israël de-

*coturnix
super ca-
stra israel
ros circa
castrum,*

cotur-

coturnix, ros autem superficiem terræ cooperuit, quia videlicet non vni gēti (sicut legem de carnalibus sacrificiis) sed vniuersę terrę, & solitudini cunctarum gētiũ, gratiam spiritus sancti & panem de cœlo verũ semetipsum Christus dedit.

*Exod. 16.
Quo ritu
māna col-
ligi debeat
& sumi.*

*Fides no-
stra dei
verbo, nõ
corporis se
sui inniti-
tur.*

Ioan. 6,

*Carnalis
oculus fal-
lere potest
nõ aut ver-
bum dei.*

¶ Qualter autem ad hoc manna, ad hunc panem de cœlo verum accedas, legem audi & perdisce: Egrediat, inquit, populus, & colligat quę sufficiunt per singulos dies. Profecto & nobis spiritualiter egrediendum est, vt colligamus quantum sufficere potest. Egrediamur ergo de pristina conuersatione, de vetustate vitę. Nondum enim deposito vetere homine, non est nobis hoc māna colligere, non est nobis hunc panem dominicum manducare. Præterea, si dignè māducare cupimus, ab omni curiositate, corporei sensus egrediamur, vt videlicet, visu, gustu, odoratu & tactu diiudicandum non esse arbitremur, an verè sit corpus Christi, an vera sit caro id quod sumimus. Nam permanentibus colore, odore atque sapore, est quod sufficiat fidei, quod satis sit catholicę pietati. Spiritus est, inquit, qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba quę loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Verba fidei, verba veritatis sufficit prolata esse super substantiam panis & vini, vt inspiretur spiritus & vita æterna creaturę panis & vini inanimatę, quamuis species exterior (substantia panis & vini in corpus & sanguinem domini cõuersis) non mutetur, sufficit, inquam, ad salutē credentis, ad vitam dignè percipientis, Tantum ergo vnusquisque colligat, quia tantum sufficit. Colligat vnusquisque quę sufficiant, id est, credat verba domini spiritum esse & vitam, & per ea panem & vinum exteriori specie non mutata, conuerti in veram viuentis corporis & sanguinis Christi substantiam. Nā mutari visibiliter in speciem nouam, id est, panem in ouinam carnem, & vinum in sanguinis horrorē nõ prodesset quicquam, imò & infidum esset.

¶ Credamus ergo verbo filii dei plusquam oculis nostris carnalibus, qui falli & nos fallere possunt, sed veritas domini manet in æternum. Sed aduertendum est, quod nequam secundum quantitatem specierum panis & vini (sub quib

quibus
tæ sp
collig
enim
¶ Col
dum,
vestra
men
gerat
minu
gnop
dum
quisq
vini,
viuifi
edere
nem
Adan
uimu
more
tantu
quic
sum
riò v
lz vi
tiam
tionē
ret fi
ret o
¶ Re
sed e
mila
guur
colli
riet
¶ Ne
vide
fides

quibus verum Christi corpus & sanguis continetur) gratiæ spiritus sancti portio recipitur, iuxta quod per ritum colligendi manna figuraliter est ostensum. Scriptum est enim:

¶ Colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum, gomor, per singula capita iuxta numerum animarum vestrarum. Collegerunt, alius plus, alius minus. Quod tamen mensi sunt ad mensuram gomor, nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus. Quod vtrique virtutis & operis fuit diuini, & magno opere ad mysterium pertinet. Firmiter quippe tenendum est, quia non pro quantitate portionis quam fidelis quisque ore percipit, secundum visibilem speciem panis & vini, alius plus, alius minus consequitur gratiæ spiritualis viuificatis (vt dictum est) sed singuli iuxta id quod possunt edere congregant, id est, quod possunt credere, remissionem peccatorum percipiunt & vitam æternam. Sicut enim Adam qui primus peccauit, cuius nos iniquitatem portauimus, non pro quantitate morsus sui, siue pomi quod momordit, damnationis sententiam iustam accepit, (nam tantum illi nocuit pomum vnum momordisse, quantum si quicquid pomorum in illa arbore fuit, deuorasset ad consummationem infidelitatis & inobedienciæ) sic e contrario vnusquisque nostrum, non pro quantitate portiuncule viuifici panis quæ frangitur illi, quam ore sumit, gratiam vel vitam accipit, sed tantum illi valet ad consequutionem iustitiæ exiguum quid percepisse, quantum valeat si totum quod consecratum est, proprio solus perciperet ore.

¶ Recte ergo sancta Christi ecclesia panes non grandes, sed exiguos ad cõficiendum corpus Christi componit similagineos & valde tenues, neque vini multum, sed exiguum quid infundit, quia (sicut iam dictum est) nec qui plus colliget, habebit amplius: nec qui minus parauerit, reperiet minus.

¶ Nec illud ociosum est, quod subinde præcepit dominus, videlicet, Nullus relinquat ex eo vsq; manere, sed per hoc fides exigitur à populo, vt totam sui curam deo committentes,

Quantum credimus, tantum gratiæ ex hoc sacramento percipimus.

ecclesia exiguos panes in sacramentum assumit.

*Auaritia
circa hoc
sacramen-
tum sum-
mè vitan-
da.
Exod. 16*

Psal.

Isa. vii.

tentes, solliciti non sint de crastino, neq̄ ex sacramēti hu-
ius, vel administratione, vel sumptione temporale quic-
quam reponere sibi, vel thesaurizare præsumant. Eorum
autem inobediētiz vel minimæ fidei, qui contrarium fa-
ciunt, pœnâ dignam miraculum illud præsignauit, quòd
quum dimississent quidâ ex eo vsque manè, scaterere cepit
vermibus & computruit. Hoc enim exemplo commone-
re sciat infidelis avarus, qui spem suam in deo nō posuit,
& idcirco diuitias reponendo mammonæ seruit. Videbūt
iusti (inquit Propheta) & timebunt, & super eum ridebunt
& dicent: Ecce homo qui nō posuit deū adiutorem suum,
sed sperauit in multitudine diuitiarum suarū. Nam eum
qui eiusmodi est, & nunc quandiu viuīt, curarum at-
que sollicitudinum vermis importunus co-
medit, & in futuro postquam ipse,
& nomen suum computruerit,
vermis hunc cor-
rosurus non
morie-
tur.

Homiliarum per festiuitates anni
pars hycmalis finit.

PARISIIS EX CHALCOGRA-
phia Ioannis Sautier, Anno salutis
Christianæ

meti hu
ale quic
Eorum
rium fa
t, quod
re cepit
moneri
posuit,
Videbūt
idebunt
a suum,
am cum
m at-

R A-

